⁊ hic est actus penitentie: ḡ ⁊c. Preterea il-
lud quod fuit in veteri lege non fuit institu
endũ in noua: sed in veteri lege fuit peniten
tia: vnde dñs conquerit. Hiere. 3. di. Nul
lus est qui agat penitentiã super peccato suo
di. Quid feci: ergo penitentia nõ debuit in-
stitui in lege noua. Preterea Matth. 7. di-
citur. Omnia quecũq; vultis vt faciant vo
bis homines: ⁊ vos facite il'is. Quod habetur
etiam Luce. 6. ⁊ di. prima in principio vbi
dicit. ꝙ hoc peccatũ est de lege nature. tũc sic
Qui offensus est ab aliquo: vel lesus ab eo
appetit naturaliter ꝙ ille doleat de offensa:
⁊ ꝙ recognoscat ipsam: ⁊ de ea sibi satisfaciat
Igitur ex ista lege ⁊ appetitu naturali si aliũ
offendit debet dolere de offensa ⁊c. sed pecca
tor offendit deũ: ergo debet dolere de offensa
⁊ recognoscere illã: ⁊ de illa satisfacere ex in
stinctu nature. Nõ si hoc est verũ vt patet: de
pnia nulla dʒ esse institutio. Ad illam du-
bitationẽ respondit Alex. de al'. vbi. s. Et be
atus Tho. in 3a pte. q. 84. ar. 7. di. Q. d sa-
cramẽtũ penitentie cõuenienter institutũ ẽ:
⁊ valde indiguit institutione. ¶ Ad cuius
dicti declarationẽ aduertendũ est ꝙ in quo-
libet sacramento est materia ⁊ forma: vt pa
tet in sacramẽto baptismi: vbi est aqua tãꝙ
materia: ⁊ ordinatio verborũ tãꝙ forma.
In hoc autẽ sacramento penitentie actꝰ pu-
nientis. s. dolor ⁊ displicentia peccati se ha-
bet sicut materia: id aũt qd est ex parte sacer
dotis se habet vt formale cõpletiuũq; huiꝰ
sacramenti. Cũ igit in alijs sacramẽtis ma
teria preexistat a natura: vt aqua in baptis-
mo: vel ab aliqua arte vt panis in altaris sa
cramẽto: sed ꝙ talis materia ad sacramen-
tũ assumat indiget institutiõe hoc determi-
nante. Qua ꝓpter forma sacramẽti est ex in
stitutione christi: ⁊ virtus eius ex ipsiꝰ pas-
sione a qua ꝓcedit virtus sacramentorũ: sic
⁊ in sacramẽto penitẽtie ⁊ si materia. i. actꝰ
penitẽtis p̃existat a natura. i. a naturali icli-
natiõe videlicʒ vt moueat ad penitendũ se
peccator naturaliter de malis que fecit. At-
tamẽ ꝙ hoc vel illo modo pniam agat est ex
institutione diuina: vnde licet natura dictet
ꝙ dolendum est de offensa: dei: et ꝙ confi-
tenda est offensa ⁊ pro illa satisfaciendũ non
tamen dictat quomodo nec cui confitendũ.
Non enĩ dictat ꝓ certis indicijs substantiã
peccati exprimẽtibꝰ: ⁊ hoi hñti potestatẽ cla
uium est confitendum: nec similiter dictat q̃
modo satisfaciendum: ⁊ cuiꝰ arbitrio sit s
fiendum. Preterea multe proueniũt vtilita
tes ex sacramentali penitẽtia q̃ ex peniten-
tia solũ virtuali. Nam confessio sacramẽta
lis que fit hoi multo magis meritoria ẽ q̃
que fit deo: vt cum tractabimus de confessi
one patebit Hugo de sacramentis ait: Plus
facit qui seruo humiliat ꝓpter deum q̃ qui
ipsi domino humiliat. Similiter nec natura
dictat quomodo satisfaciendũ sit: quia non
sufficit a peccatis p̃teritis recedere: nisi etiã
de his que facta sunt satisfaciat deo per peni
tentie dolorẽ: per humilitatis gemitũ: per cõ
triti cordis sacrificiũ: cooperantibꝰ elemosy
nis: orationibꝰ ⁊ ieiunijs. Preterea non di-
ctat ꝙ alio arbitrio satisfaciendũ est: ⁊ quan
to debeat fieri, vnde Aug. in lib. de pe. ait.
Ponat se oĩno in potestate iudicis ⁊ iudicio
sacerdotis nihil sibi reseruans sui: vt omnia
eo iubente paratus sit facere: ꝓ reperienda
vita anime quecũq; faceret ꝓ euitanda cor-
poris morte. Ex his patet: quare soluit pri
mum ⁊ vltimũ argumentũ: quia ⁊ si penitẽ
tia dictata fuit a principio a lege nature: ni-
hilominus conueniens fuit vt institueret.
Tum quia dictata non fuit eo modo cõsti-
tuta. Tũ q2 nõ erat tãte vtilitatis scripta in
mẽte quanta instituta in lege: tũ q2 lex natu
re necesse hʒ euidẽtiori manifestatiõe expli-
cari: marie post lapsũ hois: ⁊ hoc ꝓpẽ igno-
rantiã in quã cecidit hõ p pctm̃. Hincẽ ꝙ ista
duo p̃cepta legis nãe. s. oĩa quecũq; vult ⁊c.
dictũ est. s. Et illud qd tibi nõ vis fieri alt'i
ne facias. Qd habet Tob. 4. actuũ. 15. 50.
di. ponderet, 2. q. 6. decreto, x. q. i. placuit.
In decalogo p̃ceptorũ ad maiorẽ euidentiã
explicata fũt septẽ p̃cepta scd̃e tabule: vnde
Hugo ait: Que in lege nãli sub duobꝰ p̃cept
clausa fuerãt: p scriptã legẽ: postea. 7. illis q̃

scđa tabula ꝓposita sũt ꝑceptis explicata fue
runt. Et sic patet qͣliter rñdet̃ ad ꝑmũ ⁊ vlti
mũ argᵐ. Ad scđm ꝗ dicas ꝙ ea q̃ sũt iuri
nalis: diuersimode determiatione accipiũt
in veteri ⁊ noua lege ꝭm ꝙ cõgruit ꝑfectio
ni legis veteris ⁊ ꝑfectioni noue. vñ ⁊ pnia
in veteri lege aliquã determinationẽ habuit
Primo quantũ ad dolorẽ vt esset magis in
corde ꝙ̃ in exterioribꝰ signis: ꝭꝫ illud Joelˢ
2ᵒ. Scindite corda vestra ⁊ nõ ve. v. Secũdo
q̃tũ ad remediũ doloris querendũ vt aliquo
mõ ministris dei pctã sua confiterent̃ ad mi
nus in generali: vt dicet̃. j. de ꝯfessione: vñ
Leuit. 5. dñs ait: Anima que peccauerit ꝑ
ignorantiã offeret arietẽ imaculatũ de gre
gibꝰ sacerdoti iuxta mẽsurã extimationẽq̃
peccati: ⁊ orabit pro eo: eo ꝙ nesciẽs fecerit:
⁊ dimittet̃ ei. hec ibi. Et sic apparet ꝙ licet
fuerit aliqua penitẽtia instituta in lege vete
ri: nõ tamẽ erat instituta potestas clauiuꝫ:
que a passione Christi deriuat̃: ⁊ per conse
quens nondũ erat institutũ ꝙ aliq̃s doleret
de peccato cum ꝓposito subijciendi se per cõ
fessionẽ ⁊ satisfactionẽ clauibus ecclesie sub
spe consequende venie sub virtute passionis
Christi. Et sic patet prima particula huius
partis principalis. s. penitentiã conuenient̃
esse institutam.

Pars secũda in qua tractat̃ de institutio
ne penitentie in speciali quãdo. s. est institu
ta: q2 in lege euangelij siue gratie.

SEcundo in isto sermone tractandũ
est de institutione penitẽtie in speci
ali: qñ videlicet est instituta. ¶ Vñ
ponitur illa conclusio ꝭm Alex. de ales in. 4
parte sũme sue in tractatu de penitẽtia gñali
Et Ricar. in. 4. di. 22. ar. 2. ⁊. q. 5. ꝙ sacra
mentũ penitẽtie ꝑfectũ ⁊ completũ solũ i lle
ge euangelij ⁊ gratie est institutũ: ⁊ probat̃
sic: Hoc sacramentũ est sacramentũ salutis
⁊ reducẽs deficiẽtes ꝑ pctũ ad ꝑfectionẽ. q̃
ꝓpter institui debuit in lege euãgelij: lege. s.
salutis ⁊ ꝑfectionis a peccato liberãte: iuxta
illud ad Ro. 8. lex spũs vite in Christo Je
su: liberauit me a lege pcti ⁊ mortis: vbi gl.
ait. Lex Moysi malũ nõ tollit: lex aũt spũs
q̃ est lex fidei ⁊ grẽ malum tollit: ⁊ hec est lex
euangelica: q̃ liberat a pctõ. Quia ꝗ liberat
a pctõ: ꝯueniebat vt sacrã q̃ directe sunt ad
purgãdũ pctã in ista instituerent̃. ⁊ sic sacrꝫ
pnie: ꝗ ⁊c̃. Qđ patet esse factũ intuẽti euan
geliũ. Nã Christus añ passionẽ q̃tũ ad ite
riorẽ ꝯtritionẽ penitẽtiꝫ ⁊ oꝑis satisfactionẽ
cũ dix. Non veni vocare iustos ꝭ pctõres ad
pniam. Lu. 5. Et pnie vtilitatẽ insinuauit i
ꝑncipio sue ꝑdicatõis. v. Matt. 4. Pniam
agite ⁊c̃. Vbi no. ꝭm Alex. ꝙ aliud ẽ dicere
penitemini: ⁊ pniaꝫ agite: q2 agere pniaꝫ ñ
dicit̃ aliquis nisi qui interiorẽ penitẽtiã in
oꝑe declarat. vñ Matt. 3. dĩ. Facite dignos
fructus pnie: vbi glo. Dignos aũt fructꝰ agit
q̃ ꝭm arbitriũ rectũ hñtis claues actus pnie
facit. Cuiꝰ ẽt pnie necessitatẽ insinuãdo isti
tuit dñs pniam in sue ꝑdicatõis ꝓgressu di.
Luc. 13. Nisi pniam habueritꝭ oẽs simul ꝑi
bitis. Sed q̃tum ad formale huiꝰ sacramẽ
ti quod attendit̃ in absolutione ⁊ absoluen
di potestate institutũ fuit hoc sacramentuꝫ
post passionẽ: quia ante passioneꝫ promisit
Christus se daturꝫ Petro potestatẽ iurisdi
tionis dicẽs Math. 16. Tibi dabo claues re
gni celorum ⁊c̃. nec tamen tunc dedit sed so
lum promisit: ⁊ etiã potestatẽ absoluendi et
ligandi in foro penitentie di. Quodcunq̃
ligaueris ⁊c̃. di. 21. c. in nouo. Exponenduꝫ
est de promissione ꝭm glo. ibidem. Attamẽ
post passionẽ hanc iurisditionẽ ⁊ potestateꝫ
dedit v. Jo. 20. Accipite spiritũ sanctũ ⁊c̃.
Primo ergo fuit huius sacramenti quedaꝫ
pronũciatio. Secundo ṽo perfecta ⁊ consũ
mata institutio. Et sic patet hoc sacramen
tum penitentie esse institutum a Christo in
lege euangelij.

Pars tertia in qua oritur ex precedenti
bus ⁊ declaratur vnum dubium quare scilꝫ
Christus non assumpsit sacramentũ penitẽ
tie sicut baptismi: cum tamen vtrunq̃ ipse
instituerit.

TErtio in hoc sermone ex dictis in se
cunda eiusdem parte ꝙ. s. sacramen
tum penitentie institutũ est a Chri
sto in lege euangelij. ¶ Oritur vnum du
bium quare videlicet Christus qui instituit
hoc sacramentum non legitur illud assum
psisse nec eo vsus fuisse sicuti vsus est baptis
mo: quod etiam instituit vt patet Luce. 2ᵒ.
Et. 77. di. c. presbyter. §. hoc regulariter.
vbi habet̃ ꝙ trigesimo ãno baptiçatꝰ ẽ sicu
ti etiã vsus ẽ sacrõ Eucharistie q̃đ etiã insti
tuit: vt patet Matth. 26. Mar. 14. Luce

zz.de cōse.di.z.c.quid sit sanguis.⁊.c.cuz
omnem. Ad hoc respondet ꝙ non est simi-
le de hoc sacramento ⁊ alijs. Non enim po-
tuit suscipere hoc sacramentum: quia pecca-
re nō potuit: baptismū autez suscepit ⁊ si pec
catū originale nō habuit. Nā Alex. de ales
in quarta parte sūme sue in tractatu de ba-
ptismo ait: ꝙ etiā sanctificatus in vtero ma
tris habuit necesse bapticari. Primo ꝓpter
obediētie bonū: q2 de⁹ p̄cepit ꝙ oēs q̇ nascū-
tur renascant aqua: nō tm̄ p̄cepit ꝙ oēs acci-
piant pniaz: s solū pctōres. Scdō ꝓpter hu
militatē: q2 dz se reputare peccatorē: ⁊ indi-
gere Christi redēptione. Tertio ꝓpter vni
tatē vt ab alijs mēbris Christi nō discordet
nō ḡ bapticatus pp hoc ꝙ sanctificatio non
sufficiat: s ꝓpter rōnes p̄dictas. vn̄ ⁊ Chri-
stus bm Tho. in.3. parte.q.93.ar.1.baptica
ri voluit: q2 vt Ambro. dicit sup Luc. Ba-
pticatus est dn̄s nō mundari: s aq̄s mūda
re volēs: vt ablute per carnem Christi que
pctm̄ nō cognouit baptismatis vim haberēt.
¶ Secūdo q2 ⁊ si ipse nō esset pctōr: tm̄ nām
suscepit peccatricē: ⁊ silitudinē carnis pecca-
ti. ꝓpterea ⁊ si p se bapticari nō indigebat: tm̄
in alijs carnalis nā opus habebat. ¶ Ter-
tio q2 bm Aug in sermone de epha voluit fa
cere qđ faciendū oib⁹ imparauit. Et hoc est
ꝙ ipse dicit. Sic decet nos adimplere ōem iu
sticiā. vn̄ Ambro. ait sup Lu. Hec est insti-
cia: vt qđ alteꝝ facere velis: pri⁹ ipse incipias
⁊ tuo alios horteris exēplo. Et sic patet ꝙ
sacr̄m baptismi suscepit ꝓpter p̄dictas rati
ones: ⁊ si pctm̄ nō habuerit: sacramentum
autē penitentie nō accepit: quia peccatū non
habuit nec ad hoc eum aliqua cā rationalis
induxit. Similiter sacramentū Eucharistie
⁊ ipse sumpsit ⁊ alijs dedit. Tum ad cōmen-
dandam essentiā hui⁹ sacramēti. Tum quia
hoc sacramentū est memoriale sue passionis
Summam⁹ ḡ sacramentū illud penitētie a tā
to domino institutū ꝓ salute nostra. vt per
illud ab omnib⁹ maculis ⁊ vitijs abluti ad
illam gloriā peruenire mereamur: quā idez
ipse dn̄s Jesus Christus p passionē suā no-
bis p̄parauit: vbi cū p̄re ⁊ spū scō viuit ⁊ re-
gnat in secula seculoꝝ: Amen.

¶ Feria quarta post primā dn̄icaz de aduē
tu quare ⁊ propter qđ institutū est sacr̄m pe
nitentie. ¶ Sermo quartus.

Abijciamus ergo opera tenebraruz ⁊
induamur arma lu. Jtez
vbi.s. bm fratres charis-
simi ꝙ habet in glo. ex ō
bap.c. maiores.⁊.7.q.1.
in.c.nihil.⁊.38.di.in.c.que ipsis. Nihil re-
putat actū cuz aliquid superest ad agendū.
Jdcirco postea ꝙ in sermōe precedēti suffi-
cienter tractauimus: quō conueniēter sacra
mentum penitētie est institutū. Et quando
est institutū. Restat ordinate procedēdo ad
cō pletionē predictoꝝ videre: quare sit insti-
tutū. vnde iterum assumpsi verba predicta:
s. Abijciamus ergo ⁊c̄. Quia penitētia p̄n
cipaliter ad hoc est instituta.i.ad emendati-
onem delictoꝝ vt clare videbit in sequentib⁹
Jn isto ergo sermone ordinē nostrū prose-
quentes tres tm̄ cōclusiones annotabimus.
quaꝝ Prima erit ꝙ añ peccatū nō debuit in
stitui penitētie sacramentū. Secūda est ꝙ
post pctm̄ non debuit institui in lege nature
nec scripture. Tertia est ꝙ debuit institui in
lege gratie ꝓpter tria vt patebit.

¶ Pars prima hui⁹ sermonis in qua ponit
ista ꝯclusio ꝙ pnia nō d̄buit istitui añ pctm̄

Primo ergo in isto sermone fundat
ista cōclusio bm Alex. de ales vbi.s.
ꝙ penitentia nō debuit institui ante
peccatū. Et probat tribus rōnibus. Primo
sic matrimoniū institutū fuit in officiū ⁊ re
medium. Jn officiū ante peccatū. Jn reme-
dium post peccatū. Sed sacramentū penitē-
tie ē institutū in remediū ergo post peccatū.
Secūdo ꝓbat sic: Oia alia sacr̄a data in re-
mediū instituta fuerūt post morbū quoꝝ
erāt remedia: ḡ a sili videt in ꝓposito. Ter
tio sic. hō ꝯsiderat bm triplicē statū.s. condi
tionis: infirmitatis: ⁊ beatitudinis. Prim⁹
fuit īnocētie in q̄ erant p̄mi parentes añ la-
psum. Secūdus fuit coꝝ ⁊ toti⁹ posteritatis
sue post lapsū. Terti⁹ erit electoꝝ in patria.
Sz isti triplici statui rn̄dent tria ꝯtēta i le-
ge dn̄i.s. p̄cepta: sacr̄a: ⁊ ꝓmissa. p̄cepta eniz
indita fuerūt mēti hoīs a suo ꝯditore ⁊ mora
lia q̄ tamē postea fuerūt explanata p legē vt
dictū est. Sacramenta v̄o data sunt hoī in
pctm̄ post lapsum quia factus fuit infirm⁹:

nec stare poterat ꝑ se: nec p̃cepta adimplere
Promissa vero p̃parata sũt ei in glĩa. Ista
cõfirmat Hugo. di. Lex scripta tria ꝯtinet
p̃cepta. s. sacr̃a ⁊ ꝓmissa: In p̃ceptis ẽ meri
tũ: In ꝓmissis ẽ p̃miũ: In sacr̃is adiutoriũ
ꝑ p̃cepta eũdũ fuerat ad ꝓmissa: ſʒ q2 hõ per
se infirm⁹ erat venerũt sacr̃a inter precepta
⁊ ꝓmissa media q̃ illum adiuuarẽt ⁊ ad p̃ce
pta ꝑficiẽda: ⁊ ad ꝓmissa obtinẽda. Ex qb⁹
oib⁹ patet ꝙ sacr̃m pnĩe nõ ẽ ante pctm̃: sed
post institutũ. Nõ si ꝯtradicat̃: q2 videt̃ ꝙ
ante pctm̃ debuit institui sacr̃m pnĩe ne. s. pec
catũ cõmissũ eẽt cã desperatiõis: vt igit̃ esset
remediũ: ne existẽte pctõ: pctõr desperaret de
buit institui pnĩa: siue pnĩe remediũ. Rñdet̃
ꝙ hoc eẽt magis ꝯtra bonitatẽ diuinã: q2 da
respem h⁹mõi eẽt q̃dãmõ p̃dicere homini
casũ suũ qd̃ eẽt ꝯtra donũ pietatis. Et etiã
sic p̃staret hoi audaciã peccãdi. s. si instituis
set remediũ añ pctm̃. Et ideo nõ fuit conue
niẽs: imo ꝯueniẽti⁹ fuit ei cõminari ne pecca
ret Et sic pʒ p̃ma ꝯclusio ⁊ p̃ma ps h⁹ ꝑ̃mõis

Pars scd̃a in qua ponit̃ ista ꝯclusio ꝙ sa
cramentũ penitentie nõ ẽ institutũ p⁹ pecca
tũ in lege nature nec scripture.

Secũdo in isto sermone fũdat̃ alia
ꝯclusio: Qd̃. s. sacr̃m pnĩe nõ debuit
institui post pctm̃ in lege nr̃e: nec in
lege scripture. ¶ Primo dico ꝙ nõ debuit
institui post pctm̃ i lege nr̃e qd̃ ꝓbat̃ sic ſm
Alex. vbi. s. dixi. ꝙ ea que sũt ex institõe an
nexa sũt legi positiue: et q̃ sunt legis positiue
nõ sũt legis nr̃e: igit̃ institutio pnĩe cũ sit le
gis positiue nõ debuit fieri cõcurrẽte lege na
ture. Cõclude ergo ꝙ sacr̃m pnĩe nõ fuit in
stitutũ in lege nr̃e: ante eni ꝯstitutionẽ circũ
cisiõis vbi incipiebãt instituta legis scripte
nullũ fuit institutũ sacr̃m: nihilomin⁹ erãt
q̃dã signa que gerebãt tũc penitẽtes insignũ
pnĩe q̃ habebãt instinctu nature: sic patet ex
exemplis eorũ que nõ habebãt legẽ scriptã.
Unde legit̃ Jone. 3. Peruenit ṽbũ ad regẽ
Niniue ⁊ surrexit de solio suo ⁊ abiecit vesti
mẽtũ suũ ⁊ indutus ẽ sacco ⁊ sedit in cinere.
Ubi dicit glo. Qui offenderũt deũ luxuria
⁊ ambitiõe eorũ cõdẽnatione placãt per que
prius offenderant. hec ibi. Et hoc ex inspira
tione faciebãt: cõgruebat eni ad executionẽ
eorũ que dictat lex nature interior inspira
tio: siue instinct⁹ naturalis. Ad quorũ nunc

executionẽ docet lex positiua p̃cepto siue in
stituto. vnde Hugo ait: Sacramenta legis
naturalis nõ ex p̃cepto inducta vident̃: ſʒ ex
cõsilio ad votũ ꝓposita. Sacramenta vero
legis scripte ⁊ gratie necessitatẽ quandã exe
cutionis inducũt: Et sic patet ꝙ nõ ẽ insti
tutũ pnĩe sacr̃m i lege nature. Nõ si ꝯtradi
cat̃ sic Hugo. ili. de sacr̃is ait: Si q̃s querat
tẽp⁹ institutiõis sacr̃oꝝ: sciat ꝙ q̃diu mor
bus ẽ: temp⁹ medicine ẽ: presens igit̃ vita a
p̃ncipio seculi vsq3 in finẽ per mortalitatẽ
currẽs: temp⁹ est morbi ⁊ tẽpus ẽ remedij.
hec ille. Si ergo morb⁹ fuit in lege nature:
ergo ⁊ in ipsa debuit institui sacr̃m pnĩe qd̃
est ei⁹ remediũ. Cõfirmat̃ hoc sic. Peniten
tia sacr̃alis magis attendit̃ in cõfessiõe pec
catoris q̃ in iniũctione penitẽtie. Sed ꝯstat
ꝙ adã confessus ẽ peccatũ suum di. Geñ. 3.
Mulier quã dedisti mihi sociã: dedit m̃ de
ligno vite ⁊ comedi: ⁊ licʒ aliquo mõ se excu
sauerit nihilomin⁹ fuit sacr̃alis ꝯfessio sua.
Et etiã dñs qui habuit ptãtẽ influxit sibi pe
nã ꝓ peccato suo: vnde sequit̃ ibidẽ. Quia
audiuisti vocem vxoris tue ⁊ comedisti de li
gno de quo preceperã tibi ne comederes ma
ledicta terra. ⁊c. q. d. ꝓpter hanc culpã susti
nebis hanc penã. Cũ igit̃ penes hec duo at
tendat̃ penitẽtia sacr̃alis videt̃ ꝙ tunc: vbi
currebãt hec duo instituta fuit pnĩa: sed hoc
fuit in lege nature. ergo ⁊c. Rñdet̃ ad p̃mũ
ꝙ ẽ verũ ꝙ semp fuit remediũ existẽte mor
bo: sed illud remediũ nõ fuit sacr̃m peniten
tie: sed fuit gr̃a: siue penitẽtie virt⁹. Ad secũ
dũ dicas ꝙ illa nõ fuit cõfessio: sed poti⁹ ac
cusatio dei ⁊ excusatio sua: vnde glo. ibi di
cit. Mulier quã dedisti mihi. ⁊c. nõ humili
ter cõfitẽs: sed supbe excusans. i. in auctorẽ
mulieris culpã retorquẽs. Preterea si dicẽ
da ẽ cõfessio poti⁹ fuit canonica q̃ sacr̃alis
vnde vocat⁹ corã iudice ⁊ ꝯuict⁹ de trãsgres
sione cõfitebat̃ culpã suã. Uocauit. n. eũ do
min⁹ cũ diceret. Adam vbi es. conuicit eũ
reum criminis euidẽter ei⁹ manifestãs nudi
tatẽ. vnde Geñ. 3. dr̃. Quis indicauit tibi
ꝙ nudus esses: nisi ꝙ ex ligno de quo tibi
preceperã ne comederes comedisti. Et sic cõ
uictus cõfessus est dicẽs: Mulier quã dedi
sti m̃. ⁊c. Deinde q̃si cõuict⁹ in iudicio dam
natus est pena que sequit̃. ¶ Secũdo dico
ꝙ nõ debuit institui sacramẽtũ penitentie

post peccatū in lege scripture qđ ꝓbat̄ sic ƀm
Alex. vbi. s̄. di. ꝙ penitētia est sacramentū
necessitatis. Sacra aūt veteris legis ⁊ scri-
pture nō sūt necessitatis nec effectiua: ſʒ solū
significatiua. Sacramēta autē noue legis
sūt necessitatis nō solū significatiua: ſʒ effe-
ctiua: vnde glo. sup illud ad Heb. 8. Nōne
aūt meli⁹ sortitus misteriū ait. Nō sūt eadē
sacramēta in vtraqꝫ lege: nec eadē promissa
eadē tñ pluraqꝫ p̄cepta moralia i vtraqꝫ ea-
dem cerimonialia nō sacra: q2 illa solum ꝓ-
mittebāt: hāc aūt salutē dant. Cōfirmat il
lud Hugo di. Quia sacramēta illa prioris tē-
poris sub lege naturali: siue sub lege scripta:
signa quedā fuerūt ⁊ figure eoꝝ: que nūc sub
gratia exhibita sūt sacramētorū. Ex quib⁹
oībus cōcludit̄ ꝙ si penitētia ē sacramentū
necessitatis ⁊ effectiuū salutis: ꝙ nō ē insti-
tutū in lege veteri: sed solūmō in lege noua. Et
si obijcit̄ ꝙ in lege scripta videt̄ penitētia in
stituta ꝓpter illud qđ dicit̄ ꝓuerb. 28. Qui
abscondit scelera sua nō dirigetur: qui aūt con
fessus fuerit ⁊ reliquerit ea miām cōsequet̄
vbi demōstrat̄ ꝯfessionē eē necessariā saluti
Rñdet̄ ꝙ ꝯfessio illa nō fuit sacr̄alis: q2 illa
sola ē sacramētalis q̄ fit sacerdoti ecclesiasti
co habēti ptātē clauiū in spe remissiōis pcti
vt dictū ē. s̄. In lege eni veteri fiebāt quedā
oblationes ꝓ peccato. vt dictum est in qui-
bus ostendebat̄ gen⁹ peccati. s. vel ꝙ erat ex
ignorātia vel malicia: ⁊ quedā circūstantia
scilicʒ ꝙ erat peccatū p̄ncipis: vel sacerdotꝭ
Sʒ huiusmōi oblatio licʒ iudicaret peccatū
nō tñ fuit sacr̄alis: q2 sacr̄m nō dicit̄ solūmō
q2 signat: sed etiā q2 aliq̄d efficit maxie de sa
cramētis necessitatis: sed oblatio facta scđm
ritū legis veteris nihil efficiebat inquātū sa
cramētū dico: q2 ⁊ si offerentes merebāt̄ ex
obediētia legis: tñ nō rōne: qua sacramentū
erat siue signū: qđ bene fit nūc in sacris noue
legis: virtute passiōis christi: vt. s̄. tactū est
Et sic pʒ scđa ꝯclusio ⁊ ps scđa hu⁹ ƀmonis.

Pars tertia in qua ponit̄ ista conclusio ꝙ
sacr̄m pnie institutū ē in lege grē ꝓpter tria

Tertio in hoc sermone fūdat̄ alia cō-
clusio. s. ꝙ sacramētū penitētie insti
tutū i lege gratie ē: vt dictū ē in ser-
mone precedenti maxime propter tria. Pri-
mo ꝓpter aīe reformationem. Secundo ꝓ-
pter diuinā recōciliationem. Tertio ꝓpter
bonorū ꝑticipationē. ¶ Primo dico ꝙ pe-
nitētia instituta ē ꝓpter aīe reformationē.
Cū eni aīa ad imaginē dei facta: pctō fit de
formata: et hoc est ƀm Tho. in p̄ma parte.
q. 93. ar. 4. quātū ad deformationē recreati
onis: q2 ⁊ si peccator habeat imaginē nālem
scilicet creatiōis: tñ nō habet imaginē gra-
tuitā. s. recreatiōis. Nā ⁊ si habeat aptitudi
nē cognoscēdi ⁊ amādi deū: tamē nō actu co
gnoscit nec intelligit: q2 per pctm̄ cecidit in
infirmitatē cecitatē ⁊ imūdiciā. vnde Ber.
ait: Btā illa trinitas pater filius ⁊ spūs. s.
vnus de⁹ sūma potētia: sūma sapiētia: sūma
benignitas creauit quādā trinitatē in aīam
rōnalē: que in eo prefert vestigiū quodā tri-
nitatis: qđ ex mera rōne ⁊ volūtate cōsistit:
sed hec trinitas creata cecidit p suggestionē
delectatōʒ ⁊ ꝯsensū ab illa sūma trinitate po
tētia sapia ⁊ puritatē i quādā ꝯtrariā trini-
tatē ⁊ fedam. s. ifirmitatē cecitatē ⁊ imūdi-
ciā. Memoria eni facta impotēs ⁊ infirma.
Rō imprudēs ⁊ tenebrosa: volūtas aūt i pu
ra. hec ille. Sʒ ad istā reformationē vt pre-
missum ē necessaria ē penitētia que excludit
istam trinitatē malā ⁊ inducat pulchrā ⁊ for
mosam: vñ Aug⁹. de fide ad Petrū ait: Tē
pus acq̄rēdi vitā eternā in ista tm̄ vita deus
hoīb⁹ tradidit: vbi etiā penitētiā voluit eē
fructuosā: ideo aūt hec penitētia fructuosa ē
q2 pōt hic homo deposita malicia bñ viuere
⁊ mutata voluntate: simul iniusta qꝫ opera
mutare. hec ille. ¶ Secūdo istituta ē peni-
tētia ꝓpter diuinā reconciliationē. Nā pecca
tū tollit amiciciā dei introducēdo guerram
inter hoīes ⁊ deū. Iuxta illud ps̄. 4. Odisti
oēs qui operāt̄ iniquitatē. sed penitētia in-
troducit amiciciā ⁊ recōciliationē inter pec-
catorē ⁊ deū: Exēplū patet i magdalena q̄
post pctā: ꝓpter penitentiā in tantaʒ christi
amiciciā venit vt videret̄ eā preferre aposto
lis p̄mit⁹ sibi post resurrectionē suā in signū
precipue dilectionis apparendo Math.
16. Item patet in exemplū in Mattheo qui
fuerat pri⁹ alienorū raptor ⁊ ꝓpter penitē-
tiā: factus est apostol⁹ ⁊ euāgelista Math.
9. Itē patet exemplūʒ in latrone. Luc. 23.
cui per penitentiā statim ꝓmissa est paradi
sus. Confirmant̄ oīa ista per illud pulchrū
Chryso. in lib. de lapsu. Quod habet̄ de pe.
di. 3. §. talis. vbi dicit̄. Talis mihi crede: ta

lis est erga homies pietas dei: q̄ nunq̄ sper nit penitentiā si ei sincere: ⁊ simpliciter offe ratur: etiā si ad sūmū quis peruenerit malo rū: ⁊ inde velit reuerti ad salutis viam susci pit libenter ⁊ amplectit̄: ⁊ facit oīa quaten⁹ eum ad pristinū reuocet statū. Nōq̄ adhuc etiā prestāti⁹ est: etiā si nō potuerit q̄s exple re omnē satisfaciendi ordinē: quātulācūq̄ tamē: ⁊ quātūlibet breui tēpore gestā nō re spuit penitentiā: sed suscipit ipsam nec patit̄ q̄uis exigue cōuersionis perire mercedē. hec ille. ¶ Tertio instituta ē penitētia: propter bonorū participationē. Nā per peccatū ho mo abscidit̄ a gremio ecclesie ꝓpter perditio nē vinculi charitatis: sed per penitentiam ei cōiungit̄: ⁊ fit particeps omniū bonorū ei⁹. iuxta illud ps. 118. Particeps ego sū omniū timentiū te. Aug⁹. in li. de pen. de pe. di. 6. .c. qui vult. ait: Credendū ē ⁊ pietas fidei expostulat credere q̄ oēs elemosyne toti⁹ ec clesie ⁊ orationes ⁊ opera iusticie ⁊ mīe suc currant recognoscēti mortē suā ad cōuersio nē. Et ideo Jo. chrysostomus: sic comēdat penitētiā di. O. penitētia q̄ pctā deo miserā te remittis: ⁊ paradisū reseras: ꝯtritū sanas omnē tristē exhylaras: vitā de interitu reuo cas: fiduciā reformas: grāz abūdantiorē re fundis: oīa ligata tu soluis: oīa soluta tu cu stodis: oīa aduersa tu mitigas: oīa infirma tu sanas atq̄ cōtrita: oīa confusa tu lucidas oīa desperata tu aīas: ꝑ te o penitentia Da uid afflictus vel cōtritus fact⁹ est sanus: per te fili⁹ ꝓdigus paternū amplexū meruit: per te Petr⁹ postq̄ ter negauit christū indulgen tiam reperit: ꝑ te o penitētia latronē subito christus ad regnum rapuit. Ad q̄d idē iesus christus per penitentiā nos perducat. Qui vi. ⁊ reg. deus cū patre ⁊ spiritu scō i sempi terna secula. Amen.

¶ Feria q̄nta post primā dn̄icā de aduentu. De p̄mitate penitētie. quō. s. est prima v̄tus in anima pctōris. Sermo quintus.

ABijciamus ergo opa tenebrarū ⁊ in duamur arma luc̄. Iter vbi. s̄. A multis dubita ri solet frēs charissimi. que virtus sit p̄ncipalior ⁊ in anima vtilior. Nam aliqui dixerūt esse fidem iuxta illud apostoli ad Heb. xi. Si ne fide impossibile est placere deo. Nonnulli ꝓ iusticiā que est omniū regina et dn̄a vir tutū: vt dicit Tullius in. 2⁰ de officijs. Ce teri vero dixerūt perseuerantiā. iuxta illud Matth. x. Qui perseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Verū saluo meliori iudicio Melior ⁊ necessarior omniū virtutū ē cha ritas q̄ qui habuerit ⁊ tenuerit: etiā si cete ris carebit oīno saluabit̄. Et qui ea caruerit etiā si cetera habere videbit̄ ꝓculdubio dam nabitur: vnde apostol⁹ p̄me ad chor. 13. Si linguis hominū loquar. ⁊c̄. Sed aduertēdū est q̄ in aīa peccatoris: nō pōt esse charitas: nec cōsequēter alia virt⁹: quia peccatū ⁊ cha ritas ꝯtraria sūt nec simul eidē subiecto ineē possūt. Quare necesse ē pri⁹ penitentiā eē in anima pctōris quā charitatē ⁊ aliam virtu tem. Idcirco postq̄ in superiorib⁹ tractaui mus de diffinitiōe ⁊ institutione pn̄ie in isto sermone aliquid breuiter tractabim⁹ de ei⁹ primitate. Quō. s. nulla virt⁹ pri⁹ est in aīa peccatoris q̄ penitētia. Abijciam⁹ ergo ope ra tenebrarū. i. peccatorū per penitētiā ⁊ cō sequēter indu. ar. lu. i. charitatis cū alijs vir tutib⁹. Circa q̄ primitatē pn̄ie tria cōside rabimus. Prima erit fūdata cōclusio. Se cunda euidens oppositio. Tertia lucida de claratio.

¶ Pars prima in qua ponit̄ ista cōclusio q̄ penitētia quātū ad vsum est p̄ma virtus in anima peccatoris.

PRimo i isto s̄mōe ponit̄ ista ꝯclusio. Q̄ in aīa peccatoris p̄ma virtus ē pn̄ia que declarat̄ sic scōz Alex. de al. in. 4. pte sūme sue in tractatu de peniten tia in generali. Et eius discipulū. d. Bo. in 4. di. 14. ar. 2. q. 3. d i. Q̄ dupliciter d̄r ali quid prius alio. Aut scd̄m substantiā: ⁊ sic omnes virtutes simul sunt: quia simul infun dunt̄. Aut scd̄m vsuz. Et sic vna virtus est prior alia virtute: quia pri⁹ ea anima vtitur potest ergo dici q̄ sicut motus penitentie prior est in preparatione ipsius peccatoris penitentis ad gratiam proprie loquendo de p̄paratiōe meritoria de ꝯgruo: sic v̄t⁹ pn̄ie ꝓp̄e loquēd o p̄orē in tollēdo pctm̄ cōmissū De autem motus pn̄ie. s. dolor siue attritio

efficacius ꝑpararet ꝙ motus aliarū ꝟtutū
patet: quãtūcūqꝫ enī q̇s cognoscat penas de
bitas pctīs ⁊ cõsideret instinctu fidei: nunq̄
tñ ex cõsideratione vel cognitiõe tali prepa/
raẜ meritorie de cõgruo ad gratiã. Immo
vbi aliud sequaẜ magis fit culpabilis: vnde
efficitur remotior a grã. Preterea posito ꝙ
ex instinctu fidei cognoscat se debitorẽ pene
⁊ ex hoc incutiaẜ sibi timor quantūcūqꝫ affi
ciaẜ timore: si ibi ꝑmaneat: nec vltra ꝓgre/
diaẜ: nõ ex hoc magis ꝑparaẜ ad grãm. De/
sperati enī maxime timẽt: sed timor iste nul/
latenꝰ est preparatoriꝰ gratie. sed qñ atteri/
tur aĩa preparaẜ ad grãm. Sic igitur vt di
ctū est motus penitẽtie ꝓprie ⁊ per se dispo/
nit ad gratiã: q2 ante nõ est ꝑparatio ꝯgrua
ad susceptionẽ grẽ: ⁊ sic virtꝰ penitẽtie q̄ da/
ta ẽ ad remissionẽ culpe prior dici põt in re
leuatiõe a lapsu: siue a pctõ hinc est ꝙ cõue/
niẽter distinguiẜ ꝓprietas in virtutibꝰ etiã
ꝗtū ad vsum: q2 aut notaẜ prioritas virtutꝫ
ꝗtū ad imaginis ĩformationẽ: ⁊ sic nõ ẽ ꝑni
tẽtia prior: sed potiꝰ fides aut charitas. Aut
scðm imaginis reformationẽ siue reparatio
nẽ ⁊ sic penitẽtia ẽ ꝑma. Fundaẜ aũt ista cõ
clusio tribus rõnibus. Primo sic: glo. super
illud Matth. 3. Penitentiã agite ⁊c̄. ait ꝑ/
ma virtꝰ ẽ per penitentiã punire veterẽ ho/
minem ⁊ vitia odire: ergo ⁊c̄. Secundo sic
priꝰ est declinare a malo qð fit per penitẽtiã
ꝗ facere bonū qð fit per alias virtutes: ergo
⁊c̄. Tertio sic egressus vitij oꝑatur ingres/
sū ꝟtutis: q2 per exclusionẽ vniꝰ ꝯtrarij ĩtro
duciẜ aliud: sed penitẽtie ẽ peccata expellere
ergo ipsa est prior alijs virtutibꝰ.

Pars scða in qua poniẜ euidẽs oppositio
contra predictã cõclusionẽ.

Secũdo in isto sermone euidẽter op/
poniẜ tribꝰ vijs cõtra predictã con/
clusionẽ. Nã aliquibꝰ satis rationa/
biliter visū fuit: ꝙ fides semꝑ sit ꝑma virtꝰ
in aĩa qð probaẜ sic: Fides est fundamentuꝫ
virtutū. ad Heb. xj. vbi diciẜ. Fides est sub
stantia sperandarū rerū ⁊c. glosa. i. funda/
mentū bonorū omniū igiẜ cum fundamen/
tum sit prius alijs: ergo ⁊c. Preterea fides
est causa timoris: q2 ex hoc maior. Qui ma
la egerũt ibunt in ignẽ eternū: incutiẜ timor
malis: igitur fides prior est timore: ergo et
penitentia: quia penitẽtie virtꝰ timore con/
cipitur vt dictū est supra: ergo ⁊c. ¶ Aliq̄/
bus alijs videẜ: ꝙ spes sit prima virtus qð
probãt sic: Nisi quis haberet spem cõsequen
di veniã: nunq̄ penitentiã ageret: siue peni/
teret: igiẜ actus spei precedit actū siue volun
tatẽ penitendi: igiẜ spes penitentiã: ergo ⁊c.
Aliquibus alijs videtur ꝙ prima virtꝰ sit
charitas qð probant sic: Nulli displicet of/
fensa alicuiꝰ: nisi qui diligit illū. Si enī odi
ret eū placeret eius offensa ergo diligere deū
natura precedit odiū peccati: sꝫ primū ẽ opꝰ
charitatis. scðm ꝟo penitẽtia: ergo ⁊c.

Pars tertia huiꝰ sermonis in qua poni/
tur euidens dictorū in parte precedenti de/
claratio.

Tertio in isto sermone euidẽter ⁊ cla
re predicta in secũda parte lucidanẜ
⁊ declarantur. Primo enim illis qui
dicunt ꝙ fides est prima virtus in aĩa. Re/
spondẽdū est ꝙ fides est fundamẽtū omniū
bonorū inquãtū perficit cognitiuã: quia sub
sterniẜ alijs virtutibꝰ que perficiunt effecti
uam ⁊ operatiuaꝫ. Cognitio enī fidei intel
lectiua precedit inclinationẽ ad bonū effecti
ua executionẽ operationis. Non igiẜ fides
diciẜ fundamentū omniū bonorꝫ: quia ꝑor
sit alijs in anima: quasi suꝑ ipsam alie fũdẽ
tur: sed q2 habet modū fundamẽti: quantū
ad hoc ꝙ actus illiꝰ: quasi actibus aliarum
substerniẜ. Et quãdo diciẜ ꝙ fides est causa
timoris. Dicas scðm Hugonẽ: ꝙ in affectu
est substãtia fidei: in cognitione ꝟo materia
Cum ergo fides informis efficiẜ formata:
hoc nõ est ratione illiꝰ quod erat in cognitio/
ne: sed eius quod erat in affectu: sed ratione
illius nõ fuit causa timoris: ⁊ ita nec causa
penitentie: sed solū ratione eiꝰ qð erit in co/
gnitione: ꝓpter hoc non sequiẜ si motus fi/
dei quantū ad hoc precessit motū penitentie
ꝙ habitꝰ fidei debeat precedere habitū pe/
nitentie. Loquendo de habitu gratuito ab
aspectu cuius fides est substantialiter siue
formaliter: q2 fides nõ est formata sine mo/
tu penitentie: vnde bene diciẜ Iacobi. 2. Fi/
des sine operibꝰ mortua est. Nõ habeẜ pri/
ma. q. i. c. Fertur. ⁊. §. opponiẜ. ⁊ de pe. di/
2. c. Si enim. ⁊ di. 3. §. illud. Et de sacra vn
ctiõe. c. vnico. §. Quia vero. Idcirco. ⁊ apo
stolus ad Gall. 5. ait: Fides per dilectionẽ
operaẜ quod habeẜ. 28. q. i. c. Pror. Et de

pe. dis. 2. c. potest. ea. dis. 2. c. charitas est. c. quicunq3. c. firmum. et. c. circuncisio. et dis. 4. c. Si ex bono. Et in predicto. §. Quia vero. Fides ergo debet esse operosa 7 meritoria quod nõ potest eẽ: dũ est peccato cõiuncta: ergo penitẽtia debet precedere vt auferat peccatũ: 7 faciat fidẽ operosam 7 meritoriam. Et ideo bene dicit. Joh. 6. Qui credit in me habet vitam eternã. qõ habetur de pe. dis. 2. c. charitas est. et dis. 4. §. similiter nõ eni dixit dñs me: nec mihi: sed in me: Ait enim Aug⁹. super illud Joh. p̃. his qui credunt in noĩe eius: 7 est trãssumptũ a Magistro sententiarũ in. 3. di. 23. Nõ aliud ẽ credere deo: aliud credere deũ: aliud credere in deũ. Credere deo est credere vera esse: que loquit qõ 7 mali faciũt. Credere deum est credere q̄ ipse sit de⁹: qõ 7 mali faciũt. Credere in deum est credẽdo deũ amare: credendo in eum ire: credẽdo ei adherere 7 ei⁹ membris incorporari: 7 per hanc fidẽ iustificatur impius. Hec ille. Ex quib⁹ omnib⁹ pat3 q̄ penitentia est prior in aĩa peccatoris: quã fides vera operosa et meritoria. ¶ Scdõ in ista parte. Rñdet illis qui dicũt spem esse p̃ma3 virtutẽ in anima peccatoris: qõ verũ est de spe informi nõ aũt de spe formata: vñ si q̃ratur vtrum peccator possit recte sperare beatitudinẽ. Rñdet scdm Bon. in. 3. dis. 26. ar. p̃. q. 4. in responsiõe primi argumẽti q̄ aliq̃s põt exire in actu3 spei tripliciter. Primo habendo merita in p̃posito: 7 in effectu sicut homo iustus: qui diu deo seruiuit 7 iste est actus spei formate 7 exercitate. Secũdo habendo merita in proposito: sed nõ in effectu sicut ille qui ẽ peccator: 7 p̃ponit tamẽ multa bona facere per illa q3 saluari: 7 iste ẽ act⁹ spei informis. Tertio non habendo merita nec in proposito: nec in effectu sicut ille qui semp faciendo mala: 7 in malis proponens perseuerare per solam diuinã misericordiã se credit assecuturũ gloriã: 7 iste est actus p̃sumptionis: vnde p̃uerb. x. dicit. Expectatio iustorũ leticia: spes impiorũ peribit. Et iterum p̃uerb. xi. habet. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Et. 14. c. iterum legit. Sperat aũt iustus in morte sua. Sed vt ibidem habet: nõ habẽt spem futurorum impij. Dicas ad argumentu3. Quod mot⁹ spei informis: precedit motũ doloris informis siue attritionis. Sed econuerso est de spe formata: 7 penitẽtia etiam formata: et hoc dico quantũ ad ordinẽ nature: quia lic3 simul infundat virtus spei 7 virtus penitentie: tamẽ habit⁹ quo tollunt peccata scilicet virtus penitẽtie: precedit illũ habitũ: ex quo expectant bona futura. Ex meritis eni gratie: vel virtutis: qõ est cũ quis est sine culpa mortali: quod fit per penitentiã est ratio expectatõis futuroru3 bonorum: vnde glosa Matth. 3. ait: Penitẽtia p̃cedit: sequit promissio regni. Qui vere penitet in se preteritos errores: hic erigit animam ad celeste regnum: sed erectio est actus penitẽtie 7 non spei: vnde patet q̄ sequit ipsam virtutem penitentie. Dicendũ igitur q̄ in via releuationis a lapsu semp prius est quo fit releuatio quã quo fit progressus releuati: propter hoc in reparatione ipsius penitẽtis: que reparatio fit per releuatione3 a lapsu: prior est virtus penitentie qua fit releuatio quã alie virtutes quibus fit cõiunctio cum summo bono: vnde virt⁹ penitẽtie prior est in hac via quã fides 7 spes. ¶ Tertio in ista parte Respondet illis qui dicunt primã virtutem eẽ charitate3 in anima peccatoris: q̄ hoc est impossibile q̄ peccatũ 7 charitas sint simul in anima peccatoris. Cum enim sint cõtraria non possunt simul inesse eidem subiecto: sed mutuo se expellunt sicut albũ expellit nigrũ 7 econtra dulce amarum: frigidum calidu3 7 econuerso. Quãdiu ergo homo est in peccato non poterit esse in charitate: sed peccatum nõ expellitur vt patebit in sequentibus nisi per virtutem penitẽtie: ergo ex prese patet penitentiã in anima peccatoris precedere charitatem sicut precedit remouẽs id quod prohibet ingredi per illud: precedit eni apertio fenestre illuminationẽ camere: tanq3 prohibens remouens prohibitionẽ illi⁹ illuminationis. Dicas ergo ad argumentũ q̄ non est necesse precedere dilectionem ipsam displicẽtiam: sed sufficit q̄ cõcomitet in habitu. Ex quibus omnib⁹ concludit q̄ prima virtus reformans animã peccatoris 7 alijs virtutibus aditu3 faciens est ipsa penitentia Unde Cyprianus ad donatũ ait: Nam et ipse quã plurimis vite prioris erroribus implicatus tenebar: quibus exui me posse non crederem sic vitijs adherendtibus obsecun-

dans eraz ⁊ desperatiōe melioris malis meis
velutiaz ꝓprijs ac vernaculis fruebar. Sz
postq̄ʒ vnde genitalis auxilio superioris cui
labe detersa in expiatum pectus expurum de
super se lumen infundat. Postq̄ʒ celitus spi-
ritu hausto in nouū inde hominē natans se
cunda reparauit mirum in modū protinus
sensi confirmare se dubia: patere clausa: lu-
cere tenebrosa: facultatem dare quod prius
difficile videbat̄ geri posse quod impossibi-
le putabatur: vt etiaz se agnosceret terrenū
fuisse: quod primū carnaliter natū delictis
obnoxiū viueret: dei iam esse cepisse: quod
spūs sanctꝰ animaret. Hec ille. ¶ Que oīa
etiam confirmat Hieronymꝰ in epistola de
obiurgatione susanne dicens: Deinde lugu
bris tibi accipienda est vestis: ⁊ mens ac mē
bra singula digna castigatione punienda.
Amputentur come que per vanā gloriam
luxurie occasionem prestiterunt: defluant
oculi lachrymis qui masculum non simplici
ter aspexerūt. Pallescat facies: que quon-
dam rubuit impudice. Totū deniq̄ʒ corpus
incuria ⁊ ieiunijs maceret̄ cinere aspersum
⁊ opertum cilicio et perhorrescat: quia sibi
male de turpitudine placuit. Cor vero sit
liquescens tanquā cera: ieiunijs inquietans
seipsum: ⁊ cogitationibꝰ ventilans quasi sit
ab iniquo submersū. Sensus etiā crucietur
quia in membra corporis cū haberet domi-
nationē malum gessit imperiū. Talis vita
talis actio penitentie si fuerit perseuerans:
audebit sperare: ⁊ si non gloriā: certe pene
vacuationē. Dicit eniz dominꝰ cōuertimini
ad me: ⁊ ego conuertar ad vos. Conuerti-
mini in toto corde vestro in ieiunijs fletu ⁊
planctu: disrumpite corda vestra: ⁊ non ve-
stimēta vestra: quoniam pius est ⁊ miseri-
cors. Sic conuersus magnus ille Dauid iu-
stificatus: sic niniue peccatrix illa ciuitas in
cūbentē sibi euasit interitum. Hec ille. An-
te ergo omnia sumenda est penitentia: quā
alie virtutes sequunt̄: per quas premia eter
na acquiruntur. Ad que ille nos perducat.
qui viuit ⁊ regnat deus cum patre ⁊ spiritu
sancto in secula seculorū. Amen.

¶ Feria sexta post primā dominicā De ad-
uentu. De originali processione penitentie.
a q̄bꝰ scilicet orit̄ vt in pluribus. Sermo. 6.

Abijciamus
ergo opera tenebrarū: et
induamur arma lucis. ite
rum vbi supra. Vidimus
fratres charissimi in ser-
mone precedenti: quomō
in anima peccatoris nulla alia virtꝰ potest
habere efficaciaz: ante susceptā ⁊ peractam
penitentiā. In p̄sentiaruz vero est tractandū
ex quibꝰ considerationibꝰ cogitationibꝰ ve
ac meditationibꝰ in anima ipsius peccatoris
delictis obnoxij ⁊ alligati penitētia ipsa con
cipiatur atq̄ʒ oriatur. Nam cū scd̄m omnes
doctores ⁊ scripture sacre tractatores dua-
bus vijs omnipotēs deus animas conduce-
re ad se studeat: ⁊ conet̄. scilicet blandicijs
ꝓponens ea que alliciunt ad amorē: atq̄ʒ ter
roribꝰ: proponens ea que inducūt ad timo-
rem. In isto sermone tractandū est: ex qua
via istarum duarū magis anima peccatoris
ad penitentiā manuducat̄. Abijciamus er-
go opera tenebrarum. ⁊c̄. considerando ea
que nos ad penitentiā que sola ipsa opera te-
nebrarū: peccata videlicet abijcere potest in
ducere valent: Que vt clarius videant̄ tria
breuiter consideremus. Prima erit aperta
declaratio. Secūda rationabilis dubitatio
Tertia consequens cōclusio.

¶ Pars prima huius sermonis in qua de-
claratur quomō penitētia oritur ex timore
⁊ amore magis tamen et in pluribus ex ti-
more.

Primo igit̄ in isto sermone: quia di-
cit Magister sententiarū in. 4. dis.
14. Q̄ penitentia vt in pluribꝰ ori-
tur ex timore: in paucis ex amore. Et quod
accidit in pluribus: ⁊ maxime moralibꝰ il-
lud tenenduz est scd̄m Aristo. in p̄mo ethi-
corū. c. 2. Declarat̄ per tres solēnes doctores
quorū primꝰ est Alexan. de ales. vbi supra.
Secūdus dn̄s Bo. in. 4. dis. 14. ar. 2. q. 2.
Tertius Ricar. de mediauilla ibidem arti.
4. q. 2. predictū dictū Magistri. vnde di
cūt q̄ duplex est causa penitētie nostre. vna
effectiua. s. deus: nisi eni deus ad penitentiā
cor peccatoris moueret: nullꝰ de pctō pn̄iaz
ageret: vnde ait ipse dn̄s Joh. 14. Nemo ve
nit ad me nisi pater meus traxerit eum. Et

ideo ibidem etiã inquit. Sine me nihil pote
stis facere. Patet hocclarius in tractatu de
clemẽtia dei: ⁊ etiam inferi⁹ patebit: cũ age
tur de ordinata iustificatione impij per pe
nitentiã facta. Alia est dispositiua: ⁊ hec ẽ
a nobis: quia qui creauit nos sine nobis ẜm
Augu. non iustificat nos sine nobis. Cum
igitur penitentia sit reuersio: vel reuocatio
hominis in ꝑeccato existẽtis ad deum: vt ait
Damascenus oportet ad penitentiã facien
dam aliquid in nobis precedere: vt illumi
nans: vt inclinans. et vt reuocans. ¶ Pri
mo igitur causa penitẽtie est aliquid in no
bis: vt illuminãs ad cognitionẽ peccati no
stri: ⁊ ipsius dei. Et sic penitentia concipit̃
in intellectu a fide: co ꝙ fides illuminet intel
lectum: ⁊ dictat deũ esse iustum ⁊ puniturũ
peccatores: nisi se ipsos per penitentiam pu
niant ex qua cõsideratione concipitur in mẽ
te propositũ penitẽtie. ¶ Secũdo causa pe
nitentie est aliquid in nobis: vt inclinans ad
honorẽ dei: ⁊ sic penitentia concipit̃ in men
te ab ipsa spe hoc modo. Quia ex considera
tione diuine misericordie qua deus parat⁹
est remittere penitenti peccata generat̃ spes
remissionis ⁊ voluntas penitẽdi. ¶ Tertio
causa penitentie est aliquid in nobis: vt re
uocans ⁊ seperãs ab amore delectabili ipsi⁹
peccati: ⁊ hoc est timor pene qui sequitur
peccatum. Cognoscit enim peccator se ꝓ
pter peccata sua ad penã eternam ex diuina
iusticia obligatũ. Et ideo ex ꝯsideratiõe di
uine iusticie que nulla peccata impunita re
linquit ⁊ que nullius potentiã veretur: nul
lius sapientia decipitur: nulla pecunia corrũ
pitur: ⁊ nullius fletibus deflectitur: genera
tur in peccatore timor: quo penitentia conci
pitur: Unde timore diuine iusticie et pene:
hominẽ penitet de peccato in mente: ⁊ exte
rius opere penitentiam facit. Dicendũ est ꝙ
vt frequentius ⁊ in pluribus: verum est qđ
dicit Magister. Qđ penitentia oritur ex ti
more: ⁊ in paucis ex amore. Cuius rationẽ
assignat Alexan. vbi supra di. Qđ etsi bo
nitas dei ⁊ gloria paradisi magis nata sunt
reuocare vel retrahere a peccato. Attamẽ
animal homo: ⁊ precipue existens in pecca
to mortali neqꝫ cognoscit: neqꝫ degustat dul
cedinem vite eterne: vt eius amore peniten

tiam faciat. Quia cum vita eterna plurib⁹
incognita sit: quia nec eam oculus vidit: nec
auris audiuit. ⁊c̃. Esaie. 44. Et prime ad
chorĩ. 2. precipue tamẽ existentib⁹ in pecca
to mortali incognita ẽ: Unde Hieremie. 31.
dicitur. Omnis homo qui comedit vuam
acerbam obstupescent dẽtes eius: Idcirco
pauci peccatores prouocant̃ ad penitentiã
amore vite eterne: sed plures timore gehen
ne: tum quia status peccatoris valde similis
est inferno propter remorsionẽ conscientie
⁊ alia plura de quo Apoc. 6. dicitur. In
fernus sequebat̃ eum. Tum quia ĩ inferno
erit priuatio omniũ delectabiliũ que sunt in
isto mundo. iuxta illud Job. 27. Diues cũ
dormierit nihil secum afferet peccator aũt
cognoscit delectabilia vite huius: ideo et
horũ priuationẽ ⁊ sic infernũ aliquo modo
noscere potest: quia priuatio cognoscit̃ ꝑ ha
bitũ. Confirmat̃ predicta cõclusio. s. ꝙ pe
nitẽtia oritur ex timore ꝑer auctoritates scri
pture sacre. Nã sapiẽtia prouerb. ꝓ. dicit Ini
tium sapiẽtie est timor dñi. Et prouerb. 8. scri
bitur. Timor dñi odit malũ arrogantiã et
superbiã ⁊ viam prauã. Et iterũ prouerb. 13.
dicit̃. Timor domini bon⁹ est: qui autem ti
met deũ in pace versabit̃. Et. 14. legit̃ Sa
piens timet ⁊ declinauit a malo. Idem. 15.
c. In timore dñi declinat omnis a malo. et
16. c. eiusdẽ dicit̃. Misericordia ⁊ veritate
redimit̃ iniquitas: ⁊ in timore dñi expellit̃
peccatũ: nam qui sine timore est: nõ poterit
iustificari. Et Ecclesiasti. 2. Qui timent do
minũ preparabunt corda sua: ⁊ in cõspectu
illius sanctificabunt animas suas. Et iterũ
ibidem. Qui timent dominũ custodiunt
mãda a illius: ⁊ patientiã habebũt vsqꝫ ad
inspectionẽ illius. Et Ecclesiasti. 21. Qui ti
met dominũ conuertitur ad cor suũ. Item
Esaie. 26. scribitur. A facie tua id est a ti
more tuo quasi concepimus ⁊ ꝑturimus spi
ritum salutis. Ex quibus omnib⁹ concludi
tur ꝙ salus nostra oriatur ex timore. Sed
cum salus reperiri nõ habeat a peccatorib⁹
sine penitẽtia sequit̃ ꝑenitentiã oriri ex timo
re. Aduertendũ tamẽ est ꝙ vtilius est ⁊ ma
gis meritoriũ declinare a malo ex amore vi
te eterne: quam ex timore gehenne. In cui⁹
signũ Joh. ⁊ Christ⁹ predicauerũt pniam

vtiliorē cum dixerunt: Matth. 3. 7. 4. Pe-
nitētiā agite. app. e. re. celoꝝ vbi notaꝛ amor
vite eterne. Non aūt dixerūt penitentiā agi
te ⁊ fugiet pena gehēne: ex qua ꝯsurgit timor
⁊ sic patet qd dō de pͥma parte huiꝰ ſmonis.

¶ Pars scōa huius sermonis ī q̄ ponitꝛ ⁊ sol
uitꝛ rōnalis dubitatio circa ꝑdicta ī pͥma pte

Secūdo in isto sermone sunt aliq̄ du-
bia circa ꝑdicta in pͥma parte decla-
rata ⁊ soluēda: ad clariorē ipsoꝝ no-
titiā. pͥmo eni videtꝛ ꝙ penitētia oriatꝛ ex fide
arguendo sic: Penitētia ordinatꝛ ad purifi-
candū cor: ergo eius origo ⁊ conceptio maxi
me debet attribui. ꝓ ꝑncipio purificationis:
ꝫ istud nō ē timor sed fides: iuxta illud act.
15. Fide purificans corda eoꝝ. ergo videtꝛ ꝙ
penitētia non concipiatꝛ ex timore sed ex fi-
de. Ad hoc. R. ꝙ fides purificat cor ꝑ mo-
dum ostendentis timēda: nec nō ⁊ amanda
Timor aūt inq̄ꝫtum ab ipso inchoatꝛ motus
voluntatis recedētis a peccato ⁊ tendentꝭ ad
deū. Penitētia ꝓ̄o inq̄ꝫtum impetrat chari-
tatem ꝑ quā formaliter purificatꝛ cor. Et iō
quāuis penitētia ꝯcipiatꝛ ex fide: nō tamē se-
quitꝛ q̄n etiā concipiatꝛ ex timore magis q̄ꝫ ex
fide: q̄r est dispositio magis ꝓpinqua. Ex fi-
de eni nō ꝯcipitꝛ penitētia: nisi inquātū fides
ostendit timēda vel amanda: qđ solū ꝯsistit
in intellectu. Ex timore aūt iā fit motus vo-
lūtatis recedētꝭ a pctō quod consistit in affe-
ctu: ⁊ est eēntiale penitentie. ¶ 2º ꝯtra predi
cta dubitatꝛ ꝙ pnia nō oriatꝛ ex timore argu-
endo sic: Idem nō cōcipitꝛ ex seipso: iuxta il
lud Aug. ꝑ. de trini. c. i. Nulla res est que se
ipsā gignat vt sit: sed idē est timor ⁊ peniten-
tia q̄r est idē subiectū vtriusq̄ꝫ: ⁊ sub eadem
rōne. s. pctm̄ inquātū est dei offensiuū: ⁊ etiā
vtriusq̄ꝫ est idē actꝰ. s. refugere pctm̄: supra-
dicta rōne: ergo pnia nō concipitꝛ ex timore.
Ad hoc dicas ꝙ nō est idē timor ⁊ penitētia
nec vtriusq̄ꝫ idē est formale obiectū. Timo-
ris eni seruilis obiectū ē pctm̄ inquātū me-
retꝛ arduū malū pene: ⁊ timoris initialis siue
filialis inquātū ē malū arduū ꝯtrariū diui-
ne reuerētie: pnie aūt inquātū est ꝯtrariū iu-
sticie diuine: ⁊ legi eiꝰ: ⁊ expiabile ꝑ actū pe-
nitētis: nec tātū respicit pniaꝫ quātū pctm̄
inquātū ē pctm̄: sed etiā ex ꝯsequēti inquātū
est futurū. ¶ 3º ad idem arguitꝛ sic: Si pe-
nitētia oritur ex timore: aut seruili: aut ini-
tiali: aut filiali. Nō seruili: quia cū illo ma-
net volūtas peccandi: sed cum pnia nō ē volū
tas peccandi: et etiaꝫ cū timore seruili nō est
charitas ⁊ charitas ē cū pnia: ergo. ⁊c. Non
etiā initiali aut filiali: q̄r cū homo habeat ti-
morē initialē aut filialē: necesse ē ꝙ de pecca
to peniteat. Cuiꝰ rō est: q̄r timor initialis est
cū gratia gratū faciente: quā cōcomitantꝛ ce
tere virtutes: ergo ⁊c. Ad hoc dicas ꝙ pnia
oritur ex timore seruili: ⁊ tūc ad argumētuꝫ
dicitꝛ: ꝙ ⁊ si non habeatꝛ pnia cum timore ser
uili: nihilominꝰ cōcipitꝛ ab eodē: nec oportet
ꝙ timor seruilis ⁊ pnia sint simꝉ: quia timor
seruilis nō est causa esse ipsius pnie: sed qua-
si generatiōis eius. Sicut sūptio medicine ē
causa sanitatis: nō tn̄ sunt simul. Nā aliud ē
dicere pniam cōcipi: aliud pniam haberi. Pe
nitentiā aūt i penitente ꝯcipi: est dolere siue
attritione affici: ⁊ ad grām penitētie seipsū
ꝑparari. Vn̄ q̄n instinctu timoris aliq̄s do-
lendo siue atterendo: ꝑparat se ad suscipiēdā
gratiā siue virtutē penitentie: tūc dicitꝛ peni-
tētia cōcipi. Unde istud ꝯcipere magis dicit
ꝓpositū siue ꝑparationē q̄ꝫ actualē penitētiā
Idcirco dicitur penitentiā cōcipi timore ser
uili non initiali vel filiali. Et hoc sufficit quā
tum ad secundā partē huius sermonis.

¶ Pars tertia huiꝰ ſmonis in q̄ ponitꝛ ex iā
dictis consequens cōclusio: videlicet ꝙ peni
tentia a timore concipitur.

Tertio in isto sermone fundatꝛ illa cō-
clusio ꝯn̄s ex dictis ſm Alex. vbi. s̄.
⁊ Tho. in. 4. di. 14. ar. i. q. i. ꝙ lꝫ no
bilior actus sit generatio q̄ꝫ conceptio: nō ta
men dicitur ꝙ penitētia generatur a timo-
re sed concipitur: cuius ratio tripliciter est.
¶ Primo quia sicut fetus in quadā rudita-
te ⁊ deformitate concipitꝛ ⁊ post sollicitudi-
nem nature diu ⁊ mulptiliciter operātis ma
gis distinctionē recipit quousq̄ꝫ consūmatꝛ i
debita forma ⁊ specie. Ita etiā quandoq̄ꝫ pec
cator motu timoris dolet ⁊ atteritur dē pecca
tis: ⁊ ꝓponit penitere ⁊ preparat se ad peni-
tendū: qui quidem dolor siue attritio vel ꝓ-
positū penitendi est quasi conceptū rude ⁊ i
forme in prima excitatione timoris: sed ſm
ꝙ peccator magis preparatur magis acce-
dit ad formā siue ad penitentiā formalē per

infusionē gratie. ¶ Secundo illud quod generatur habet causam efficientē per se ⁊ perfectū: quod autē concipit non habet respectum ad causam efficientē per se primo: sȝ quodāmodo cooperantē. Unde quia timor non est efficiens per se sed remote cooperans: idō nō debuit dici penitentia generari a timore ſꝫ solum cōcipi. Nam causa perfecta ⁊ per se penitentia est ex infusione diuine gratie: vt dictum est. ¶ Tertio quia conceptio ꝓprie dicitur alicuius intra vterū. Cum igit primū esse penitentie sit in corde: postea ꝟo ꝓdat exterius per confessionē ⁊ satisfactionē conuenienter dicitur: ꝙ penitentia concipit ex timore. Unā Aug. in li. de pe. sic dicit: Primū esse penitentie est in corde per contritionē: q̄ exercens se in ore fit confessio: ⁊ in opere fit satisfactio. Et ibidē ait: sicut dolor cordis ē comes penitētie: ita lachryme ⁊ cōfessio oris ⁊ satisfactio operis testes sunt doloris ⁊ cōtritionis cordis. hec ille. Consideremꝰ ergo diligenter ⁊ crebro illa que ad timorē inducūt: horā. s. mortis: penā inferni: nec non ⁊ horribilē diem iudicij. Non enim immerito sancta mater ecclesia in pncipio aduentus ⁊ quadragesime facit memoriā de iudicio: qꝛ maxime istis tēporibus conat aīas ad penitētiā inducere per incussionē timoris. Solēt eniȝ tres effectus assignari ipsius iudicij considerationis. Primꝰ eni dicit diuini timoris occasio. Nam cum diuinus timor sit initiū sapientie: vt dictū est supra: meliori modo haberi non potest quā continua memoria iudicij: vnde ꝓpheta ait: Scdm iudiciū tuū viuifica me. quē euenisse Hieronymo ipsemet testatur di. Quoties diem illū considero toto corde contremisco. Secundus effectus dicit diuinoꝝ preceptoꝝ obseruatio. Nam postꝙ̄ habuit quisꝙ̄ domini timorē per cōtinuā iudicij memoriā totis virībꝰ diuina p̄cepta custodit: iustitieꝙ̄ vias minime derelinq̇t Hinc Dauid in psal. dicit: Uia iudicia eiꝰ in cōspectu meo semper: ⁊ iustitias eiꝰ nō repuli a me Tertiꝰ effectus dicitur peccatoꝝ contritio ⁊ maloꝝ supportatio. Naȝ vt legit in vitis patrum: Cuidā fratri superiorē suū interrogāti qualiter cum feruore de peccatis suis penitētiā facere posset: diuinaꝙ̄ p̄cepta de cetero custodire valeret. Responsū fuit. Finale premeditare iudiciū. Et ideo ex opposito nemo iusticias dei sequitur: nisi ab eo finale iudiciū premeditetur. Hinc de peccatore ꝓpheta ꝓloquitur: Inquinate sunt vie illius in omni tēpore. ⁊ reddit causam dicens. Auferunt iudicia tua a facie eius. Est etiā cōsideratio iudicij maloꝝ supportatio. Quis eni ñ erit sobriꝰ in letitia? Quis nō tolerabit aduersa? Quis non minus amore dñi faciet grauia: si in eo erit finalis iudicij firma memoria? Et ꝓpterea beatꝰ Gre. dicit: Diē illū charissimi añ oculos ponite ⁊ quicquid modo graue cernitur in eius cōparatiōe leuigat. Sed vt dicit idem Greg. sup Matth. In maiestate visuri sunt: quē in humilitate videre nolunt: vt tanto districtius virtutē eius sentiant quanto ceruicē cordis ad eius penitentiā non inclinant. Et ideo vt etiā dicit ipse Gregoriꝰ p̄sentis temporis: ita agenda est letitia: vt nunꝙ̄ amaritudo sequētis iudicij recedat a memoria quā habere ꝯtinuā ille nobis concedat: q̄ iudicaturus est viuos ⁊ mortuos ⁊ redditurus est vere penitentibus requiē sempiternā in secula seculorum: Amen.

¶ Sabbato post primā dñicam de aduentu in festo videlicet conceptionis virginis Marie in quo ponit ipsam fuisse ꝯceptā sine pctō originali tribꝰ p̄clarissimis vijs. Sermo. 7.

Absit rē istā facere vt inferamꝰ crimē glorie nostre. Scribunt hec ꝟba primi Mach. 9. c. Quāuis fratres charissimi pncipalis nostra intētio in hoc opere versēt circa mysteriū penitētie. Attamē solēnitates occurrentes: vacue non sunt p̄tereunde quin de ipsis aliqua memoria fiat. Et quia in illo sacro aduentu occurrit festum cōceptionis gloriose virginis Marie nō est silentio p̄tereundū. Nam sanctissima dei genitrix gloria est omniū christianoꝝ vt p̄figuratū est p Judith cui dictū ē a principe sacerdotū Judith. 15. Tu gloria. hierlm. tu letitia Israel: tu honorificentia populi nr̄i. Idcirco qui eā a crimine originalis culpe excusare conant aliquo mō verbū ꝓpositū satis ꝯueniēter assumē possunt di. Absit rē istaȝ facere: vt nos deuoti virginis

Marie inferamus crimē ipsi Marie glorie
nostre dicit ipsam hodie in peccato origina
li conceptā esse. Sz quia vsq in hodiernum
diē agitat inter doctores 7 deuotos vir. Ma
rie: an btā virgo ꝯcepta sit in peccato origi-
nali: vel nō: quoꝝ opinionē donec eccl'a aliud
decreuerit nulla falsa reputat. Ex quo igit
absq aliquo ꝑiculo possum9 hoc ꝓuilegiū at
tribuere gloriose virgini sequēdo opinionē
toti9 ordinis nostri nō ex affectionis passio-
ne ſꝫ ex mentis deuotione adherēdo opinio-
ni deuote: conabor in illo sermone ſm par-
uitatē ingenij mei ex dictis doctoꝝ defende-
re gloriosā virginē a cōtractione ꝓrsus pec-
cati originalis: 7 q ꝯcepta fuit sine peccato
originali ardent ꝓbare decertabo. Ad quod
exequendū ꝓ fundamēto hui9 materie vidē
dum est qd sit: 7 a quo ꝯtrahit peccatū ori-
ginale. Sz qr hoc longū esset enarrare: 7 sa-
tis euidenter in oꝑe de peccatis in tractatu d
peccato originali patet: sufficiat hic tm̄ inue-
stigare quid sit ꝯceptio. deinde ad ꝓpositum
transeamus. Est enim ꝯceptio ſm Pe. aure
oli in tractatu de ꝯceptione virgi. idē quod
simul vnio: a con. qd est simul: 7 capio. i. simt
capio. vn̄ notandū q duplex est vnio. Una ē
vnio seminū qn̄. s. virile semē 7 femellū simt
miscent 7 vniunt. Talis ḡ vnio istoꝝ seminū
dicit ꝯceptio. Qn̄ igit dicit talis est hodie cō
ceptus: sensus huius ꝓpositionis est iste. Se
men maternū 7 paternū isti9 ꝑ'is simul mi-
xta sūt: 7 quia talis cōmixtio seminū sine co-
pula carnali fieri nō pōt: cōmuniter ī tali co
pula raro fit aut nunq: quin peccatū saltē ve
niale interueniat: iō Dauid in psal. dicit: Ec
ce enī z ī iniquitatib9 conceptus sum 7 in pec-
catis ꝯcepit me mater mea. Alia conceptio
seu vnio est naturaꝝ: quādo. s. vniunt aīa 7
corp9: que quidē vnio ſm Aug. fit post qua
draginta sex dies in masculo. 7 octoginta in
femina: sz ſm phicos quadraginta in femi-
nis: 7 octoginta in masculis: vt no. ff. de libe.
7 posthu. l. gallus Quando ergo dicit talis
est hodie ꝯceptus: sic intelligit q hodie com-
pleta ē liniatio siue dispositio 7 organicatio
corporis Petri vel Pauli qua ꝑfecta deus
trinitas descendit 7 creat aīam 7 creando illi
corpori organicato infūdit. Talis ḡ infusio
aīe ī corp9 dicit ꝯceptio naturaꝝ. i. vnio na
ture spūalis q̄ ē aīa: 7 corporalis q̄ est corp9
Quādo ḡ dicit talis est hodie ꝯcept9 ī pecca-
to originali nihil aliud est dicere nisi qr aīa
Petri vel pauli hodie creata est 7 infusa cor-
pori suo: in qua infusione ꝯtraxit pctm̄ origi-
nale. i. obligationē ad penaz dāni que est ca
rentia visionis diuine. Et si in tali statu sine
aliquo remedio decederet visione diuina ꝑ-
petuo careret. hinc Job. 13. dicit. Quis pōt
facē mundū d immūdo cōceptū semine? Nō
ne tu q̄ solus es? Quasi velit dicē: q qn̄ aīa
munda vnit corpori immūdo: nisi diuina ad
iuuetur gratia efficit immunda. Et igit glo-
riosa virgo Maria cōcepta sit ex semine pa-
rentū: quia tamen diuina gratia reseruata
fuit lex cōis in ipsa fuit suspensa: qd ꝓbat tri
b9 vijs in pn̄ti ſmone: rōne. s. auctē 7 exēplo
Pars pma huius sermonis. in q̄ ꝓbat ſm
q̄tuor famosissimos doc. virginē Mariā eē
ꝯceptā sine pctō originali q̄tuor fundamētis

Rimo igit in isto sermone ꝓbat be-
atam virginē esse conceptā sine pecca
to originali ꝑ q̄tuor doctores ꝓbatis
simos. In ore enī duoꝝ vel triū cōstat omne
verbū Math. 18. 7 Deutro. 19. 2. ad Cho-
rinthi. 13. 7. 2. q. 4. c. i. 35. q. 6. c. ab isto die.
2. etiā extra de testi. c. lz vniuersis. s. ꝑ Mar-
rum magistrū Scoti ī tertio sententiaꝝ. di.
3. qui dicit. q si debet errare vult errare po-
tius in abundantia laudis vir. Marie q in
diminutione. et ꝑ Scotū doctorē subtilē ī. 3.
sententiaꝝ. di. 3. q̇ adeo fuit deuotus ꝯceptio
nis virginis Marie q existens parisi9 7 ꝓpo
sita qōne ꝑdicta corā vniuersitate cū ꝓ maio
ri parte oēs virgi. eē conceptā cū peccato ori-
ginali concluderēt. audiēs talia ipse Scotus
gladio spūs sancti oīa dicta coꝝ recitauit et
ꝯfutauit: addēs īnumrabiles rōnes ꝯcludē-
tes virgi. conceptā fuisse sine pctō originali:
qua ꝓpter voluerūt oēs vt de cetero doctor sub
tilis vocaret. Et etiā ꝑ doctorē illuminatum
Franciscū de maironis in. 3. sn̄iaꝝ. di. 3. 7 in
plerisq alijs tractatib9. Postremo ꝑ Petꝝ
aureoli in suo particulari tractatu quē facit
de conceptione beate vir. quē oculata fide vi-
di. Et q plurimis coꝝ rōnib9: sed causa bre-
uitatis tm̄ quatuor adducam9: quaruz pma
dicitur ratio punitionis. secunda ratio oditi
onis. tertia ratio puritatis. quarta ratio re-

dẽptionis. ¶ Primo ergo probatur beatã vir-
ginem fuisse conceptã sine pctõ originali rõ-
ne punitionis: arguẽdo sic: Si ipsa beata vir-
go fuit concepta in peccato originali fuit ma-
gis punita pro illo tẽpore siue instanti quam oẽs
creature que fuerũt in mundo quod est cru-
dele et impijssimũ dicere: quia alij peccauerũt
actualiter: et consequenter grauius puniri debe-
bant. Et probatur pdicta conclusio arguendo
sic: Illud quod plus pdit pro aliquo tempo-
re plus punitur: sed virgo Maria si contra-
xit peccatũ originale: plus sola perdidit pro il-
lo tempore quo fuit in peccato quam omnes alij
dãnati: quoniã si omnes homines huius mũ-
di fuissent predestinati: nõ attigissent ad vir-
ginis meritũ et premium: ergo cum in peccato
mortali priuetur aĩa omnibus spiritualibus bo-
nis cum sit sub potestate diaboli: sequitur quod be-
ata virgo ĩ peccato originali siue mortali exi-
stens plus pdidit quia gratias ad quas erat
disposita pro illo tẽpore habere non potuit: quod
si dicatur vt plerique asserũt: si virgo nõ fuit
concepta in peccato originali: multũ deroga-
tur priuilegio conceptionis christi quia .s. non
habuit specialẽ modũ conceptionis cũ et idem
habuit beata virgo si sine peccato originali
concepta est: quod absurdũ videtur valde: cum
ipsa fuerit creatura pura: Christus vero crea-
tor: ipsa simplex femina: Christus aũt deus et
hõ: ipsa redẽpta: Christus redẽptor. Ad hoc
rñdetur negando consequentiã: quia dato quod Chri-
stus nõ fuisset cõceptus in pctõ originali nec
virgo Maria similiter: nõ sequitur quin Chri-
stus habuisset singularẽ modũ ĩ sua conceptõe
quia ipse conceptus est de femina sine virili
semine: virgo aũt Maria de semine viri et fe-
mine. Preterea nõ tollitur modus singularis pro-
pter hoc cõceptionis Christi: quia cũ Christus
non sit cõceptus in culpa originali: iste fuit sin-
gularis modus cõpetẽs ei solũ iure: rõne: et ne-
cessario. Virgo autẽ si nõ ẽ cõcepta ĩ peccato
hoc fuit ex gratia et puilegio. Non enim ipsa
fuit in primo instanti conceptionis sue sicut aĩa
Christi coniuncta persone diuine. Quãuis
igitur beata Maria concepta fuerit ex semine
maris et femine: non tamen concepta fuit in
peccato originali: quia in ipsa suspensum fuit
statutũ dei ex priuilegio singulari: vt digna
efficeretur mater dei: nec vnquam sub potestate
esset diaboli ex qua debellãs diabolũ debebat
concipi. ¶ Secundo idẽ probatur rõne oditio-
nis arguendo sic. Si beata virgo concepta
fuit in peccato originali: sequitur quod ipsa fuit
plus odita a deo pro illo tẽpore quam Caym: Iu-
das vel quicũque alius damnatus: quod est im-
pium et nepharium dicere: quod .s. illa que a deo
fuit dilecta vt mr̃ dei fuerit electa: pro aliq̃
tẽpore tantũ fuerit odita. Et probatur predi-
cta conclusio sic: Pena includens culpã quan-
to maior et grauior est culpa: tanto talis pec-
cator a deo magis oditur: sed pena virginis
fuisset maior quia plura bona perdidisset: et
non perdidisset: nisi quia deus eam in pecca-
to concipi voluisset. Igitur illo tẽpore deus eam
odio habuit. Non est aliud odiũ dei nisi sub-
tractio gratie: sicut dilectio ipsius dei erga
creaturas nihil aliud est quam gratie cõmunica-
tio. Unde dicunt doctores nostri Ricar. de
mediauilla et dominus Bonauẽtura in .3. sen-
tentiarum. di. 32. quod deus nõ diligit creaturas
dilectione affectionis: sed amore cõmunicati-
onis: et quod duplex est cõmunicatio .s. nostre et
gratie: sed dilectione cõicationis gratie nõ di-
ligit peccatores: sed potius odit talẽ cõicationẽ
eis subtrahendo. Si igitur btã virgo Maria
in peccato originali fuit concepta: fuit pdicto
modo odita: quia in peccato originali existẽs
cõicationẽ grãrum ad quas disposita erat nullate-
nus habere potuit. quod si contra arguitur sic: Pena corre-
spõdet culpe: sed pena ĩtroducta est pro culpa ori-
ginali: Maria hũit mortẽ: ergo et culpã origina-
lẽ: quod aliter iniustũ eẽt: et sic hñ a deo odiata
fuisset. R. ad hoc distinguendo: quod duplex ẽ pe-
na .s. pena inflicta: et pena contracta: que est etiã du-
plex. Pena contracta ẽ culpa aliena: et pena contracta ẽ
culpa propria. Rãõne contrahẽ penã põt eẽ dupliciter. Uno
mõ ex cãli rõne culpe originalis aliene .s. ipsius
ade: quia nisi pctm̃ ade fuisset: nõ fuisset pena in-
troducta ĩ gñe hũano: quod patet: quia talẽ nãm pctã
s. in vir. Ma. detulerãt sed nõ culpã: quia deus no-
luit. Patet hoc exẽplũ de purgatis a pctõ origina-
li per baptismũ: tñ moriũtur et hñt alias penas.
¶ 3o. idẽ probatur rõne puritatis sic: Virgo inter
puras creaturas per se subsistẽtes debuit tenẽ gra-
dũ maiorem puritatis post deũ: puritas aũt ẽ per re-
motõem pcti: et defectus culpabilis vñ ille dr̃ pu-
rus q̃ ẽ sine pctõ: aliter ipse Christus nõ diceretur
purissimus et ipsi angeli. Si igitur beata virgo

debuit eē purissima sub deo: vt dignuȝ vas
esset filij dei: nō potuit habere peccatū origi
nale. Nā tres sūt gradus puritatis possibi-
les creature. Primꝰ ē posse peccare: ⁊ peccare
⁊ per gratiā releuari. Secūdus est posse pec-
care ⁊ nō peccare: sed per gratiam reseruari.
Tertius ē nec posse peccare: nec peccare. Pri
mus gradus cōpetit cōmuniter omnibus fi-
delibus mūdi. Secūdus beate virgini. Ter-
tius soli aīe christi. Ille ergo secundus gra
dus puritatis fuit virgini cōcessus: quia ma
ter dei: quia dn̄a angelorū: quia regina celi et
terre: quia mater misericordie ⁊ vltimū pecca
torū refugiū. Nō si cōtradicat̃ sic: Januaȝ
paradisi nō clausit nisi peccatū originale: sed
si virgo fuisset mortua ante passionē christi
nō introisset in paradisū: ⁊ hoc nō nisi ꝑ pec
catū originale: ergo fuit cōcepta in pctō ori-
ginali. ¶ Ad hoc respondēdū scd̄m aliquos
ꝙ quāuis virgo nō fuerit corrupta quātum ad
personalē maculā: fuit tamē quātuȝ ad reatū
quo tota natura erat obligata ad penaȝ: a q̄
nō fuit liberata. Sed aliter respondet̃ scd̄m
Franciscū de maironis: ꝙ iste casus nō fuis-
set admittēdꝰ: quia nō erat determinatū a deo
ꝙ si determinasset: sicut p̄seruauit a peccato
originali: p̄seruasset a pena: ⁊ si ei dedisset
nō ex culpa ꝓpria sed aliena: vt patet de pur
gatis peccato originali ꝑ sanctificationē in
vtero matris: ⁊ ꝑ sacrificia qui mortui sunt
ante christi ascensionē. ¶ Quarto ⁊ vltimo
idē ꝓbatur rōne redēptionis sic arguendo si
beata virgo nō fuit p̄seruata a pctō origina-
li: christꝰ non fuit ꝑfectissimꝰ redēptor quia nō
habuit gradus oēs possibiles redemptionis
quod ē impijssimū dicere. Et ꝓbatur cōsequē-
tia: quia .s. modus p̄seruationis ē perfectior
omnibꝰ alijs. Tum quia ex parte p̄seruati seq̄-
tur abūdantior gratia: quia amplior puritas
⁊ amplior imo tota malorū semotio. Tum
quia ex parte p̄seruantis arguit̃ maior per-
fectio ⁊ liberalitas: quia donat gradum perfe
ctissime puritatis .s. non cadere: quod nō fe-
cit alijs qui ceciderūt: quia ꝑfectius ē nunq̄
fuisse sub odio. Unde nō scd̄m Pe. aureoli.
ꝙ ad hoc ꝙ christus sit ꝑfectissimus et vni-
uersalis redēptor: necesse fuit vt aliquē rele-
uaret a peccato actuali mortali: vt fecit oēs
peccatores adultos. Et aliquē p̄seruaret a
peccato actuali mortali: vt fecit angelos et
multos sanctos. Item ꝙ aliquē releuaret a
peccato actuali veniali: vt etiā fecit in quā plu-
ribꝰ sanctis qui nūq̄ peccauerūt mortaliter
sed bene venialiter. Et aliquos p̄seruaret a
peccato veniali: vt credit̃ fuisse Joh. bap.
⁊ salteȝ fecit in ꝑuulis innocentibꝰ sine aliq̄
peccato actuali decedētibus. Item necesse
fuit vt aliquē releuaret a peccato originali
vt fecit cum peccato originali nascētes. Et
aliquē p̄seruaret a peccato originali: quod tm̄
pie creditur fecisse in gloriosa virgine. Nō
si dicatur vt sepe dicunt aduersarij huiꝰ con
clusionis. Si virgo nō fuit cōcepta in pecca
to originali: p̄uata fuit p̄uilegio redēptiōis
christi. Respondet̃ ꝙ equiuocat̃ de redēptio
ne: quia nō solum redimere dicit̃ a peccato
purgare: sed etiam p̄seruare. Nā nos sumꝰ
redēpti a morte eterna: ⁊ tamē non fuimus
actualiter ⁊ eternaliter mortui. Et Isidorꝰ
dicit. Abrahaȝ redēptū a deo de vr. caldeo
rū: ⁊ tamē nō cecidit: vnde Aug. sup illud
p̄s. Redime me a cal. hominū. dicit .i. dato
spiritu: fac ne false impositiones hominū ter
roribus me vincant: ⁊ ne a mādatis tuis ad
sua malefacta percurrant. Et Nicholaus de
lira ibidem ait: vt nō impediant a quiete cō
templatiōis animā meā. ¶ Preterea ange
li vtiq̄ redempti sūt: qui tamē redēpti non
peccauerūt: hinc ē ꝙ ait Beda. omel. z. in
canticis canticorum exponens illud Pauli:
Christꝰ est redēptio nostra. Nūquid ⁊ an-
gelos redemit sicut ⁊ hoīes? Dico ꝙ ⁊ ange
los illos p̄seruādo: homines purgādo. Et
sic patet p̄ma pars huius sermonis in qua ꝓ
batum est v̄ginē Mariā cōceptā eē sine pec
cato originali quatuor rōnibus.

¶ Pars secūda huius sermonis in qua ꝓba
tur quadruplicibus euidentissimis auctori-
tatibus virginē gloriosaȝ esse conceptam si-
ne peccato originali.

S Ecūdo i isto s̄mōe ꝓbat̃ bea. v̄gi. eē
cōceptā sine pctō originali auc̄te mul
tiplici: ⁊ breuitati studēdo: ⁊ ordinē
inchoatū sequēdo ꝑ q̄tuor auctoritates scri
pture sacre: ⁊ q̄tuor scōs doctores hoc idem
ꝓbabimꝰ. ¶ Primo igit̃ i ista pte ꝑ q̄tuor
auc̄tes scripture sacre p̄dictā ꝯclusionē ꝓba
bimꝰ quarū prima ē. Tota pulchra es amica mea
⁊ macula nō est in te. Canti. 4. c. Ille do-
ctor famosus Alex. de ales in fine vite sue

exposuit ad honorē ꝯceptionis hāc auctorita
tem: Tota pulchra es amica mea ⁊ macula
non est in te. s. originalis: actualis: venialisq̈
peccati. Et hoc dicens deuotus se cōmendās
virgini gl'iose aīam suā emisit. ¶ Scōa au
ctoritas est Esa. 18. Sicut lux meridiana cla
ra est: q2 sic cū luce nl'la cōmiscet' obscuritas
ita cū virgis puritate bñdicta nō fuit cōmi
xta originalis peccati macula vel obscuritas
¶ Tertia auctoritas est illi⁹ nūciȷ̄ benedi
cti angeli Gabriel' dicētȷ̄ ad virginem. Aue
qd̄ dicit' ab. a. quod est sine: ⁊ ue qd̄ ē pecca
to. vñ sine peccato simili' es tu: ⁊ ꝑ ꝯñs ple
na grā. Crede igit' firmiter verbū meū: ꝙ
nullū verbū ē impossibile apud deū. Lu. p̄.
¶ Quarta auctoritas est illi⁹ sapiētis Sa
lomonis in persona. p̄. di. puer. 18. Ab eter
no ordinata sum: Et nō imerito: q2 Salomō
vidit eā in lumine sapiētie qd̄ a deo accepat:
⁊ iō ita excellent' exaltauit eā. ¶ Secūdo in
ista parte ꝓbat' dicta ꝯclusio ꝑ quatuor san
ctos doctores: quoꝝ p̄mus est Aug. q̇ in li. d̄
natura ⁊ gratia inq̄t: Cū de peccatis agit':
de Maria virgie ꝓpter honorē dñi: nullā
facere volo questionē: Sibi eniꝫ datū est ad
vincendū ex oī parte peccatū. Et sequit' hac
igit' virgine excepta si oēs sanctos ⁊ sanctas
cū ad hoc ꝯgregare possem⁹: interrogarem.
vtrū essent sine peccato: vna voce clamarēt
Si dixerim⁹ q2 peccatū nō habem⁹ ipsi nos
seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō est. Nec itel
ligit' de peccatis actualib⁹ vt quidā dixerūt
q2 ipse dicit oēs scōs peccasse excepta virgie
Mā si intelligeret de actuali falsū diceret q2
inocentes ⁊ paruuli decedētes nō peccauerūt
peccato actuali: g̃ intelligit originali. Prete
rea ipse facit istā exceptionē ꝓpter honoreꝫ
dñi: sꝫ maior honor dñi est dicere ꝙ nō pec
cauit virgo originali' q̈ actuali'. Tamē q2
originalis est maioris malitie cū totā natu
ram maculet: actuale ṽo nō. Tum q2 origi
nale est radix actualiū: ⁊ nō ecōuerso: q2 nul
lus paccauit actualiter nisi q2 peccauit origi
naliter. Tum quia peccatū originale est q̄si
necessariū: quia nullus potest id ex se vitare:
actuale aūt stat in libertate nr̄a. ¶ Secūd⁹
est Ambrosi⁹ qui i sermone ad gabaonitas
loquēs de virgine figurata in virga. Esa. xi
c. Egredietur virga de radice iesse ⁊c̄. sic in
quit: Hec eni virga in qua nec nodus origi
nalis: nec cortex venialis culpe fuit. Hec ille.
Cuius dictū ꝯfirmat beat⁹ Tho. in expositi
one de euāgelica salutatōe di. sic de btā vir
gine: Ipsa eniꝫ purissima fuit q̈tum ad cul
pā: q2 nec originale nec veniale nec mortale
peccatū incurrit. ¶ Terti⁹ est beat⁹ Hiero.
qui in sermone de assūptōe btē virg. ad Pau
lam ⁊ Eustochiū sic ait: Vis gratie que est
in christo: in mariā venit plenitudo quāq̈ ali
ter ⁊ aliter: quia. s. christus de iure necessario
maria ṽo grām habuit ex p̄uilegio Itē ibidē
sic ait: Ceteris per partes marie ṽo tota se i
fudit gratie plenitudo. Et iterū. Quicq̄d hu
manis dici pōt verbis: min⁹ est a laude vir. sꝫ
possumus vere intelligere ⁊ dicere ipsā non
peccasse. g̃ nō solū est vex sed ampliori laude
digna. ¶ Quart⁹ ⁊ vltim⁹ est deuotus vir.
Marie sanct⁹ Anselm⁹: q̇ in libro de conce
ptu virginali sic inquit: Decebat vt illius ho
minis conceptio de matre purissima fieret:
que ea puritate niteret qua maior sub deo ne
quit intelligi. Sed non potest maior esse pu
ritas sub deo: nisi vbi non est aliqua macu
la. Et ideo beatus Tho. in. p̄. disti. 44. In
qōne vtrū deus potuerit res facere meliores
in rñsione tertiȷ argumenti sup̄ dictū illud
Anselmi inquit: ꝙ aliqd̄ creatū pōt purifica
ri quo nihil puri⁹ esse pōt in reb⁹ creatȷ̄ sine
vlla cōtagione peccati: ⁊ talis fuit puritas be
ate virgis q̄ a peccato originali ⁊ actuali im
munis fuit: tamē illa puritas fuit sub deo: q2
erat in ea potētia ad peccandū. Et sic patet p̄
dictis auctib⁹ beatā virginem sine originali
peccato fuisse conceptam.

¶ Pars tertia hui⁹ sermonis i qua ꝓbatur
quadruplici miraculoso exēplo bea. vir. Ma
riam esse conceptā sine originali peccato.

T Ertio in isto sermone ꝓbat' btāꝫ vir
ginē fuisse ꝯceptā sine peccato origi
nali quadruplici exēplo miraculoso
⁊ quadruplici exēplo naturali. Primo ergo
in hac parte ꝓbat' dicta cōclusio quadrupli
ci exēplo miraculoso quoꝝ. ¶ Primū ē san
cti Guidasalui capellani btē virgi. archiepi
tolosani: de quo legit': ꝙ quotienscūq̈ cele
brabat aderat illi btā virgo bñdicta: ⁊ tantā
familiaritatē hūit secū: ꝙ ipsa dedit sibi pla
netam vnam ad celebrandū dicens: Scias
Guidisalue me fuisse conceptā sine origina
li macula: celebrabis igitur festū ad honoreꝫ

mee conceptionis. Archiepũs ꝟo nõ surd⁹ au
ditoꝛ factus: cõposuit vnũ tractatũ pulchꝛũ
de ꝯceptione ⁊ oꝛdinauit ꝑ totã hyspaniã fe
stum conceptionis solẽniçari: ⁊ sic toto tẽpo
re vite sue annuatiꝫ publice ꝑ̃dicauit. ¶ Se
cundũ exemplũ est bti Ber. qui post moꝛtẽ
suam in abbatia de claraualle cuidã mona
cho totus lucidus apparuit: excepto ꝑctoꝛe:
in quo apparebat quedã macula: ⁊ cum que
siuisset monachus vnde haberet ꝑ̃dictã ma
culã. Rñdit doctoꝛ. Ber. cũ tali macula vo
lui tibi apparere: quia dũ vixi btãꝫ virginẽ
ꝯtraxisse maculã oꝛiginalẽ dixi. Et qd̃ nõ re
tractaui viuẽdo: volo nũc retractare moꝛtu⁹
mũdo. Dicas ergo q̃ audisti ⁊ in me vidisti.
¶ Tertiũ exemplũ est beate Brigide de q̃
in suis reuelationib⁹ habet̃ ꝙ quidã capella
nus eius magister in theologia Matthias
noĩe oꝛdinis ꝑ̃dicatoꝝ: interrogãs eaꝫ dixit
Te depcoꝛ filia: si virgo bñdicta est cõcepta
in oꝛiginali macula. Et dixit illa: Semel in
terrogaui ꝟginẽ piissimã vt mihi diceret mo
dum sue sanctissime ꝯceptõis. Cui virgo be
nedicta dixit: Cõcepta fui ex Joachim ⁊ an
na sine oꝛiginali macula. Hec oĩa reuelauit
scã Brigida suo capellano sicut audiuerat.
Statim ꝑ̃fatus magister capellan⁹ isti⁹ san
ctã Brigide celebꝛauit ⁊ ꝑ̃dicauit annuatim
festũ cõceptionis. ¶ Quartũ exemplũ ẽ do
ctoꝛis irrefragabilis Alex. de ales q̃ dũ actu
legeret in vniuersitate parisiensi nolens solẽ
niçare ꝯceptionẽ btẽ vir. accidit ꝙ dum lege
ret coꝛã vniuersitate: tot ĩfirmitates arripu
erunt eũ in die ꝯceptionis: vt ab oĩbus velu
ti moꝛtu⁹ videret̃: stans ergo in eodẽ ꝓposi
to ꝑ aliqua tp̃a annuati frequẽtatis vicibus
in eodẽ festo in eandẽ infirmitatẽ cadebat.
Admonitus ergo a suis discipulis ne debe
ret vilipẽdere tante vir. cõceptionẽ: ꝑ̃dictus
Alex. audiẽs talia ꝟba: reuisus ad se ipsũ exi
stens in infirmitate ꝑ̃fata: deuote vt potuit de
uote ac gloriose virgini vouit: ꝙ si eum libe
raret a tali moꝛbo: ad honoꝛẽ sue conceptõis
vnũ librũ cõponeret: qui vocaret̃ liber beate
virginis. Factoq; voto reductus est ad ꝑ̃ces
vir. ad ꝑ̃stinã sanitatẽ. Cuius liberatiõe ga
uisuꝫ fuit totũ studiũ parisiense. Jpse ꝟo nõ
ingratus de tanto bñficio: reddidit qd̃ voue
rat: cõposuitq; librũ vnũ pulchꝛũ vbi cõtinẽ
tur oĩa facta istius meliflue ꝯceptionis vir.

qui diuidit̃ in sex libꝛos: ⁊ in fine tertij libꝛi
c. ꝑenul. Querit̃ vtrũ virgo benedicta sit in
oꝛiginali ꝑccato cõcepta ⁊ in coꝛpoꝛe qõnis
ponit totũ illud miraculũ factũ a virgine ĩ
se ipso. Et ideo determinauit virginẽ fuisse
cõceptã sine ꝑccato oꝛiginali: docet: ⁊ pꝛedi
cat eius conceptionẽ colendã: reuocatq; ⁊ re
tractat quicq̃d in. 3. sñiaꝝ dixerat. ¶ Secũ
do in ista parte ꝑ̃dicta ꝯclusio ꝓbat̃ quatuoꝛ
exẽplis naturalib⁹ quoꝝ pꝛimũ est illud. Si
cut radij solares descendũt supꝛa lutũ: ⁊ ta
men nõ deturpant̃ a luto: sed potius illumi
nant lutũ: sic ⁊ anima vir. descendit super lu
tum humane nature: ⁊ tñ nõ fuit deturpata
a luto oꝛiginalis culpe: sed potius totã natu
ram humanã illuminauit. ¶ Secundũ exẽ
plum est ꝙ sicut aurũ in viscerib⁹ terre non
coꝛrũpitur sed ꝑficit̃: sic ⁊ virgo benedicta
in viscerib⁹ matris nõ fuit coꝛrupta aliqua
macula: sed potius a spiritu sancto sanctifi
cata. ¶ Tertiũ exemplũ est sicut ram⁹ ꝓue
niens ab vna arboꝛe: ⁊ insertus in malã ar
boꝛem: non inficit̃ ab ea: sed potius ꝑficit eã:
sic ⁊ aĩa btẽ virg. ꝓueniens a deo ⁊ inserta in
coꝛp⁹ btẽ vir. abscisũ a massa coꝛrupta a de
nõ inficit̃ ab ipso: sed potius ꝑficit ipsum.
¶ Quartũ exemplũ est ꝙ sicut rosa ꝓducit̃
ex virga spinosa: tamen in se nõ habet aliq̃
spinã: ita aĩa vir. quãuis a massa spinosa. i.
coꝛrupta fuerit ꝓducta: tamẽ in ipsa aĩa bñ
dicta non fuit ꝑccati aliq̃ spina. Absit ergo
rem istã facere ⁊c̃. Cuius ꝑ̃cibus ⁊ meritis
tribuat nobis oĩpotens deus vt ad illã glo
riam ꝑuenire mereamur: vbi ipsa cũ filio
suo vnigenito exaltata super angelos gl̃iosa
⁊ splendidissima exultat ⁊ regnat in secula se
culoꝛum: Amen.

Dñica secũda de aduentu. De obligatione
ac necessitate pñie. Sermo. 8.

Uecũq; scri
pta sũt: ad nr̃aꝫ doctrinã
scripta sũt vt ꝑ patiẽtiã ⁊
ꝯsolationẽ scripturaꝝ spẽꝫ
hẽam⁹. Scribũt̃ ad Ro.
15. ⁊ ĩ epl̃a occurrẽtꝫ dñice
Jnt̃ cetera. Frẽs charissimi q̃ nos scriptura
sacra docet: ꝑmaxime instruit neminẽ ꝑcca
toꝛẽ posse saluari sine sacramento ꝑnitẽtie.
Nam vt dictũ est in ꝓhemio huius operis.

Penitentia est secunda tabula post naufragium peccati mortalis. Idcirco apl's Paul⁹ in verbis pallegatis hoc expresse manifestat dicēs: Quecūqȝ scripta sunt. s. de virtute penitentie ad nostrā doctrinā scripta sunt: vt per patiētiā ⁊ ꝯsolationē scripturaꝝ: dignos fructus de peccatis nostris penitētie faciēdo: spem remissionis ipsoꝝ habeamus. Determinatis igit̃ in hebdomada p̄cedenti. Diffinitione: institutione: p̄rimitate: ⁊ originali ꝓcessione penitētie: in ista dñica benedicta super dicta verba apl'i: tractabim⁹ de eius necessitate ⁊ obligatione. De qua ordinē inchoatū ꝓsequendo tres ꝯsiderationes faciem⁹ quarum prima dicetur obligatiōis penitētie declaratio. Secūda declaratiōis penitētie euidens oppositio. Tertia obligationis penitentie fundamentalis roboratio.

¶ Pars p̄ma hui⁹ s̄monis: in qua declarat̃ q̄liter q̄libet peccator tenet̃ facere penitentiā.

Primo igit̃ in ista parte declarat̃ s̄m Franciscū de maironis ⁊ s̄m Scotū in. 4. di. 14. q̄liter quilibet peccator obligatur facere penitentiā: qui i hac declaratione facit tria. Primo declarat q̄d remanet in peccatore post actū peccati. Secundo ꝙ illud delet̃ ⁊ potest deleri: ⁊ ad hoc requiritur aliqua punitio. Tertio ꝙ non quecūqȝ: sed solum punitio penitentialis. ¶ Quantuȝ ad primū sciendū ꝙ in peccato considerant̃ tria scilȝ actus: habitus: ⁊ reatus. Primū ē actualis culpa qua peccat̃: de q̄ dicit̃ Ja. p̄. Concupiscentia parit peccatū. peccatū auteȝ cum consūmatū fuerit generat mortē: ⁊ quantuȝ ad hoc non requirit̃ penitētia. Secundū est actualis culpa derelicta ex actu peccati inclinans ad malū ꝓpter frequentatioēȝ: iuxta illud philosophi. 2. Eth. Ex frequētatis actibus generatur habit⁹ de difficili mobilis: de qua culpa habituali dicit̃ Jo. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati: quia. s. seruit malo habitui ipsum ad malū inclinanti: nec hoc expellitur totaliter p penitentiā nisi loquamur de illa penitentia que est perfecta ⁊ continuata: de qua dictū est. s. in diffinitione: sed magis expellit̃ p habitū virtuosum contrariuȝ actui peccati: quia sicut ex frequentatis actibus malis generatur habitus malus: ita ex frequentatis actib⁹ bonis generatur habit⁹ bonus qui expellit maluȝ. Tertio est obligatio ad penā: aut eternalē: aut temporalem. Eterna expellitur per penitentiā interioreȝ ⁊ essentialē: que ꝯsistit in displicentia peccati cum ratione ⁊ voluntate. Temporalis v̄o expellitur per penitentiā exteriorem ⁊ accidētaleȝ: que ꝯsistit in dolore sensibili: siue i actibus exterioribus. Et hoc sufficit quantū ad primam particulam huius declarationis. ¶ Quantū ad secundum sciendum est ꝙ vltimū potest deleri: ⁊ deletur in hac vita: iuxta illud simboli: Remissionē peccatorū: hoc est: deus est remissiuus peccatoꝝ in hac vita Patet hoc per exemplū de Petro Dauid: et Paulo qui ante fuerunt in peccato: ⁊ postea fuerunt beatificati: sed nullus beatificat̃ remanens obligatus ad penam eternā soluendam ⁊c̃. Sed aduertendū est ꝙ sine pena equalente non admittitur peccatoꝝ absolutio. Cuius ratio est: quia cum deus velit vindicare ⁊ punire peccatorē pro peccato cōmisso s̄m ordinatā iusticiā ad hoc ꝙ non faciat: requiritur ꝙ homo preueniat ipsaȝ aliqua punitione debita. Et hoc sufficit quantū ad secundum. ¶ Quantū ad tertium sciendū est ꝙ predicta punitio nō potest cōuenienti⁹ fieri q̄ȝ per actum voluntatis: quia s̄m sententiam Ambriso. de regu. iu. li. 6. Omnis res per quas causas nascitur per easdeȝ ⁊ dissoluitur. ⁊. ff. de reg. iur. l. nihil habetur. Nihil tam naturale est q̄ȝ vnūquodqȝ eo genere dissoluere quo colligatū est. Cum igitur peccatum oriat̃ in anima per actū voluntatis volendo hoc: vel illud cum delectatione ⁊ libidine: requiritur ꝙ p actum voluntatis expellat nolendo illud quod voluit cum displicentia ⁊ dolore: ⁊ hoc nihil aliud est quā penitentia: ergo penitentia necessaria est ad illud expellendum quod remanet in peccato: ⁊ sic patet q̄d dicēdū sit i p̄ma parte hui⁹ s̄monis

¶ Pars scd'a hui⁹ sermonis in qua ponit̃ declarationis pn̄ie euidens oppositio.

Secūdo in isto sermone ponit̃ obligationis penitentie euidens oppositio: probando triplici ratione nullū esse obligatū ad penitentiā ⁊ easdēmet soluendo ꝓ maiori declaratiōe. ¶ Primo ꝓbat̃ rōne trimēbri. i. hn̄te tria mēbra cuius rōnis est h fundamentum. Tria sunt bona inter alia:

que sine penitētia sufficiunt ad remissionem
culpe: ⁊ consecutionē vite eterne. s. bona vo-
lūtas: charitas ⁊ ꝯuersio ad deum: ergo ⁊c.
¶ Quantū ad primū membrū ꝓ quo capit
primū bonū. s. bona volūtas arguit sic. Bo-
na volūtas sine penitētia sufficit peccatori ad
ꝯsequendā remissionē peccatoꝝ suoꝝ: iuxta
glo. sup illud ps. vi. Qui seminat in lacry-
mis. Noli esse tristis si adsit tibi bona volun-
tas: vñ metit pax. ergo videt ꝙ sufficiat ha-
bere bonā voluntatē ad pacem eternā acqui-
rendam sine dolore penitētie vel sine actuali
consideratione peccatoꝝ suoꝝ preteritorūz:
ergo ⁊c. ¶ Quantū ad secundū membrū: ꝓ
quo capit secundū bonū ꝓ fundamēto. s. cha-
ritas arguit sic: Charitas sine penitētia suf-
ficit ad remissionē peccatoꝝ: iuxta glo. super
illud Luce. 7. Dimissa sunt ei peccata mul-
ta di. Ardor charitatis in ea rubiginē pecca-
toꝝ suoꝝ consūpsit: ergo charitate sine peni-
tentia delent peccata. ¶ Quantū ad tertiū
mēbrū ꝓ quo ponit tertiuz bonum. s. Con-
uersio ad deū arguit sic. Conuersio ad deū
pōt esse sine animi dolore ⁊ penitētie: quia sic
s habet auersio a deo ad dānationē: ita con-
uersio ad deum in salutē: sed auersio a deo pōt
esse sine delectatione: vt patet in peccatis spi-
ritualibus: ⁊ sic pōt etiā esse causa dānatiōis
ergo conuersio ad deum sine omni dolore pe-
nitentie potest eē cā salutis: ergo ⁊c. ¶ Ad
hoc respōdet ꝙtuz ad oīa mēbra: ⁊ primo ad
primū mēbruz primi argumēti sm Alex. de
ales vbi. s. ꝙ illa glo. loquitur de bona volū-
tate faciēdi opa misericordie nō suppetēte fa-
cultate. Unde glosa precedens ait: opa mise-
ricordie seminant: atꝙ sufficit bona volūtas
si deficit facultas. Et ideo postea subdit. No-
li esse tristis si est tibi bona volūtas. ¶ Ad
secundum dicas sm eundē vbi. s. ꝙ illa ru-
bigo est quidam defectus ex cōsuetudine pec-
cati contractus. s. abusio quedā ex parte intel-
lectus: ⁊ libido ex parte affectus. Unde sicut
ferrū consūmit in rubigine: ita in istis defe-
ctibus virtus in dictis potentijs est diminu-
ta: qui defectus: virtute charitatis optie re-
parat. Attamē charitas sine pnia nō suffic
ad remissionē pctoꝝ ꝙtū ad culpā: qꝛ sicut in-
ter hoies nō restituit amicitia post offensā ni-
si p dolorē aliquē d offensa: ita nec charitas
post pctm̄ nisi ꝓpt pniaz. ¶ Ad tertiū mē-
brū dicas sm Tho. in. 4. di. 14. ꝙ sicut auer-
sio a deo semp hz quādā cōplacentiā volūta-
tis: ita ꝯuersio ad deū debet habere displicen-
tiā: et hic dolor displicētie dicit pnie. Uel di-
cas ꝙ velle auerti a deo sine oi ꝯuersione ad
aliqd delectabile sufficit ad pctm̄ ꝓpter inor-
dinationē volūtatis: sed velle ꝯuerti ad deū si-
ne dolore pnie nō sufficit ad meritū ¶ Scdo
opponit ꝯ obligationē pnie rōne simplici sic
arguendo: ho offensus pōt remittere offensā
absꝙ hoc ꝙ offendentē peniteat: ergo a fortiori
multo magis deus qui est sūme misericors et
essentialit ⁊ ꝓnior ad miserandū ꝙ dānādū
pōt remittere offensā sine pnia. Nō si pōt: etiā
dz: qꝛ maior est misericordia remittere sine
pnia ⁊ satisfactōe ꝙ ecōuerso: ergo ⁊c. ¶ Ad h
R. sm Alex. de ales: vbi. s. ꝙ cuz in oi ope
dei reluceat misericordia ⁊ iustitia: iux illud
ps. Uniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas
si sola misericordia pctm̄ remittet sine pnia
nihil esset de iustitia. Et iō requirit pnia vt
seruet ordo iustitie p aliquā punitionē pcti:
vt in hoc ope remissionis reperiat iustitia ex
parte penitētis: ⁊ misericordia ex pte dei remit-
tētis: vñ glo. sup illud ps. Iustitia añ eū ābu-
labit: ait: pnia hois iustitia est vt puniat i se
malū ⁊ faciat se bonū. Et sic pz ad scdz arg.
¶ Tertio opponit ꝯ obligationē pnie: p lo-
cū ab impossibili sic arguendo: Impossibiliū
nulla est obligatio. ff. de reg. iu. l. impossibi-
lium. sed impossibile est p pniam deleri pctm̄
ergo ⁊c. Minor probat sic. Deutro. 25. Scdm
mensurā peccati erit ⁊ plagarū modus: sed
penitētia est minus bonū ꝙ peccatū morta-
le sit malū: quia penitētia est finitū bonum
peccatū aūt infinitū malū. Quod pz p illud
Anselmi. 2. Cur deꝰ hō. c. 7. Tantū malū
est peccatū: quātus est q offendit: sed ille est in-
finitꝰ. s. deꝰ. ergo peccatū ē infinitū. Et finiti ad
infinitū nulla est ꝓportio: ergo cū penitētia sit fi-
nita ⁊ pctm̄ infinitū: ⁊ ꝓportio deat eē pnie
ad culpā: vt dcm̄ est: impossibile est ꝙ aliqs
pniam faciat sufficiētē: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc. R.
dupliciter. p. ad argumētū. scdo ad formā
argumēti. Prio R. ad argumētū. ꝙ qdlibz
magnū pctm̄ p pniaz pōt deleri: qd ꝓbo tribꝰ
rōnibꝰ. p rōne iniūctiōs. scdo rōne afflictōis.
tertio rōne miseratōis. Prio dico rōne iniūcti-
onis: qꝛ q dixerit deū pcepisse īpossibile ana-
thema sit: ait Hiero. Sed facere pniaz ⁊ deo

satiffacere est in ꝓcepto: vt dictũ est. s̃. q̃ ⁊c̃.
Confirmat hoc Hiero. in ep̃la ad Rusticũ
dicẽs. Sic locuti estis di. Errores nr̃i ⁊ ini-
quitates nr̃e sup nos erũt: ⁊ in ipsis contabe-
scim⁹: ⁊ quõ salui eẽ poterim⁹ dic eis. Uiuo
ego dicit dñs: nolo mortẽ impij: ꝫ vt cõuer-
tat ⁊ viuat: quare moramini dicit dñs. Ni-
hil ita offendit deũ q̃ desꝑatione maloꝝ he-
rere priorib⁹: lꝫ ⁊ ipsa desꝑatio icredulita-
tis indiciũ sit. Ne si metueret vtiq͡ꝫ hõis opi
bus se iudici prepararet. Audiam⁹ ꝑ Hieremi
am loquẽtẽ dñm. Conuerte pedẽ tuũ a via
asꝑa: ⁊ guttur tuũ a siti. Et iterũ. Et q̇ cadit
nõ resurget: ⁊ qui auersus ẽ nõ reuertet. Et
ꝑ Esaiã. Qñ cõuersus ingemueris: tũc salu⁹
eris: ⁊ scies vbi fueris. Scire nõ possumus
egrotatiõis mala: nisi cũ fuerit sanitas cõse-
cuta: ⁊ quãtũ virt⁹ habeat vitia demõstrãt
clariusq͡ꝫ fit lumẽ compatione tenebrarum:
¶ 2º. idẽ probat rõne afflictionis: q2 cõside
ratio vitiorũ ⁊ suppliciorũ debita satisfactõ
est: cũ pena adequat culpe: ꝫ cõtingit penaꝫ
assumere equalẽ delectationi q̃ fuit in peccã
do. q̃ possibile est pniaꝫ facere ⁊ deo satisface
re de q̃libet pctõ. Uñ Hiero. vbi s̃. ait. No-
taꝫ pniaꝫ pctõrũ oñdit ps. q̇nquagesim⁹: qñ
igressus ẽ Dauid ad Bersabee vxorẽ Urie
⁊ Nathan ꝓphetante rñdit dicẽs. Peccaui:
Statiq͡ꝫ meruit audire: Dñs q̃ꝫ transtulit a
te pctm̃ tuũ: adulterio eni iũxerat homici-
diũ: ⁊ tñ ꝯuersus ad lachrymas veniã ꝯsecu
tus ẽ. ¶ 3º hoc idẽ probat rõne diuine mi-
seratõis: q2 maior est diuina mĩa q̃ꝫ sit oĩuꝫ
peccatorũ miseria: vt ait Aug. Cũ q̃ sit de⁹
pronior ad miserandũ q̃ ad puniendũ quã-
tũcũq͡ꝫ pctm̃ sit graue: si peniteat ñ negabit
ei vẽia. Uñ Hiero. vbi s̃. ait. Quãte aũt sit
misericordie: ⁊ quãte vt ita loquar nimie in
effabilisq͡ꝫ sit clemẽtie Dñs: nos doceat per
quẽ loq̃t de⁹. Quid tibi faciã effraym? quõ
te protegã isrl̃? quid inq͡ꝫ tibi faciã? sicut ada
mantẽ ponã te: ⁊ sicut Soboyn cõuersuꝫ est
cor: i me ꝯuersa ẽ penitudo mea: nequaq͡ꝫ fa
ciã ꝫm irã furoris mei. Hec ille. ¶ 4º. vt il-
la clari⁹ itelligant ⁊ ad formã argumẽti cla
rius rñdeat: Tria notãda sũt ꝫm Tho. in
4. di. 15. ar. 2. Primũ est q2 in argumẽto de-
clarat q̃ pnia ẽ finita ⁊ pctm̃ infinitũ: q̃ ⁊c̃.
Nõ sicut offensa dei vel culpa quã in deũ cõ
mittimus ẽ infinita: eo q̃ offendit de⁹ qui ẽ
infinitus: Ita pnia ⁊ satisfactio quã facim⁹
deo pro pctis cõmissis est infinita: eo q̃ mĩa
⁊ grã dei. ꝑ quã est deo acceptũ oẽ illud q̃õ
homo deo reddere ⁊ facere põt est infinita:
ita q̃ pnia ⁊ satisfactio pro peccatis ex ifini
tate diuine mĩe acceptantis infinita dicitur
¶ Secũdũ ẽ ꝫ eũdẽ ⁊ etiã Ri. i. 4. di. eadẽ
ar. ꝑ. q. 2. Nõ facẽ aliq̃d acceptũ deo duob⁹
mõis põt itelligi. Aut. s. virtute ꝓpria: aut
virtute alterius. Prio mõ null⁹ põt ꝯdignã
pniam facere ⁊ deo satisfacere pro pctis i de
um cõmissis. ⁊ sic intelligit ista rõ. Secũdo
mõ. s. adiutorio christi ⁊ virtute passionis
eius quilibet quãtũcũq͡ꝫ pctõr magn⁹ ꝑitẽs
de pctis suis: deo satisfacere põt: eo q̃ meri-
tũ christi est infinitũ: sufficiẽtia: efficacia: et
dolore. ¶ Tertiũ est q̃ aliud est facere eq̇-
ualens: aliud ẽ facere possibile: ꝫ de⁹ nõ exi-
git a penitẽte eq̇ualẽs: quia hoc ẽ ipossibile.
Unde Aristo. 8. Ethico. ait. In his bono-
ribus q̇ sũt ad deũ ⁊ ad parẽtes nõ tenet hõ
ad equiualens sed ad possibile. vnde tenet pe
nitentiã agere ꝫꝫ possibilitatẽ suã. Et sic pa-
tet oppositõ obligatõis pnie cũ suis solõib⁹
¶ Pars tertia huius sermonis in qua ꝓbat
pctõres ad pniaꝫ obligari triplici lege.

Tertio in isto sermone ponitur obli-
gatiõis pnie fũdata roboratio. Nã
oẽs pctõres obligari ad pniaꝫ ꝑagẽ
dã ad salutẽ consequendã ꝓbat triplici lege
s. nãli: scripture: ⁊ gratie. ¶ Primo robo-
rat pnie obligatio lege nature sic. Geñ. 3.
dicit scriptura. Adã vbi es. vbi glo. Uox ẽ
vocantis: ⁊ ad pniam reducẽtis: sed tunc nul
la erat lex nisi nature: q̃ ⁊c̃. Preterea si de iu
re nãli tenet quis nõ inutilit̃ negligere vitã
corꝑis: sed salubrit̃ vitare mortẽ. Ait enim
Tulli⁹ lib. de officijs. c. ꝑ. Prio generi aĩan
tiũ oi est a natura tributũ vt se: vitã: corp⁹
q͡ꝫ tueat: declinetq͡ꝫ ea q̃ nocitura videt: oĩa
quecũq͡ꝫ sunt ad viuendũ necessaria inq̇rat
⁊ paret. Hec ille. Incõpabilit̃ magis tenet
ad vitã aĩe ⁊ eius mortẽ vitare. sed hoc fie-
ri non põt nisi per penitẽtiaꝫ: q̃ ⁊c̃. Nam per
peccatũ priuatur q̇s gratia: sed per peniten-
tiam gratia infundit ⁊ peccatũ excludit: vt
patebit. i. ergo peccatori ad remissionẽ cul-
pe: ⁊ ad consecutionẽ glorie est necessaria pe

nitētia tanq̃ʒ infirmo medicina. Item iure
nature tenetur se quilibet reddere innocētē:
et absq̃ʒ iniquitate: quia tenet quilibet dili-
gere seipm̄ recte: s; re⁹ s; nō pōt facere: nisi
aut faciendo q̄ nūq̃ʒ nocuerit qd̄ est sibi im
possibile. Aut puniēdo id qd̄ nocuit: qd̄ fit
per penitētiaʒ. Unde Aug. Omel. iz. Tu
fecisti: tu reus es: tu dole: tibi ignoscit: s; nisi
tibi displiceas peccator: placere nō potes iu-
stis: ḡ ⁊c. ⁊ sic patet per legē nature nos obli-
gari ad ipsaʒ pniam. ¶ Secūdo ideʒ pbat
per legeʒ scripture: auctoritatib⁹ ꝓpheticis:
per scripturā discurrēdo tali mō. Sanctifi-
camini ⁊ sancti estote: q2 ⁊ ego scūs sū. Leui
ti. zo. Cū quesieris dn̄m deū tuū inuenies
eū: si cū toto corde quesieris: ⁊ cū tota tribu
latione aīe tue. Deut⁹. 4. Si popul⁹ agēs pe-
nitentiā ⁊ cōfitens noī tuo venerit ⁊ adora-
uerit: ⁊ deprecati fuerint in domo hac: exau-
di in celo ⁊ dimitte populo pctm̄. 3. Reg. 8.
Si quesieritis dn̄m inuenietis: si aūt dereli
quetis eū: derelinquet ⁊ vos. z. Paralipo.
i5. Postq̃ʒ coangustat⁹ ē Manasses egit pe
nitentiā. z. Paralipo. 33. Lauit corp⁹ suū
⁊ vnxit se myrrha optia. s. pnia. Judith. io.
Pellē pro pelle: ⁊ cūcta que habet hō dabit
pro aīa sua. Job. z. Si iniq̄tatē q̄ in manu
tua ē abstuleris a te ⁊ nō pmanserit iusticia
in tabernaculo tuo: tūc leuare poteris faciē
tuā absq̃ʒ macla. Job. xi. Dedit illi domin⁹
locum penitentie: et ille abutitur eo in super
biam. Job. z4. Apprehendite disciplinaʒ
nequando irascatur dominus ⁊ pe. ⁊c. ps. z.
Querite dn̄ʒ ⁊ viuet aīa vestra. ps. 68. Le
tetur cor querētiū dn̄m. ps. i4. Feci iudiciū
⁊ iusticiā puniēs: ne tradas me calūnianti-
bus me. ps. ii8. In simplicitate cordis q̄rite
illū. Sapie. p. Inuenit sapia ab his q̄ q̄rūt
illā. Sapie. 6. Dabas locū pnie: nō ignorās
q̄ nequā natio eorū. Sapie. iz. Qui timent
dn̄m: preparabūt corda sua. Ecclesiasti. z.
Altissim⁹ odio habet peccatores: ⁊ misere
tur penitētib⁹. Ecclesiasti. iz. Altissim⁹ cre
auit medicinā. i. penitētiā: ⁊ vir prudēs nō
abhorrebit eā. Ecclesiasti. 38. Uulnus ⁊ li-
uor ⁊ plaga tumēs ñ ē circūligata: nec cura-
ta medicamine. s. pnie: nec fota oleo. s. mīe.
Esa. p. Uenit mane ⁊ nox: si q̄ritis querite.
i. si queritis ī aduersitate: q̄rite in aduersita

te. Esa. zi. Et vocauit dn̄s in die illa ad fle
tū ⁊ plāctū: ⁊ ecce gaudiū ⁊ leticia. Esa. zz
Querite dn̄m dū inueniri pōt. Esa. 55. Ex
primo die quo posuisti cor tuū ad intelligē-
dū vt te affligeres: in cōspectu dei tui exau-
dita sūt verba tua. Dan. io. Et sic patet nos
obligari ad penitētiaʒ lege scripture. ¶ 3°
idē probat gratie lege discurrēdo sic. Aper
tis thesauris suis obtu. ei mune. aurū: thus:
⁊ myrrhā. i. penitentiā. Math. z. Per aliā
viā reuersi sūt. s. penitentie. Ibideʒ. Facite
dignos fructus penitētie. Math. 3. Penitē
tiā agite. appro. regnū cel. Math. 4. Ean
gusta ⁊ arcta est via que ducit ad vitā ⁊c. s.
penitētie. Ma. 7. Qui ñ accipit crucē. i. pe-
nitentie. ⁊ non sequit me: nō est me dignus.
Math. io. Qui vult venire p⁹ me tollat cru
cē suā. s. penitentie. Luc. xi. Uiri Niniuite
surgēt in iudicio cū generatiōe hac: ⁊ cōdem
nabunt eam: quia penitētiā egerūt in p̄dica
tione Jone. Luc. xi. Contēdite intrare per
angustā portā. Ibidē. Gaudiū est angelis
dei super vno pctōre penitētiā agente. Lu.
i5. Si spū facta carnis mortificaueritis: vi-
uetis. Ro. 8. Obsecro vos p misericordiam
dei fratres: vt exhibeatis corpa vr̄a hostiā
scām: deo placentē: rōnabile obsequiū vr̄m
Ad Ro. iz. Abijciam⁹ opera tenebrarū ⁊
indua. ar. lu. s. pen. Ro. i3. Uerbū crucis. s.
penitētie: pereuntibus stulticia ē: his aūt q̄
salui fiunt: virtus dei ē. j. Chor. i. Semper
mortificationē Jesu in corpe vestro circū-
ferētes. z. ad Chor. 4. Qui aūt christi sūt
carnē suaʒ crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupi-
scentijs. ad Gal. 4. Renouamini in spū mē
tis vestre: ⁊ induite nouū hominē: qui s̄m
deū creatus est. Ad Ephe. 4. Induite vos
armaturā dei: vt possitis stare aduersus īsi-
dias diaboli. i. penitentiam. Ephe. 6. Con-
figuratus suʒ morti christi. Phil. 3. Chri-
sto in carne passo: ⁊ vos eadeʒ cogitatiōe ar
mamini. j. Pe. 4. Dedi ei tempus vt penitē-
tiam ageret ⁊ non vult penitere a fornicati-
one sua. Apoc. z. Memēto vnde excideris:
⁊ age penitentiaʒ ⁊ prima opera fac. Ibidē
Emulare ergo ⁊ penitētiaʒ age. Apoca. 3.
¶ Confirmātur predicta auctoritatibus
sanctoruʒ. Et primo auctoritate Gregorij.
in quadaʒ Omel. sic di. Cuʒ in graui pecca

to miser homo labitur: suadet ei diabolus:
ne peniteat: ne cōfiteatur: peccatū leue ⁊ mo
dicū affirmat: predicat misericordiā. lōgin
quū vite spatiū promittit: permanere in pec
cato suggerit: ⁊ sic in cōtēptū dei ⁊ desperati
onē sui inducat ⁊ ꝑdat. Hec ille. Itē auctori
tate Aug. sup ps.50. di. Sūt multi ꝙs pec
care nō pudet: agere penitētiaȝ pudet. O in
credibilis insania: de vulnere ipso nō erube
scis: de ligatura vulneris erubescis. Nonne
vulnꝰ fediꝰ ⁊ putridiꝰ est? Cōfugeergo ad
medicū ⁊ age penitentiā. Dic iniquitatē me
am agnosco ⁊ peccatū meū cōtra me est sp.
Tibi soli peccaui: quia tu solus sine peccato
Hec ibi. Et in li. Enchiridion. c.69. ait. Sȝ
neqȝ de ipsis criminibus magnis ⁊ remittē
dis in ecclesia dei misericordia desperāda ē
agentibus penitētiaȝ ſm modū cuiuscunqȝ
peccati. In actione autē penitentie vbi tale
cōmissuȝ est vt is qui cōmisit etiā a corpore
christi seꝑetur: nō tamē consideranda ē mē
sura tēporis ꝙ̄ doloris. Cor eniȝ contrituȝ
⁊ humiliatū deus nō spernit. Hec ibi. Et in
li. de penitētia idē ait. Ceterorū hominū ꝙ
nō sunt paruuli: nullus trāsit ad christū: vt
incipiat esse quod nō erat: nisi peniteat eum
fuisse qd erat. Et alibi ideȝ ait. Quis dubi
tet in quacūqȝ tēporali felicitate versemur:
penitere tamē nos debere huius vite: vt ad
illaȝ incorruptionē tota auiditate curramꝰ
Inde ē eni quod etiā apostolꝰ ait. Quādiu
simul ꝑegrinamur a dño: per fidē eni ambu
lamꝰ nō per spēȝ. Hec ibi. Et in li. de distin
ctionibus fidei idē ait. Venia peccatoribꝰ sa
lubriter ꝓsumatur ab illo qui ñ vult mortē
peccatoris a ꝑditione penitēdo ⁊ saluet mi
seratione dñi. Si ꝗs alit̄ de iustissima pieta
te dñi sentit ñ christianꝰ ſȝ nouatianꝰ ē. Hec
ille. Itē auctoritate Ambro. in.2.lib. de pe.
sic di. Tanta ē penitentie medicina vt muta
re videatur suaȝ deus sentētiā. In te ergo ē
vt euadas: vult rogari dñs: vult de se spe
rari: vult sibi supplicari: homo es ⁊ vis ro
gari vt ignoscas: ⁊ putas deū tibi nō rogāti
ignoscere. Hec ille. Itē auctoritate Chris.
in li. de cōpunctiōe cordis sic di. Velocius ⁊
vehementius oportet satisfacere: ⁊ penitu
dinē gerere cōmissi: ⁊ cito recedē ab his acti
bus quibus offendit deus. Necqȝ eniȝ rectas
⁊ ingenuas mentes ita offendit: quāuis gra
uissimi iniuria delicti: vt cōtēptus satisfaci
endi. Peccare nāqȝ hūanū est: permanere
autē in peccatis diabolicū est. Itē auctori
tate Hiero. in epistola ad Occeanū de mor
te Fabiole sic dic. O felix penitentia que dei
ad se traxit oculos: que furentē sentētiaȝ do
mini ꝯfesso errore mutauit. Hoc idē ⁊ Ma
nasses in Paralipomenō. Hoc ⁊ Niniue fe
cisse legimꝰ in propheta: publicanos quoqȝ
in euāgelio e quibus ꝓmus nō soluȝ indulgē
tiaȝ sed ⁊ regnū accipere meruit. Alius iam
pendentē dei fregit iraȝ. Tertius pectꝰ ver
berans pugnis: oculos nō leuabat ad celum:
⁊ multo iustificatior recessit publicanꝰ hūili
confessiōe vitiorū ꝙ̄ phariseus supba iacta
tiōe virtutū. Hec ibi. Et idē i epistola de ob
iurgatiōe Susanne sic ait. Non est dubiuȝ
leuius esse crimē vbi peccatū suū homo vl
tro confitetur ⁊ penitet: at vbi celans mala
sua ⁊ inuitus detegitur ⁊ nolens publicatur
illud grauius scelꝰ ē ⁊c̄. Sed tu que iaȝ in
gressa es agonē pnie insiste misera: fortit̄ in
here: tanqȝ naufragio tabule: sperās ꝑ ipsaȝ
te posse de profūdo criminis liberari. Inhe
re penitentie vsqȝ ad exituȝ vite: nec tibi pre
sumas ab humano die posse veniaȝ dari: qr
decipit te quicunqȝ hoc tibi voluerit police
ri. Que enim proprie in dominuȝ peccasti:
ab ipso solo in die iudicij conuenit remediū
querere. Hec ibi. Et in epistola ad Sabia
num sic ait ibidem. Samuel quondaȝ luge
bat Saulem ⁊c̄. Item ibidem: idem Hiero
nymus inquit. Liber ille quem propheta
deuorat: omnis series scripturarum est: in
quibus et penitens plangit: ⁊ iustus canit:
et maledicitur desperanti. Nihil ita repug
nat deo ꝙ̄ cor impenitens. Solum crimen
est quod veniam cōsequi non potest. Si igi
tur ignoscitur post peccatum qui peccare de
sistit: ⁊ ille flectit iudicem qui rogat. Impe
nitens autem omnis ad iracundiam prouo
cat iudicantem. Solum desperationis cri
men est quod mederi nequeat. Porro vt sci
as quotidie dominum peccatores ad peni
tentiam prouocare: qui si rigidi prostite
rint de clemente: eum seuerum: et trucem

faciēt. Audi Esa. verba di. Inuitauit inqt
dñs sabbaoth in illa die ad fletũ ⁊ planctuʒ
⁊ decaluationē ⁊ accictionē cilitiorũ: ipi ꝓo
fecerũt leticiã ⁊ exultationē: mactãtes vitu
los ⁊ imolantes oues vt comederēt carnes ⁊
biberēt vinũ dicētes. Mãducemꝰ ⁊ bibamꝰ
cras eni moriemur. Post q̃s voces ⁊ ꝑdite
mētis audaciã scripturã cõmemorat di. Et
reuelata sũt hec i auribꝰ dñi sabbaoth: Nõ
dimittet vobis pctm̃ hoc donec moriamini
Si eni pctõ mortui fuerit quõ tũc eis dimit
titur peccatũ: ꝙ q̃diu in pctõ vixerint nõ di
mittit. Parce q̃so aie tue: crede dei filiuʒ fu
turũ esse iudicē. Hec ille. Si igit volumꝰ ser
uari ac saluari agamꝰ pniam: ꝑ quam eter
nã mereamur gloriã in scĩorũ scl'a: Amen.

Feria secũda post p̃mã dñicã de aduentu
de quãtitate pnie Sermo nonus.

Quecũqʒ scri
pta sũt: ad nr̃aʒ doc. scri.
sũt. Iteruʒ vbi. s̃. q2 ꝑm
eundē apl'm Paul. Frẽs
charissimi scribentem ad
Thio. i. 2. epl'a. c. 3. Ois
scriptura diuinitꝰ inspirata vtilis ē ad docē
dũ: arguendũ: corripiēdũ ⁊ erudiēdũ in iu
sticia. Postq̃ docuimꝰ ex scripturis sacris
in sermone p̃cedēti: Oẽs peccatores obliga
ri ad pniam ꝑagendã: Restat in p̃ntiarũ vt
doceamus quãta pnia sit necessaria: ad h̃ vt
delere possit cõmissa: ⁊ ad p̃mia ꝑducere
etñã. Et hoc idē in scripturis instruamꝰ: q2
vt dixit thema nr̃m. Quecũqʒ scripta sunt:
ad no. do. scri. sũt Et q2 de quãtitate penitē
tie plures sunt spẽs. Quantitas. s. intensa:
quãtitas continua: ⁊ quãtitas discreta. De
quãtitate igit intensa in isto sermone tm̃ cã
breuitatis tractãdo tria solũ cõsiderabimꝰ
siue cõsiderationes tres faciemꝰ: quaꝝ Pri
ma dicet dubij declaratio. Secũda duoruʒ
maloꝝ p̃electio. Tertia quãtitatꝭ d̃eŕminatio
Pars prima huiꝰ sermonis. Querit vtꝝ
sit necesse plus dolere de vno peccato q̃ de
aliquo temporali.

PRimo igit in isto sermõe mouetur
vnũ dubiũ. Si ad h̃ ꝙ pnia sit suffi
ciẽs necesse sit plus dolere de aliquo
pctõ q̃ de aliquo tp̃ali. Ad quod respõdet
ꝑm Ri. in. 4. di. 17. ar. p̃. q. 5. in r̃ñsione ter
tij argumēti. Et Bona. in. 4. di. 16. ar. 2. q
j. distinguẽtes duplicē dolorē. Primus põt
dici displicẽtia rõnis. Secũdus passio resul
tans in sensibilitate. i. dolor sensibilis. Prio
mõ dolor ē displicẽtia pcti q̃ si sit informis ē
attritio: si formata ē contritio, sed nõ forma
tur de lege coi nisi sit maxima in cõpatione
aliorũ dolorũ. quia quãto magis aliq̃d de
bet placere: tãto eius oppositũ debet displi
cere. Sũmũ aũt bonũ a quo sepatur homo
per peccatũ mortale magis debet placere q̃
oĩa alia bona: g̃ ⁊c̃. Preterea animꝰ intus
plus deo vnit q̃ sibi ꝑ amorē: sed de eo cui
magis vnit magis dolet cũ sepat. ergo ma
gis dolet de pctõ q̃ de morte ꝓximi ⁊ corpo
ris proprij. Itē dolor penitentie ē a gratia ⁊
libero arbitrio: sed alius dolor de re tp̃ali ē
solũ a culpa ⁊ libero arbitrio: sed gr̃a plꝰ ro
borat i bono q̃ culpa inclinet ad malũ: ergo
motus pnie fortior ē: g̃ ⁊c̃. Itē dolor funda
tur in amore ꝑm Augl. sed amor dei dʒ esse
maior oiuʒ rerũ creatarũ: g̃ dolor ex amissi
one dei. Hoc idē probat ab auctoritate Au
gusti. 21. de ci. dei. c. 26. dicētis. In amissio
ne rerũ necesse ē vt tãtũ vrat dolor: quãtuʒ
inheserat amor: tũc sic sũmũ bonũ, qõ ꝑ pec
catũ amittit maxime ē diligendũ: g̃ de eius
amissione maxime ē dolendũ: g̃ ⁊c̃. Confir
mat hoc ꝑ illud Hiere. 6. Filia populi mei
accingere cilitio: ⁊ cõspergere cinere luctum
vnigeniti: fac tibi planctũ amaruʒ: q2 glosa
ibidē ait. Propheta docet penitētē q̃d face
re debeat: nihil enim dolētiꝰ vnigeniti mor
te. Ex quo patet ꝙ oportet ꝙ dolor pcti sit
maximus in compatione oiuʒ dolorũ. Et oĩa
illa hñt intelligi de dolore displicẽtie rõnis
siue volũtatis. Unde Bonauē. dicit. ꝙ ĩ ca
su quo oportet p̃eligere vel ꝯsentire in pctm̃
siue cõplacentiã peccati vel tolerantiã pene:
quilibet tenet p̃eligere siue magis eligere pe
nã q̃ velle peccare siue peccasse. Secundo
aũt modo capiendo dolorē pro passione sen
sualitatꝭ causata ex displicẽtia pctĩ: ⁊ hũc do
lorē non oportet esse maximũ: nec minorem
multis doloribus causatis ex amissione ali
quarũ reruʒ tēporalium nõ multũ etiã ma
gnarũ. Cuius ratio est: quia vires inferio
res magis mouētur de lege cõmuni ex app̃
hensione suoruʒ obiectoruʒ q̃ ex redũdãtia
superiorũ viriuʒ. vnde talis dolor nõ semꝑ

est in potestate hominis: ⁊ ideo nõ requirit
ad penitentie necessitatẽ sed ad eius pfectio-
nẽ. Nõ si ꝯtradicat. s. ꝙ nõ oporteat eẽ ma
iorẽ dolorẽ de peccato quocũq₃ modo acci-
piat ꝙ̃ de aliquo tẽporali: quia quãtũcũq₃
parua gratia delet omnẽ culpã. ergo similit
ex parte doloris quãtũcũq₃ sit paruus si est
gratia iformat⁹ delebit oẽ₃ culpã: ergo nõ
oportet ꝙ sit maior omni alio. R. ad hoc ꝙ
dolor quãtũcunq₃ sit paru⁹ sufficit si sit grã
informatus. Sed nota ꝙ nũquã illũ gratia
informat nisi prius vindicet sibi in corde do
miniũ ⁊ excessu₃ omniũ dolo℞ quo ad actũ
vel motũ volũtatis saltẽ rõnalis. Itẽ si di
catur cõtra illã partẽ cõclusionis. s. ꝙ nõ suf
ficit penitẽtia nisi etiã sit dolor sensibilis ma
ior omniũ dolorũ: p rõne₃ ⁊ auctoritatem.
Per rõnẽ sic. Dolorẽ pro filio pdito ꝙ̃tũcũ
ꝙ̃ magnũ: põt volũtas exercẽ p se sine grã:
dolorẽ ṽo sufficientẽ pro pctõ mortali nõ po
test quis exercere ex se sine adiutorio gratie:
que ẽ virtutis infinite. Si igit actiones sũt
proportionate virtutibus a q̇bus exercẽtur
voluntas cũ gratia nõ in infinitũ potentior ẽ
ꝙ̃ volũtas sola: sequit ꝙ dolor qui causat
a volũtate cũ gratia: erit infinite maior ꝙ̃
dolor causat⁹ a volũtate sola: ergo ⁊c̃. Per
auctoritatẽ Aug. de pe. di. 3. §. sũt plures.
ide₃ concludit. ait enim sic. Satis duri⁹ est
cuius mẽtis dolorẽ oculi carnis nequeũt de
clarare: sed sciat se culpabiliter durũ qui de-
flet dãna tẽporis vel mortẽ amici ⁊ dolorẽ
peccati non ostẽdit lachrymis. Hec ille. R.
primo ad rationẽ: ꝙ hoc bene sequeret si vo
lũtas cũ gratia exerceret sp ex se tantũ actũ
quantũ posset: ergo. In via aũt non est sic.
nõ enim tenemur hic exercere actũ excellen-
tissime charitatis. Ad auctoritatẽ Augu.
Alex. ait ꝙ sic intelligit: sciat se culpabilit
durũ. i. debet culpare duriciã sua₃. quia nõ
est sine aliqua culpa saltẽ veniali. ⁊ hoc ꝓpt
negligentiã eius: quia si feruẽs esset vtiq₃ p
peccato sicut pro dãno temporali ploraret.
Sunt nanq₃ nõnulli qui nullo mõ flere pñt
⁊ hoc forte ex capitis siccitate: ⁊ istis nõ opor
tet multũ timere si pro peccato non plorant.
Alij sunt qui quasi pro oĩbus proni sunt ad
fletũ. Et isti modo pdicto sciant se culpabili
ter duri si pro pctõ non plorant. Et sic patet
quid dicendu₃ pro pma parte hui⁹ sermõis

Pars secunda huius sermonis in qua de-
claratur ꝙ de duob⁹ malis min⁹ sit peligẽdũ.

Secundo in isto sermone declarãdũ
est pm Alex. de ales. alibi. s. Nõ si
queratur an peligenda sit sustinen
tia pene inferni offense dei sine peccato mor-
tali. Hec questio nulla est de se: quia vbi nõ
debet esse electio: nec etiam pelectio. Illud
autẽ sub electione non cadit quo homo sepa
tur a deo. Nõ patet quia pena inferni illata
includit patiendi ira₃. s. peccatũ. Si aũt qua
dam abusione electionis supponeret inter p
dicta posse fieri electionẽ. dico ꝙ peligenda
esset ppetratio peccati ipsi pene inferni. Cu
ius ratio: quia vnũ malu₃ peligendũ ẽ duo
bus: sed pẽa eterna iportat duo mala. s. cru-
ciatum inferni vehentissimu₃ ⁊ debitum il-
lius cruciati. s. peccatu₃ quo anima eternali
ter separatur a deo ⁊ cruciat in inferno: ita
ꝙ inflictio illius pene separationis perpetue
a deo duplex malũ importat. s. culpe ⁊ pene
perpetratio peccati vnũ solu₃ malu₃ impor-
tat. s. malu₃ culpe. Si autẽ poneretur inter
predicta. s. inter perpetratione₃ peccati ⁊ suf
ferẽtiã pene iferni posse fieri electionẽ iquã
tũ pena inferni est: tñ pena inferni sine pec
cato inflicta: tunc dico ꝙ talis electio pene
nulla ẽ: quia non posset fieri sine derogatio
ne bonitatis diuine: cuius misericordia sup
exaltat iudiciu₃. Jaco. 2. Propter qõ dcm̃
est talis pena nõ est peligenda duplici rõne.
Prima est: quia tale₃ penam. s. inferni infli
gere sine culpa derogat bonitati diuine: vt
dictum est. Secũda ratio quia est magis de
testandũ a singulis aliquid fieri a deo in sue
bonitatis derogatione₃ ꝙ̃ aliquid fieri con-
tra lege₃: sicut eni₃ mihi peligendum est me
non esse ꝙ̃ ipsu₃ deu₃ non esse. Ita preeligẽ-
dum est me aliquid iniuste facere ꝙ̃ deum.
Sed quia Anselm⁹ in li. de similitudinib⁹:
videtur sentire oppositu₃. De hoc multum
dubitat: ait eni₃ sic. Si hinc peccati pudorẽ
⁊ illinc cernerẽ inferni horrorẽ: ⁊ necessario
haberẽ vni eoru₃ imergi: prius me in infer
nu₃ imergere₃ ꝙ̃ peccatu₃ in me imitterem
Mallem eni₃ purus a peccato ⁊ innocens in
gehenna₃ intrare: ꝙ̃ peccati sorde pollutus
regna celoru₃ tenere: cum constet solos ma-

los in inferno torqueri: ⁊ solos bonos in celesti beatitudine foueri. Hec ille. Ideo dicēduz ſm Alex. de ales. Qꝫ si pena iferni posset infligi alicui insonti sine derogatione diuine bonitatis sustinētia illius esset p̄eligenda perpetrationi peccati mortalis: ⁊ sic intelligitur dictuz Anselmi. Si ergo queriť vtrū contritus de peccato p̄terito: tenetur magis velle se fuisse deiectuz in penaz infernalē q̄ꝫ peccasse: pōt dici ꝙ nullus positus est in necessitate illius electionis. Si autē posit⁹ eēt quis in necessitate hui⁹ p̄electionis circunscripta inclusione reatus quaz importat sustinētia pene infernalis: ⁊ circūscripta derogatione diuine bonitatis: debet p̄eligere se fuisse detrusuz in infernū q̄ꝫ deuz offendisse quia nullaz penam puraz tantū refugit charitas quam offendere vel offendisse deum. Et ideo detestatio nō solū est futurorū malorū vt dicunt quidā: sed etiaz preteritoruz ⁊ eorū que fuerūt in potestate nostra lꝫ mō nō sint. Et sic patet ista dubitatio bene declarata ſm doctorē irrefragabilē Alex. d̄ ales Et quid dicendū sit in secunda parte huius sermonis.

Pars tertia huius sermonis in qua determinatur quātitas pn̄ie ad salutē necessaria

Tertio in isto sermone pro euidēti determinatiōe quātitatis penitētie ad salutez necessarie. Aduertendū ſm theologos: ꝙ triplex ē gradus penitentie. s. sufficiēs: eminēs: ⁊ supabūdās. Prim⁹ quidē dicitur sufficiens: quia ē vera displicētia ratiōis: ⁊ ista talis penitētia diciť esse necessaria ad salutez. Cuius ratio est: quia sicut habeť extra de regu. iur. c. j. ⁊ est text⁹ Jo. chriso. Omnis res p quascūq̄ꝫ causas nascitur per easdē dissoluitur. Simile habeť. ff. de regu. iu. l. nihil. vbi diciť. Nihil tam naturale est q̄ꝫ eo genere quodcūq̄ꝫ dissoluere: quo colligatū est. Si ergo peccatū habet cōtrahi in aīa per consensuz rōnis ⁊ cōplacentiaz volūtatis habeat etiam displicētiaz ratiōis ⁊ volūtatis. ⁊ hec ē sufficiēs ⁊ necessaria penitētia: que ſm Alex. posset esse insufficiēs ⁊ nimis parua si. s. alicui displiceret ꝙ offendisset deū per peccatū: ⁊ illa displicentia nō excederet displicentiā amissionis rei tēporalis. qd̄ patet ex p̄dictis i p̄ma. q. Nullū est eniz dubiū quin illa displicētia insufficiēs eēt ad hoc ꝙ esset dolor penitētie: sicut etiā amor posset eē ita remissus ꝙ nō sufficeret ad rationē charitatis. Et nota ſm Ric. vbi. s. q. 8. ⁊ etiā Bonauē. vbi. s. ar. 2. q. 2. ꝙ hec displicētia non pōt eē nimis magna: quia hec displicentia directe causať ex charitatiua dei dilectione: q̄ nimis intendi nō pōt. Nō si cōtra h' oppōať: ꝙ dolor quantūcūq̄ꝫ paruus sufficit ad rationē penitētie ⁊ p cōsequens ad salutez tali ratione: amissio boni cū difficultate recupandi illud est cā magni doloris: ergo per oppositū amissio boni cuz facilitate recupandi illud nō ē causa magni doloris: nō eni iuste deberet aliq̄s affligi: lꝫ incurrisset dānū maximū: si illud faciliť recupari posset: sed illa que amittūtur p gratiam. s. deus ⁊ gratia ⁊ cōsequēter gloria de facili recupari pn̄t: quia non req̄ritur nisi ꝙ ille qui amisit faciat quod in se est: vt illa reciperet: ergo parua pēitētia sufficit. R. tribus modis. ¶ Primo mō ꝙ hec ē falsa: deus et gratia de facili recuperari possunt: qꝛ nō est in hominis potestate redire ad statuz gratie post peccatū. Est eniz spūs vadens ⁊ non rediens. Unde peccare in ista spe ē stulta presumptio: ⁊ maxime cuz nesciat peccās qua morte preueniatur. ¶ Secundo qꝛ id quod supponitur est falsuz. s. ꝙ existēs in peccato potest facere quod in se est vt recuperet gratiam. Cuius ratio est quia facere quod in se est: est consentire gratie preueniēti: hoc autem nō potest peccator d̄ se facere: cū gratia preueniens non sit in sua potestate. ¶ 3° dico ꝙ non pōt constare alicui ꝙ fecit quod in se est: quia ⁊ si multuz doleat de multis peccatis ⁊ diu: adhuc nescit si sufficienter fecerit quod in se ē. Cōclude ergo ſm Alex. ꝙ penitentia duo nominat. s. gratiam ⁊ dolorem. Penitentia igitur ex parte gratie non potest esse nimis parua: ⁊ sicut minima gratia gratū faciens: et minima charitas sufficit ad quodlibet peccatuz dolendum: sic penitentia quantūcūq̄ꝫ minima ex illa parte q̄ est informata ex illa gratia gratum faciente sufficit ad dolendum omne peccatū mortale quantūcunq̄ꝫ magnuz. Penitentia v̄o ex parte displicentie potest esse nimis parua: vt si alicui peccatuz displiceat non eo modo quo debet: puta si aliquis doleat de peccato nō propter dei offensaz: sed ꝓpter sui penaz

⁊ si modicum doleat in cōparatiōe ad alios
dolores. Secundus gradus penitentie dici
tur eminens qui est passio affectionis in sen/
sualitate resultans: ⁊ hic est perfectionis nō
necessitatis: vbi sciendum ꝙ cum dominus
Math. 26. dicat. Spiritus quidem prom/
ptus est: caro autē infirma. Et apostol⁹ ad
Gal. 5. inferat. Caro concupiscit aduersus
spiritū. Quāto ergo magis caro spiritui do/
minatur sicut in hominibus carnalib⁹ ⁊ la/
sciuis tanto talis gradus difficilior est atqꝫ
remissior. Idcirco omnes theologi ꝯcludūt
ꝙ dolor sensibilis ⁊ passibilis qui non est in
potestate nostra: non est necessarius ad con
tritionem vel penitentiaꝫ: iste quideꝫ neces
sitatis: ille ꝟo perfectōnis. ¶ Ultimus gra
dus penitētie dicitur exuberās vel superemi
nens aut superabūdans qui prouenit taꝫ ex
ratione ꝙ̄ ex sensualitatis affectione ⁊ passi
one: qui doloris gradus in tātū pōt augmē/
tari ꝙ omnis pena plenarie ei remitteref:
vt patebit infra. Quod est donuꝫ profecto
maximū paucis quidē concessuꝫ de isto do/
lore querūt doc. vtrum possit esse ninis ma/
gnus: quia de paruitate nō est questio: cum
non sit necessarius. Et distinguit Ri. vbi. s.
ꝙ quādoqꝫ talis dolor causaf ex cōsiderati/
one amissionis cuiusdaꝫ honestatis seu glo/
rie accidentalis per peccatum sicut est dolor
quādoqꝫ ī mulierib⁹ ex hoc ꝙ amiserūt cor
poris sui ītegritateꝫ: ⁊ talis dolor posset eē
nimis magnus. Quādoqꝫ causaf directe ꝑ
quandaꝫ redundantiā ex displicentia volū/
tatis: quia sibi displicet peccatum inquātuꝫ
est legis diuine trāsgressio. Et sic dicūt qui/
dam ꝙ talis dolor posset esse nimis magn⁹
quia penitentia est virtus moralis: ⁊ actus
virtutis moralis corrumpi potest per super
abūdantiaꝫ ⁊ defectū. Alijs videtur ꝙ hic
dolor non posset eē nimis magnus: quia nō
posset eē excessus in causa nec in effectu. Hu
ius auteꝫ doloris causa est displicētia supra
dicta de qua concessuꝫ est ꝙ non potest esse
nimis magna. Si igitur pēitēs ex vehemtis
simo dei amore: tam vehemēter doleret de
suo peccato: ꝙ ex hoc causaretur ī appetitu
sensitiuo tam vehemēs dolor ꝙ corrūꝑeret
armoniam corporis necessariaꝫ ad vitaꝫ nō
esset excessiuus in genere moris nec ꝑfectōni
penitentie derogans sed concordās nisi for/
te omnis voluntas directe ex intentioe fere
retur ad procurādū talē passionē ad hoc ꝙ
ipse morereꝛ. Et sic credo ꝙ intelligant illi
qui dicunt ꝙ in dolore qui est ī appetitu sen
sitiuo: pōt eē excessus. Hec Ri. Hoc dolore
fleuit Petr⁹ de quo dicitur di. 50. in. c. pon/
deret. Beatus quoqꝫ Petrus amarissimas
lachrymas fudit quādo deū negasse pēituit
Ad hunc doloreꝫ hortatur Hiero. di. O la/
chryma humilis tua est potētia tuū regnuꝫ
tribunal iudicis nō vereris: amicorū tuorū
accusationibus silentiū imponis. Non est q̇
te accedere vetet: si sola intras vacua non re
dibis: magis crucias diabolum ꝙ̄ pena īfer/
nalis. Quid plura. Uincis īuincibilē: ligas
omnipotentē inclinas filiū virginis. Hec il/
le. Ploremus ergo peccata nr̄a fratres cha
rissimi: vt sic aīas nostras a maculis pecca/
torū abluamus ⁊ ablutas in hoc mūdo diui
nis gratijs impleam⁹: quib⁹ ad gaudia eter
na peruenire mereamur vbi domin⁹ noster
Jesus christ⁹ q̇ ꝓ nobis ī cruce fleuit re. ⁊c̄.

Feria tertia post secundaꝫ dominicaꝫ de aduentu: De quantitate penitentie cōtinua: siue extensiua Sermo decimus.

Quecūqꝫ scri
pta sunt ad no. doct. scri.
sunt. Iterū vbi. s̄. Deter
minauim⁹ fratres charis
simi ī sermone ꝓcedēti ex
scripturꝭ sacris veras sen
tētias elucidādo quāta debeat eē penitentia
in intēsiōe sua ad hoc ꝙ delere possit cōmis
sa. In pn̄ti ꝟo sermōe ex ꝯseq̄nti ordine tra
ctandū est de quātitate pn̄ie in sua extēsiōe
⁊ ꝯtinuatione. ⁊ hoc idē a scripturꝭ diuinis
eliciēdo: qꝛ vt dicit thēa assūptū. Quecūqꝫ
scripta sūt ⁊c̄. De quātitate ꝙ̄ pn̄ie ꝯtinua si
ue extēsiua tractādo quāto. s. tpe debeat du/
rare ad hoc ꝙ possit peccata de anima dele/
re tria tm̄ more nostro annotabimus: quo/
rū Primū dicitur euidens dubitatio. Secū
dū correlaria ꝯclusio. Tertiū īutilꝭ dilatio.

Pars ꝑma hui⁹ sermōis ī q̄ pōif euidens
dubitatio vtꝝ vꝫ pn̄ia debeat eē ꝯtinua.

Primo igitur in ista parte mouetur
vnū dubiū. Si pn̄ia dꝫ esse ꝯtinua.
Uideꝛ. n. ꝙ sic: ꝓ ꝑ auctē Augusti
in li. de penitētia di. Quedaꝫ est penitentia

cuius actio per totaz istaz vitaz qua in car/
ne mortali degimus perpetua supplicatiõis
subeũda est humilitate. Preterea de pe. di.
4. §. j. dicitur ꝺ peccatore. Semper doleat
ꝛ de dolore gaudeat. Item probatur idem
ratione sic: Ubi culpa est infinita penitẽtia
debet esse infinita: sed culpa vel offensa ĩ de/
um est infinita. ergo ad condignã emendati
onez requiritur penitẽtia infinita: ergo sal/
tem penitentia debet esse continua saltem ꝑ
totũ tẽpus huius vite: ergo ꝛc̃. Preterea ꝑe
nitens nunq̃ potest esse certus de culpa sibi
remissa. Iuxta illud Ecclesiasti. 10. Nẽo scit
vtrũ dignus sit odio vel amore: ergo semꝑ
debet agere penitentiaz per quã remittitur
culpa si forte non esset remissa. ¶ Sed ꝯtra
opponitur sic: Hiere. 31. dicit̃ penitentibus.
Quiescat vox tua ploratu: ꝛ oculi tui a la/
chrymis quoniã ẽ merces operi tuo sed hoc
nõ posset esse si penitentia cõtinuaret̃: q̃ con
sistit in ploratu ꝛ lachrymis: ergo penitẽtia
non debet eẽ continua. Preterea post repa
tionẽ sanitatis: non debet homo vti medici/
na curatiua sed sanitatis cõseruatiua. Sz pe
nitentia ẽ medicina curatiua: ergo nõ tenet̃
homo penitere de pctõ post remissionẽ illi⁹.
Cũ igitur peccata remittãtur ꝑ displicẽtiã
volũtatis: patet q̃ penitẽtia non debet esse
cõtinua. Item vera pnĩa reddit hominẽ in/
nocentẽ: sed innocẽs penitere nõ tenet̃: ergo
homo post remissionẽ peccatorũ de illis peni
tere nõ tenetur: ergo ꝛc̃. ¶ Ad hanc qõnẽ
rñdẽt plures theologi. s. btũs Tho. i. 3. pte
q. 84. ar. 9. Et Ri. in. 4. di. 14. ar. 9. q. j. Et
Pe. de tarã. in. 4. di. 14. ar. 6. q. 2. dicentes
q̃ duplex est penitẽtia. s. interior ꝛ exterior.
Pnĩa aũt exterior cõsistit in ieiunio: oratõe
ꝛ elemosyna: ꝛ hanc nõ oportet esse cõtinuã
q2 ₰m statũ vite pñtis esset ĩpossibile cuz sit
necessariũ homini circa multa alia intẽdere
Pnĩa aũt interior cõsistit in ꝯtritiõe cordis
ꝛ hoc tribus modis põt cõsiderari. s. vel ₰m
actũ: vel ₰m propositũ: vel ₰m tẽpus certũ
ꝛ determinatũ. ¶ Primo igit̃ accipiẽdo pe
nitentiã pro dolore cordis ₰m actũ: dico q̃
penitẽs nõ tenetur semꝑ dolere. Qð sic pro
bo. Confessio ꝛ satisfactio sunt ꝑtes pnĩe si
cut cõtritio: sed nõ oportet semper confiteri
ꝛ satisfacere: ergo nec semper cõteri. ¶ Se
cundo modo accipiendo penitentiã pro do/
lore cordis ₰m propositũz dico q̃ penitẽtia
debet eẽ perpetua. quod probo sic. Sicut se
habet vera innocentia ꝛ ꝑseuerãs ad pecca/
tum de futuro: ita penitẽtia cõtra peccatuz
de preterito: sed penitẽtia ꝑseuerans semper
refugit peccatuz ne fiat: ergo etiã penitentia
semper vete stat̃ peccatuz factũ ꝛ semꝑ dolet
de ipso. Preterea sicut culpa est velle pecca
re: ita penitentia ẽ nolle peccasse: sed homo
tenetur semꝑ nolle peccare: ergo tenet̃ etiaz
semper nolle peccasse: quod semꝑ intelligas
in habitu ꝛ in proposito. Itez hoc idem ꝓba
tur auctoritate Augu. in li. de pe. sic di. Ubi
dolor finit̃ deficit ꝛ pẽitẽtia. Si ꝟo deficit
penitentia: quid ergo relinquit̃ de venia: q.
d. nihil. Ad hoc facit dictuz Hugo. 2. li. de
sacramentis. parte. 14. c. 2. Cuz dicis neces
se habes semper penitere: satisfacere potes:
nimis facere non potes: meli⁹ est vt plus fa/
cias q̃ minus. Simili modo intelligẽde sũt
due auctoritates ad primaz partez allegate
Preterea hoc idez probat̃ similitudĩe Gre
go. di. Anchora mentis est põdus timoris:
sed mens sicut nauis nũq̃ debet esse sine an
chora: ꝛ ita nũq̃ sine dolore ꝛ timore. ¶ 3°
modo accipiendo penitẽtiaz pro dolore cor
dis ₰m tẽpus determinatuz ꝛ certuz: tũc di
co q̃ penitens non tenetur semꝑ penitere ₰
ad semꝑ. i. pro loco ꝛ tẽpore: ꝛ sic habet cõti/
nuã materiã doloris q̃tuor respectib⁹. Pri
mo ratione recordatõnis criminis: q2 quan
docũq̃ est memor peccatorũ q̃ fecit tenet̃ pe
nitere ꝛ dolere de eis. Et hoc est verum ₰m
Ricar. vbi. s. quando ex peccato suo ex deli
beratione recogitat: tunc enim illud detesta
ri tenetur. Non eniz fideliter seruat repara
tum fedus diuine amicicie: cui actu non dis
plicet quando considerat illud quod int̃ ipz
ꝛ deum causa fuit inimicicie. Secũdo rõne
amissiõis tẽporis: quia quãdocũq̃ recorda
tur ꝺ tẽpore amisso dolere tenet̃. Tertõ ra/
tione expoliationis gratiarũ ꝛ vulneratio/
nis naturaliũ. Qñ eñi recolit bona mentis
ꝛ corporis q̃ ex peccato amisit ꝛ mala q̃ icur
rit: materiã habet dolorĩ. Quarto rõne dã/
nationis: q2 qñ recordat̃ in q̃ dãnatiõe fuit
pro pctĩs: ꝛ in q̃ iustificatione fuisset si ñ pec
casset dolẽ tenet̃. Unũ si Adaz ꝑ mille milia
annor vixisset nunq̃ tãtũ iustificat⁹ fuisset
q̃ redisset ad statũ in quo erat añ pctũ. Et

sic patet q̄lit pnia dz esse ꝯtinua ⁊ q̄lit non. ¶ Dicas ergo ad auctoritates ad p̄mā ptez adductas: ꝙ habent intelligi de penitentia ſm ꝓpositū: ⁊ sic verū dicunt. Ad p̄mū argumentū ad p̄mā ptem dicas ꝙ sicut culpa nō est infinita duratione sed reatu: sic pnīa nō debet esse actu infinita duratione: ſ; virtute meriti christi ⁊ diuine misericordie penitentiā acceptātis. Ad aliud dicas ꝙ non exigit certitudo sciētie: sed sufficit certitudo ꝓbabilis cōiecture: quando fecit homo ꝓbabiliter quod erat ex pte sua. s. dolendo: cōfitendo ⁊ satisfaciendo: ac cauendo: ꝓpter qd̄ penitētia in actu nō debet esse cōtinua: sed solum ſm ꝓpositū. Ad argumēta ad aliā ptē dicas: ꝙ verū concludūt ꝙ pnīa non debet esse cōtinua capiendo penitētiā ꝓ dolore cordis ſm actū. Et sic patet quid dicēdū ī p̄ma pte huius sermonis.

¶ Pars secūda hui⁹ sermonis in qua adducit ex p̄dictis correlaria quedā cōclusio.

Secundo in isto sermone ponēda est vna cōclusio ꝯsequens ex p̄cedētib⁹ ꝙ frequēter recordari de peccatis ē vtile: ⁊ de ipsis dolere est multū vtile ⁊ fructuosum: que ſm Alex. sic declarat. Si dolere de pctīs cōmissis est bonū: ḡ frequentius dolere est magis bonum: ⁊ sp̄ dolere adhuc magis. ¶ Cōfirmat ista rō sic: Dolere de peccatis suis btm̄ reddit penitētem. s. in via. iuxta illud Math. 5. Bti q̄ lugēt. vbi glo. ait: Luctus ꝓ pctō vel ꝓ desiderio celesti cōsolationē meret: ergo ex frequētiori dolore maior cōsolatio acquirit: ergo cōclusio vera. ¶ Nō sic ꝯtradicat ꝑ illud Pau. ad phil. 4. Gaudete in dn̄o semp: iterū dico gaudete. ergo si expedit cōtinue gaudere: īpossibile est simul ⁊ dolere. ¶ Ad hoc dicendū ē ꝙ gaudiū seculi. i. mūdi impedit dolorē contritionis: q2 quāto plus diligit mūdū: tāto minus de pctō cōmisso dolet: sed gaudiū dei facit dolorē cōtritionis. qd̄ patet: quia quanto plus gaudet de deo: tāto magis dolet ⁊ cōterit de pctō cōmisso: q2 gaudiū qd̄ est ī deo habet ꝓ mā ipsum dolorē ꝓ peccato cōmisso: patet ergo ꝙ apostol⁹ nō intēdit excludere tristiciā de peccato: sed tristiciā seculi. Et sic habet intelligi illud Eccle. 30. Tristiciā longe expelle a te. Et post subdit multos occidit tristicia. Et illud Eccle. 38. A tristicia festinat mors. Et sic patet conclusio huius particule.

¶ Pars tertia hui⁹ sermonis in qua declaratur ꝙ post hanc vitā nulla pōt eē pnīa.

Tertio in isto sermone tractādū ē ꝙ post hāc vitā nullo mō pōt esse pnīa. Et ideo frustra laborāt qui p⁹ mortē credūt se posse verā pniam pagere: ⁊ oīo decipiunt. Que conclusio declarat sic ſm Tho. vbi. s. ar. 4. q. 3. Et Alex. de al. vbi. s. sub titu. 4. Utrū aīe conterant in purgatorio: in argumētis ꝯtra di. In cōtritione sūt tria. s. essentia: forma ⁊ efficacia. ¶ Primo in cōtritione est eēntia. s. dolor de peccatis. ⁊ sic aīe que sūt post hāc vitā ī patria pniaz habere nō pn̄t: q2 dolore carēt ꝓpē plenitudinē gaudij di. christo Jo. 16. Gaudiū vestrū plenū sit. ¶ 2° in penitētia est forma. s. grā informās dolorē: ⁊ sic aīe que sunt in inferno carent pnīa: quia ⁊ si dolorē habēt ꝓ peccatis suis ꝓpter penas quas sustinēt: deficit tn̄ in eis grā dolorē informans: ⁊ ideo pniam que est dolor gratia informatus habere nō possunt. ¶ 3° in pnīa est efficacia et dolor meritorius ⁊ satisfactori⁹. Et ideo aīe que sūt in purgatorio quāuis habeāt de suis peccatis dolorē grā informatū: nō tamē habent dolorē meritoriū: eo ꝙ nō sunt in statu merendi sed soluendi: igit penitentiā habere nō possunt. Nam si esset ibi status merendi: possent tātū cōteri aīe in purgatorio: ⁊ tāta posset esse cōtritio earū ꝙ sufficeret non solū ad deletionē culpe: sed etiam pene. Et sic purgarent a pena ignis: qd̄ videt esse inconueniens: cū status ille nō sit status merendi sed soluendi penam ſm merita in carne. In hac igit vita p̄dicta tria īueniri possunt: ⁊ ideo solū tēpus p̄sens est tēpus penitentie. Unde Aug. in li° de penitentia ait: Studeat q̄sq3 sic delicta sua corrigere: vt post mortē nō oporteat penā tolerare. Et ī pe. di. 7. c. tempus. di. Tempus penitentie est vsq3 in vltimuz articulum vite. Agamus: ergo penitentiā dum tempus habemus: vt ad illam gloriā peruenire mereamur: vbi penitentie non erit opus: sed tantū exultationis tempus in secula seculorū Amen.

¶ Feria quarta post secundā dn̄icaz de aduentu domini: iterū de quantitate penitentie. ¶ Sermo vndecimus.

Q Uecunq3 scri
pta sũt ad nostrã doctri.
scrip. sũt. iterũ vbi. s. Nõ
solu3 frẽs charissimi ſm
doctrinã sacrarũ scriptu
rarũ docuim⁹ quãta debe
at esse pnia in sua extensione ⁊ cõtinuatione
sed etiã quõ post hanc vitã nõ sit loc⁹ pnie: s3
etiã restat vt instruam⁹ quãtitatẽ penitentie
in sua discreta numeratiõe: si. s. sit numerus
determinatus releuatiõis pnie: vel indeter-
minatus. Et hoc idẽ ad maiorẽ fidẽ exhibẽ-
dã: ne incredibile videat᷑ ꝙ quotiẽscunq3 pec-
cauerit hõ: totiens possit p penitẽtiã renoua
ri: ex ipsismet scripturis sacris doceam⁹: q2
vt dicũt verba pãssupta. Quecunq3 scripta
sũt. ⁊c̃. De quãtitate igit᷑ pnie tranctando:
more solito tres cõsideratiões faciem⁹: qua-
rũ Prima dicet᷑ singularis cõclusio. Secũda
dicetur numeri indeterminatio. Tertia di-
cet᷑ oppositionis rñsio.

¶ Prima pars hui⁹ sermonis in qua decla
rat᷑ ꝙ contingit pniam reiterare sicut ɔtin-
git a vera penitentia cadere.

P Rimo igit᷑ in isto sermõe fundatur
ista cõclusio ſm Alex. de al. vbi. s.
Nõ sicut ɔtingit peccatorẽ a vera pe
nitẽtia cadere: ita cõtingit penitẽtiã iterare
Que cõclusio habet duas ptes: quaꝝ pma
est ꝙ cõtingit peccatorẽ a vera pnia cadere:
que sic declarat᷑. Veritas pnie duplicit᷑ acci
pitur: sicut etiã cui⁹libet ꝟtutis. Unomodo
dicit᷑ ꝟtus vera que habet verũ ꝟtutis op⁹
vel nata ẽ habere quãtũ de se: ⁊ hec veritas
est de essentia ꝟtutis. Aliomõ dicit᷑ virtus
vera que ꝓducit in finẽ: ⁊ hec veritas non ẽ
essentialis ꝟtutis: s3 dicit ꝟtutis statu3 sine
ɔtinuationẽ: ⁊ ſm hoc dicẽdũ: ꝙ si pmo mõ
dicat᷑ pnia vera que veꝝ ꝟtutis habet actũ
sic de veritate pnie ẽ detestari malũ cõmissũ
⁊ ꝑ alio tẽpore nullũ cõmittere. Si aũt di-
catur vera q2 ꝓducit in finẽ: vt ipsa que est
finalis ⁊ cõtinuata: ab hac nõ cõtingit cade
re: sed hanc non ẽ dicere hominẽ habere nisi
finalit᷑ ꝑseueret. Sed pmo mõ accipiẽdo pe
nitẽtiã dico ꝙ ab ipsa cõtingit pctõrẽ cade-
re. Cui⁹ rõ est: q2 pnia habet esse i libero ar
bitrio nõdũ cõfirmato: sed tale est ꝟtibile:
ergo põt cadere a statu grẽ iusticie: g3 ⁊ pnie

patet hoc p exemplũ David q de pctõ mortᷓ
vrie penitens cui⁹ etiã pnia3 dñs acceptauit
2. Reg. 12. ⁊ tñ cecidit ab ista pnia peccãdo
postea i numerãdo pplm. 2. Reg. penul. pa-
tet p auctoritatẽ Io. 5. vbi dixit dñs para-
lytico: Noli ampli⁹ peccare. ⁊c̃. S3 nõ fuis-
set cõminatus malũ nisi posset cadere: g. ⁊c̃.
¶ 2ᵃ pars cõclusionis est: ꝙ similiter cõtingit
pniam iterare in hac vita: sed post hãc vitã
nõ põt. Et rõ quare pnia possit iterari p3 sic
Esto ꝙ aliquis diu fuit in pnia ꝓpter aliqõ
pctm̃ postea lapsus ẽ in culpã: sed ɔstat ꝙ pe
ioris eẽt cõditiõis: si nõ egisset pniam. Sed
si pclusa eẽt sibi via resurgẽdi p pniam dete-
rioris eẽt ɔditiõis ꝙ̃ si nõ fecisset pnia3. S3
cõstat ꝙ hoc nõ est verũ: g nõ est pclusa tali
via ista. Patet hoc p auctoritatẽ Ezechie.
18. vbi dr: Si ipi⁹ egerit pnia3 ab oib⁹ pctis
suis: oiu3 iniqtatũ ei⁹ q̃s opat⁹ ẽ nõ recorda
bor. S3 nõ distinguit pctõrẽ q recidiuauit:
ab eo q nõ recidiuauit imo simplicit᷑ loqt᷑: g
veꝝ ẽ de eo q recidiuauit: q2 tribun⁹ i ɔditio
nali i auctoritate positus tenet᷑ vniuersalit᷑:
ergo. ⁊c̃. ¶ Nõ si ɔtra hoc opponeret᷑: quia
baptisma nõ iterat᷑: ergo pari rõne nec pnia
Rñdet Alex. de al. ⁊ Bo. in. 4. dis. 14. ⁊ bea
tus Tho. ibidẽ: ꝙ pnia põt iterari ⁊ baptis-
mus nõ: ꝓpter tria. Primo q2 in baptismo
impmit᷑ character q est indelebilis: in penitẽ
tia aũt nõ. Secũdo q2 baptism⁹ ẽ ɔ morbu3
nõ iterabilẽ: qualis est morb⁹ pcti originalᷓ:
sed pnia est cõtra morbũ iterabilẽ qualis est
morb⁹ pcti actualis. Tertio q2 baptismus
habet totã vim a passione: pnia aũt nõ: sed
ab actu nr̃e volũtatis. et. iõ baptism⁹ nõ ite-
rat᷑: sicut nec passio christi: pnia autẽ iterat᷑
ſm ꝙ volũtas nr̃a cõuertit᷑ ⁊ reuertit᷑. In-
de est ꝙ in pabtismo oĩs pena remittit᷑: in pe
nitentia ꝟo nõ. Et sic patet quid dicendũ de
pma pte huius sermonis.

¶ Pars secũda hui⁹ sermonis in qua decla
rat᷑ ꝙ pctõr qtiens vult habet ad pniam re-
uerti habilitatem.

S Ecundo in isto sermone cũ dictũ sit
superi⁹ ꝙ cõtingit pctõrẽ pniam ite
rare: in isto sermone determinat᷑ ſm sacros
theologos. s. Alex. vbi. s. Rica. in. 4. di. 14.
ar. 9. q. 2. ⁊ Bona. eadẽ dis. pte 2ᵃ ar. p. q.
2. Et btm̃ Tho. in. 3ᵃ. pte. q. 84. ar. 10. Et
in. 4. sen. dis. 14. ar. 4. q. 3. Nõ quotiẽscunq3

peccator vult reuerti p penitentiã totiẽs habet habilitatẽ: nec est aliquis numerus determinatus. Et hoc ꝓbatur tripliciter. s. ratione: auctoritate: ⁊ exemplo. ¶ Primo ꝓbatur rõne sic: Quãdiu homo est in hac vita: vertibilis est ad bonũ ⁊ ad malũ p liberi arbitrij facultatẽ: ꝙdiu igit̃ homo viuit: põt facere ꝙ in se est: vt sibi det̃ a deo vera penitentia sed omni facienti quod in se est deus dat penitentiã veram. Alias enim nõ pulsaret hominẽ: vt se ꝑpararet. Iuxta illud Apoc. 3. Ego sto ad hostiũ ⁊ pulso: sed vera penitentia nũꝙ caret remissione peccatorũ quod ꝓbatur de pe. dis. 3. §. iter quod frequent̃. vbi dicit̃: Constat ei multũ peccatũ displicere: q̃ sp ꝑsto ẽ ea destruere. Sz si vera pnĩa aliq̃n careret peccati remissione: de⁹ nõ cẽt sp ꝑsto pctã destruere: ꝗ. ⁊c̃. Preterea maiorẽ mĩam exhibet de⁹ ꝙ hoi ꝑcipiat: qꝛ magna ẽ mĩa ei⁹ ſm magnitudinẽ eius. iuxta illud Eccle. 2. Scdm magnitudinẽ eius sic ⁊ misericordia ipsius cũ ipso est. Sz precipit homini quasi infinities remittere Math. 18. di. Dico tibi vsꝙ septuagies septies: vbi ſm Hiero. ⁊ Nicho. de lira ponit̃ numerus finitus ꝓ infinito: ergo cuz misericordia dei sit infinita remittit̃ infinities. Preterea dominus iesus sup ceteros homĩes etiã ſm naturam misericors est: qꝛ filius est pr̃is misericordiarũ de quo dicit̃ ꝑ ad Chor. Bñdictus de⁹ ⁊ pater dñi nr̃i iesu christi. Ubi nõ ꝙ dicit misericordiarũ in plurali: quia non tñ remittit in ꝑma penitẽtia ⁊ secunda: sed in tertia: ⁊ deinceps ergo. ⁊c̃. ¶ 2⁰. hoc idez ꝓbat̃ auctoritate sic Aug. in ꝑ libro retractationũ. c. 18. sic ait: De quocũꝙ pessimo in hac vita ꝯstituto nõ ẽ desperãdũ. tũc sic. Si p penitentiã nõ potest homo resurgere quotienscũꝙ vellet: de peccante mortaliter post penitentiã esset desperandũ: ergo per penitẽtiã potest peccator resurgere plus ꝙ semel: imo quotienscũꝙ penituerit. Item Aug⁹ in libro de verbis domini sic ait: Cor impenitens ꝙdiu in hac carne viuit iudicari nõ põt de nullo eni desperandũ est ꝙdiu patiẽtia dei ad penitentiã illũ adducit: ergo. ⁊c̃. Et Ezech. 33. dicit̃: Impietas impij nõ nocebit ei: in quacũꝙ die conuersus fuerit ab impietate sua: vt dicit Alex. ꝙ hic ostenditur. Nõ quotienscunꝙ penitens penitet totiens reperit indulgentiaz. ¶ Tertio idem probatur exemplo: quia sicut quantũcunꝙ homo deo seruierit si cadit in peccato deus obliuiscitur bonorũ: sic a simili quotiẽscũꝙ penitet de malo remittit malũ ⁊ eius obliuiscitur. Item exemplũ habet̃ õ infirmantib⁹ in hac vita: quos sepe recidiuantes in infirmitate videmus liberari: ad denotãdũ multo magis liberari animã recidiuantẽ in peccato. Unde Aug⁹. in libro de penitẽtia ait: Uidemus quotidie in ecclesia sepe febricitãtes: sepe languidos: sepe passionibus captos sepe liberari vt appareat totiens opus liberãtis vel miserãtis q̃tiẽs ꝯfessio fit penitẽtis. Quomodo eni corpus quod vilius est ⁊ ab ipso dissimili⁹ sepe sanaret ⁊ animã dignìorẽ ⁊ redemptaz nõ totiens liberaret. Medicũ se vocat: ⁊ non sanis sed male habentibus oportunũ. Sed qualis esset medic⁹ qui malum iteratũ nesciret curare. Medicorũ eni est centies infirmũ centies curare. Hec ille. Et sic patet rationibus auctoritatibus ⁊ exemplis verã esse istam conclusionẽ. Nõ quotienscũꝗz peccator ad deum per penitentiã accurrit totiẽs peccator sordes abstergũt.

¶ Pars tertia hui⁹ sermonis in qua ponunt̃ ac soluunt̃ quedã dubia.

Tertio in isto sermone ad maiorẽ declaratõnẽ ꝑdictor circa ꝑdicta ponẽda sũt aliq̃ dubiola ⁊ oĩo soluenda. ¶ Primo eni opponit̃ p Hiero. di. i. ꝓlogo Amos ꝓphe sup illud qõ habet̃. c. ꝑ. Sup trib⁹ sceleri⁹ ⁊ sup q̃rtũ non cõuertã eũ di. 3⁰. pctõrũ indulgentiã deum dare posse si q̃t quẽ q̃rto cadẽ pctã admittentib⁹ nec indulgentiã nec pnĩam daturũ enũciat. Hec ille. In quib⁹ verbis ostẽdit̃ ꝙ sic determinatur vsꝗz ad quot vices peccãti debeat idulgeri. Rñdet̃ ſm Alex. vbi. s. ad hoc dictũ dupliciter. Primo qꝛ dici põt ꝙ q̃rtũ pctm̃ sit in pnĩa finalis: ⁊ sic intelligẽdũ ẽ illud dictum Hiero. Unde alia glo. sup illud idẽ ait. Primũ peccatũ est mala cogitare. Secũdũ ꝯsentire. Tertiũ opari. Quartũ finaliter nõ penitere. Qui in trib⁹ ꝑoribus peccat: si penitet cõuertit ad eũ deus vultũ clementie sue: si vero non penitet auertit̃ ab eo vultus clementie sue. ¶ 2⁰. põt dici ꝙ loq̃tur ibi de conuersione quantũ ad reuocationẽ pene tꝑalis quãtũ eni ad istam nõ semꝑ inuenit locum.

penitentie eo ꝙ nō expedit: vel ipsis quos pe
nitet: vel etiā alijs qui exemplo corū corri‑
guntur. Unū post verba illa Hiero. in prolo
go sequit. Nam ꝑ ignis similitudinē quē in
ꝓdictas gentes imittendū ꝓdixit grauē atqꝫ
irreuocabilē irā dei ad euersionem earundē
ciuitatum ꝓcessuram voluit demonstrare.
Item si opponat ꝑ illud dictū Isido. in sino
nomis quod habet de pe. di. 3. §. 1. Inanis ē
penitentia: quā sequens culpa coinquinat.
¶ Rn̄detur ſm Ricar. ꝙ penitentia quā se‑
quens culpa coinquinat inanis nō dicitur:
quia nō fuerit vera: si est sufficienter facta.
sed dicit inanis quia insufficiens ad vitam
eternā obtinendā: vel carens fructu illiꝰ pe‑
nitentie: quā nō sequit culpa: cuius fructus
est vitatio gehēne ⁊ adeptio glorie. Et sic ex
ponit glo. ibidē. Preterea si opponat ꝑ illaꝫ
regulā Greg. que habet dis. 28. c. quia sūt
dis. 45. c. sed illud. di. 50. de lapsis. dis. 93. c.
peruenit ad nos. 1. q. vlti. c. exigunt. 21. q. 2.
c. placuit. 23. q. 4. §. est iiusta. 35. q. 9. c. loci.
de vita ⁊ hone. cle. c. vt clericorū mores. §.
ne vero. vbi dicit. Ne vero facilitas venie
incentiuū tribuat delinquēdi: sic arguendo.
Deus nō debet dare alicui occasionē peccan
di: sed facilitas venie incētiuū tribuit delin‑
quendi vt dictū est: ergo nō debet dari licē
tia iterandi penitentiā. ¶ Respōdet ad hoc
duobus modis. Primo ſm Alex. de al. ꝙ
licꝫ ex hoc quidā sumant occasionē peccandi
tamē remittit penitentibꝰ quotiensciiqꝫ peni
tent: ne ecōuerso sumerent occasionē despe‑
rādi qd̄ grauiꝰ esset. ¶ 2º modo rn̄det ſm
Alex. ⁊ meliꝰ. ꝙ facilitas venie quātū ad re
missionē pene satisfactorie incētiuū tribuit
delinquēdi. Sed sic pctōr nō cōsequit facili‑
ter veniā: qr de lege coi deꝰ semꝑ exigit pro
pctō penā satisfactoriā. Sed facilitas venie
quātū ad remissionē culpe incentiuū nō tri‑
buit delinquendi: sed magis peccatū cauēdi
ex dei amore ⁊ cōsideratiōe diūe clementie
Caueamꝰ ḡ a pctis frēs charissimi. Et si in
pctā inciderimus: pꝰ verā pniāꝫ nō in ipsis
ꝑsistamꝰ: sed ꝑ eandē pniāꝫ cito resurgamꝰ
quia semꝑ deus misericors est: qr misericor
dia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibꝰ eū. i.
pniam agētibꝰ ⁊ manet i scl'a scl'oꝝ. Amen.
¶ Feria quinta post secundā dominicā de
aduentu: quō deus mutat sniam tam factā

Quecūqꝫ scri
pta sūt: ad nr̄am doctri‑
nā scripta sunt. iterū vbi
s. In supioribus fratres
charissimi ꝑ tres ꝓceden‑
tes sermones sufficienter
tractandū est de quātitate penitētie ſm oēs
suas partes quantitate. s. intensiua extensi‑
ua ⁊ discreta. In calce vero precedentis ser‑
monis descripsimus: quō ꝑ penitentiā deus
semꝑ parcit culpā ⁊ si non penā. Ex quo vi‑
det ꝙ deus ꝑ penitentiā nostrā mutet: quia
sententiā pene eterne mutat in sententiā pe‑
ne temporalis. Unde bn̄ dicit Augꝰ. de pe.
dis. 3. c. nouit. Nouit deus mutare sentētiā:
si tu noueris mutare delictū. Idcirco in pre
senti sermone: qualiter deꝰ qui oīno dicitur
imutabilis ꝑ penitentiā nostrā mutet: decla
rare ⁊ dilucidare conabimus: adducēdo ad
hoc fundamēta scripture sacre: que vt dicit
thema nostrū: quecūqꝫ scripta sunt. ⁊c̄. De
mutatione igit diuine sententie ꝑ penitentiā
facte tres cōsiderationes ānotabimꝰ. quarū
Prima dicet fundata scripture conclusio.
Secunda dicet lucida scripture declaratio.
Tertia dicet apta scripture exēplificatio.
¶ Prima pars huiꝰ sermonis in qua decla‑
rat deū eē etiam in se ⁊ in sua voluntate im‑
mutabilem.

Primo igit in isto sermone adducūt
scripture sacre q̄ ostēdūt deū in se ⁊ i
voluntate sua esse imutabilē. Ait enim ipse
Moyses Nume. 23. Non est deus quasi hō
vt mentiat: neqꝫ vt filius hominis vt mu‑
tetur. Item ait ipse deus Malach. 3. Ego
deus ⁊ nō mutabor. Que confirmat Jaco.
apl's. ꝑ. c. sue canonice di. Omne datū opti‑
mū: ⁊ omne donū perfectū desursum est de‑
scendens a patre luminū: apud quē non est
trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio
Unde ⁊ Boetius inqt de deo. Immobilisqꝫ
manens dat cuncta moueri. Que etiā cōfir
mat Augꝰ. in li. de natura boni di. Solus
deus imutabilis est. Et in libro de quanti‑
tate anime inquit: Dico deū omniū rerum
que sunt creatorem: ex quo oīa: ꝑ quē oīa in
q̄ omnia. i. incōmutabilē eternitatem: incō‑
mutabilem veritatem vnum deum verum

deū atq̃ pfectū. Ex quib⁹ oib⁹ eliciunť due
ꝯclusiones: quarū prima est: ꝙ deus in se ē
imutabilis: que ꝓbať ſm Tho. in pma pte
q. 9. ar. p̄. Primo sic: Quia ſm oēs theolo-
gos ⁊ etiā Aristo. in. x.° methaphi. ⁊. 8. phi
sicoꝝ. Est deuenire ad aliqđ primū imobile
qđ sit cā alioꝝ motiuū: q2 nihil moueť a se
ipso: ⁊ nō est ꝓcessus in infinitū: vt dicit. 3.°
phisicoꝝ. Et ē deuenire ad aliqđ ens primū
quod deū dicim⁹: ⁊ h⁹mōi primū ens opor
tet eē purū actū absq̃ ꝑmixtione alicui⁹ po-
tētie: eo ꝙ potētia simpliciť ē posterior actu.
Oē aūt qđ mutať quocūq̃ mō muteť: ē ali
quo mō in potētia. Ex quo patet ꝙ ipossibi
le est deū aliq̄ modo mutari. ¶ 2.° q2 oē ꝙ
moueť quātū ad aliq̄d manet: ⁊ quantū ad
aliq̄d trāsit: sicut ꝙ moueť de albedine i ni-
gredinē: manet ſm substātiā. Et sic in oē eo
qđ moueť attēdiť aliqua cōpositio. Osten-
sū est aūt supra ꝙ i deo nulla est cōpositio. s.
in pma pte. q. 3. ar. 7. sed de⁹ est oio simplex
Vñ manifestū ē ꝙ de⁹ moueri nō pōt. ¶ 3.°
q2 oē ꝙ moueť suo motu aliq̄d acquirit ⁊ ꝑ-
tingit ad aliq̄d ad quod pri⁹ nō ꝑtingebat:
de⁹ aūt cū sit infinit⁹ cōphēdens in se omnē
plenitudinē pfectiōis toti⁹ eē nō pōt aliq̄d
acquirere nec extēdere se ad aliq̄d ad quod
pus nō ꝑtingebat. Vñ nullo mō sibi cōpetit
mot⁹. Et inde est ꝙ quidā ātiquoꝝ quasi ab
ipsa veritate coacti posuerūt pmū pricipiū
eē imobile. ¶ 2.ª ꝯclusio in hac parte est ꝙ
etiā voluntas dei est imutabilis: q̄ ꝓbať sic
ſm Tho. in pma pte. q. 19. ar. 7. qđ. s. con
siderandum est: ꝙ aliud est mutare volun-
tatē: aliud est velle aliquarū rerū mutatio-
nē: pōt eni aliq̄s eadē volūtate imobiliť per
manente velle ꝙ nunc fiat hoc: ⁊ postea fiat
ꝯtrariū: sed tūc volūtas mutareť si aliquid
inciperet velle qđ pus noluit: vel desineret
velle quod pus voluit: qđ quidē accidere nō
pōt nisi psupposita mutatiōe ex parte cogni-
tionis: vł ꝯtra dispositionē ipsi⁹ substātie vo
lētis. Cū eni volūtas sit boni: aliq̄s de nouo
dici pōt icipe aliq̄d velle. Uno mō si icipiat
de nouo sibi illud esse bonū quod nō ē absq̃
mutatiōe ei⁹: sicut adueniēte frigore icipiat
bonū esse ad ignē sedere: quod pus nō erat.
Alio mō si de nouo cognoscat illud eē sibi
bonū: cū pus h̄ ignorasset. Ad hoc āt vt scia
mus quid nobis sit bonū oportet mutari de
ignorātia in sciam: dictū est aūt in pma cō-
clusione: ꝙ tā suba dei q̄ ei⁹ scia est oio imu
tabilis: vñ oportet volūtatē ei⁹ imutabilez
esse. Et sic pȝ pma pars hui⁹ sermōis. s. fun-
damēta scripture cōclusio.

Pars secūda hui⁹ sermonis in qua decla-
ranť quedā scripture que p̄dictis videntur
esse contrarie.

Secundo in isto sermōe declarāť q̄-
dā scripture q̄ videnť p̄dictis i pma
pte eē ꝯtrarie. ¶ Primo eni dr̄ Hiere. 18. i
psona dei. Repēte loq̄r aduersus gētes: ⁊ ad
uersus regnū: vt eradicē ⁊ destruā ⁊ dispdā
illud. Sed si pniam egerit gens ista: agam ⁊
ego pniam sup malū qđ locut⁹ fuerā vt fa-
cerē eis. Hui⁹ silē habeť Ezechiel. 33. vbi dr̄
Si dixero ipio morte morieris ⁊ egerit pe-
nitētiā a pctō suo: feceritq̃ iudiciū ⁊ iusticiā
pignusq̃ restituerit ille ipius: rapināq̃ red
diderit: in mādatis vite ambulauerit: nec fe
cerit quicq̄ iiustū: vita viuet ⁊ nō morieť:
oia pctā ei⁹ que peccauit nō iputabūť ei. hec
ibi. ¶ Ad hoc rñdeť ſm Alex. in. 4. in tra
ctatu de orōne: q2 mutata cōditione diciť ⁊
ipse mutari: ȝ nō mutat sniaȝ quā dedit sim
pliciter ⁊ absolute sine cōdtiōe. Determina-
uit eni de⁹ ꝙ terra ꝓducat granū. s. cū cōdi-
tiōe tacita: si areť ⁊ cultiueť: quo deficiēte
nihil oino fiet: ⁊ tñ de⁹ nō erit mutabilis: ꝓ-
pter quod Greg⁹ dicit: Nō de⁹ imutat sen
tentiā ⁊ nō imutat cōsiliū. s. voluntatis sue.
Nō ḡ dicit: pniaȝ agā ego: intelligiť metha
phorice dictū. Nā hoies qui nō iplēt quod
cōminati sūt penitere videnť: ꝙ etiam dicit
morte morieris intelligiť. s. si in pctō ꝑman
serit: si aūt a peccato resurrexerit: vita viuet
⁊ nō morieť. ¶ 2.° videť ꝯtraria illa scriptu
ra Geñ. 6. vbi dr̄: Videns aūt de⁹ ꝙ multa
malicia hoīuȝ esset in terra ⁊ cūcta co. cor.
inte. es. ad malū oī tpe: penituit eū ꝙ hoiem
fecisset i terra. Et infra: penitet eni me fecis
se eos. ¶ Ad hoc rñdeť ſm Tho. in pma
pte. q. 19. ar. 7. in rñsione pmi argu. Qđ ver
bū illud dñi etiā methaphorice intelligēdū
est ſm silitudinē nr̄am. Vñ ⁊ Richo. de lira
ibidē dicit: penituit. i. ad modū penitētꝫ se ha
buit. Cū eni nos penitet destruim⁹ qđ feci-
mus: q̄uis hoc possit eē absq̃ mutatiōe vo-
lūtatis: cū etiā aliq̄s hō absq3 mutatōe vo-
lūtatis interdū velit aliq̄d facē: siľ intēdēs

postea illud destruere: sicut igiꝣ penituisse
dicitꝣ deū ꝭm siꝉitudinē nostrā seu opatōnis
nostre inquāt ūhoiez quē fecerat ꝑ diluuiū
a facie terre deleuit. ¶ 3º. est alia scriptura
que etiā videtꝣ predicte ꝯclusioni ꝫria esse. s.
Esa. 38. de Ezechia rege cui petēti dixit deꝰ
Audiui orōnē tuā: ⁊ vidi lachrymas tuas.
Ecce adijciā suꝑ dies tuos ānos. 15. ⁊ de ma
nu regis assyrioꝝ: eruā te ⁊ ciuitatē istā ⁊ ꝓ
tegam eam. Ad hoc r̄ndetur ꝭm Tho. vbi
s. i r̄nsione. 2. argu. Q2ꝺ voluntas dei cū sit
cā ꝑma ⁊ vniuersalis: nō excludit cās medi-
as in quaꝝ ꝟtute ē vt aliq̇ effectꝰ ꝓducātur
sed q2 oēs cāe medie nō adequāt virtutē cāe
ꝑme: multa sūt in scia ⁊ virtute ⁊ volūtate
dina q̄ nō cōtinētꝣ sub ordine causaꝝ inferio-
rū sicut resuscitatio Lazari. vn̄ aliq̇s respi-
ciēs ad cās inferiores dicere poꝣat. Laza-
rus nō resurgit. Respiciēs ꝟo ad cām dinā
ꝑmā poꝣat dicē: Lazarꝰ resurget: ⁊ vtrūq̧
eoꝝ deꝰ vult. s. ꝙ aliq̄n aliq̇d nō sit futuꝝ ꝭm
cās inferiores qꝺ tn̄ futuꝝ sit ꝭm cām supio-
rē vel ecōuerso. Et sic igiꝣ dicēdū ē ꝙ aliq̄n
deꝰ ꝑnūciat aliq̇d futurū ꝭm ordinē causarū
inferiorū: puta ꝭm dispositionē nature vel
meritoꝝ qꝺ tn̄ nō fit: q2 aliꝣ est in cā supiori
dina. Et iō cū ꝑdixit Ezechie: Dispone do-
mui tue: q2 morieris tu ⁊ nō viues: nō tn̄ ita
euenit q2 aliꝣ ab eterno fuit ī scia ⁊ volūta-
te dina q̄ īmutabilis ē. Agamꝰ ḡ pniaz frēs
charissimi: vt ꝯuertamꝰ ad nos miām dei q̄
sola pnīa de celo trahiꝣ. Propterea Cypria-
nus de pe. dis. i. c. miror. dicit: Miror autē
q̄sdā sic obstinatos esse vt dādā nō putēt la
psis pniam: aut penitētibꝰ existimēt veniam
denegādā: cū scriptū sit: Memor esto vnde
excideris ⁊ age pniam: ⁊ ꝑma opera fac. Et
Hiero. eadez di. c. q2 dinitatis. dicit: Quia
diuinitatis nā clemēs est ⁊ pia: magisq̧ ad
indulgētiā ꝙ ad vindictā ꝓna: que nō vult
mortē pctōris sed vt cōuertatꝣ ⁊ viuat: si q̇s
pꝰ lapsū pctōꝝ ad pniam se cōuerterit: cito
a vero misericordie iudice veniā ipetrabit.
Hec ille. Et hec dicta sufficiant quantuz ad
secūdā partē huius sermonis que diciꝣ scri-
pture declaratio.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua po-
nitur ad predictarū confirmationē scriptu-
re exemplificatio.

Tertio in isto sermone ad ꝯfirmatio-
nē ꝑdictorū ponenda est scripture sa
cre exemplificatio. s. Jone ꝓphete:
qui cuz nollet ire ad ꝑdicandū subuersionē
niniue proiectus est in mare: ⁊ deglutitꝰ est
a pisce grandi tribus diebꝰ ⁊ tribus noctibꝰ:
timebat enī eis ꝑdicare displicibilia: ⁊ tales
cōminationes horribiles. Dicunt enī aliqui
ꝙ ideo noluit ire: quia sciebat deū esse mise
ricordē qui de facili eis parceret: si conuersi
fuissent: ⁊ ipse falsus propheta reputatꝰ fu-
isset: postq̧ vero piscis euomuit eū in aridā
Jone. Secundo factū est vt scribiꝣ Jone. 3
verbū domini ad Jonā secūdo dicēs: Sur-
ge ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā ⁊ predi-
ca in ea predicationē quā ego loquor ad te.
Et surrexit Jonas ⁊ abijt in niniuē iuxta
verbū domini: nō enī voluit denuo contra-
dicere: quia iā manuz domini expertus fue-
rat. Sequiꝣ. Et niniue erat ciuitas magna
itinere dierū triū: ⁊ cepit Jonas introire in
ciuitatez itinere diei vnius ⁊ clamauit ⁊ di
xit: Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue sub-
uerteꝣ: ⁊ ceperūt omnes timere: ⁊ tota ciui
tas cōmota est ⁊ dicebant ad alterutꝝ: Nū-
quid hoc est verū? Nūquid hoc peccata no
stra merentꝣ? Nūquid iste est verus ꝓphe-
ta? Nūquid clamor peccatoꝝ nostroꝝ ascē-
dit ad aures dei sabaoth? Nūquid ē amplꝰ
operū nostrorū aliquod remediū? Nunq̇d
īiq̇tates nostre adeo sūt mꝉtiplicate: ꝙ am-
plius veniā reperire nequeāt? Certe deꝰ mi
sericors est ⁊ prestabilis super malicia: qui
nō vult mortē peccatoris: sed vt magis con
uertatꝣ ⁊ viuat. Conuertamur ergo ⁊ aga-
mus penitentiā: clamemus in celū ⁊ cogno-
scamꝰ omnipotētē ⁊ misericordē deū. Ideo
sequiꝣ. Et crediderūt viri niniuite in domi
no: ⁊ predicauerūt ieiuniū: ⁊ vestiti sūt sac-
cis a maiore vsq̧ ad minorē: vbi dicit Alex
de ales. ꝙ peccata niniue erāt luxuria ⁊ pō-
parū superbia: vnde inspirati a deo ꝓ luxu-
ria predicauerunt ieiuniū: ⁊ ꝓ superbia ve
stiti sunt saccis a maiore vsq̧ ad minimū.
Ideo sequitur: Et peruenit verbū ad regē
niniue: ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit ve-
stimētū suū a se: ⁊ indutus est sacco: ⁊ sedit
in cinere: ⁊ clamauit ⁊ dixit: in niniue ex ore
regis ⁊ principū eius di. Homines ⁊ iumen

tia boues ꝛ pecora nō gustēt quicq̄: nec pascant: ꝛ aquā non bibant: ꝛ operiant saccis homines ꝛ iumenta: ꝛ clament ad dominū in fortitudine: ꝛ couertant a via sua mala: ꝛ ab iniquitate que est in manib⁹ eoꝝ. Quis scit si conuertat ꝛ ignoscat deus: ꝛ conuertatur a furore ire sue ꝛ non peribimus. Et vidit deus opera eorū: quia conuersi sunt de via sua mala: e misertus est deus super maliciā quā locutus fuerat vt faceret eis ꝛ non fecit. Sic faciam⁹ ꝛ nos fratres charissimi ꝛ deus miserebit nostri: ꝛ dabit gratiā nobis in presenti: ꝛ gloriā in futuro in secula seculorum Amen.

¶ Feria 6ª post secundā dominicā de aduētu: de qualificatione penitentie. s. quomodo debebat esse integra: ꝛ recta intentione facta. ¶ Sermo. 13⁹.

Quecūqꝫ scripta sunt ad nostrā doctrinam scripta sunt. Iteruꝫ vbi. s. Non sufficit frēs charissimi circa expeditionē vni⁹ negocij scire qd facere debeamus ꝛ quātū nisi modū quoqꝫ expeditionis cognoscamus. Idcirco postq̄ in superioribus quidditatē penitentie: institutionē: originē: necessitatē: necnō ꝛ quantitatē descripsimus. Restat ut modū quoqꝫ ꝛ cōditionē eiusdem penitentie describamus: Et hoc quidē vtiqꝫ ex fundamento scripturarū doceam⁹: qualiter. s. penitētia nostra debeat esse circūstantiata ad hoc q̄ sit fructifera: peccatorū remissiua: gratie īpetratiua ꝛ deo grata: quia vt dicit thema assumptū Quecūqꝫ scripta sūt. ꝛc̄. De qualificatione igit penitētie tractantes tres cōsideratiōes annotabim⁹: quarū Prima dicet integritatis cōclusio. Secūda dicet integritat defensio. Tertia dicet intētionis rectificatio.

¶ Pars pma huius sermonis in qua declarat q̄ penitentia ad hoc q̄ sit vera debet eē de omnibus peccatis integra.

Primo igit in ista pte ponit illa conclusio sacroꝝ theologoꝝ. s. bti Tho. in. 4. dis. 15. ar. 3. q. 3. Et in. 3ª pte. q. 86. ar. 3. Et Bona. in. 4. dis. 15. ar. p. q. 2. Et Ric. ibidē. q. 6. Et Alex. in. 4. pte sū. sue i tractatu de pnia in generali. s. q̄ ad hoc q̄ penitentia sit vera: necesse est q̄ sit integra de oibus peccatis nemine remanēte: que ɔclusio pbatur trib⁹ modis. Rōnib⁹. s. auctoritatibus: ꝛ cōueniētijs. ¶ Primo ergo pbat rōnib⁹ sic. Nō pōt deo satisfieri nisi p opus deo acceptū: sed opus i pctō mortali factū nō est deo acceptū. iuxta illud Esaie. 58. Ieiuniū eorū q̄ ad cōtētiōes ꝛ lites ieiunabāt: deo acceptū nō erat: ergo ꝛc̄. Preterea pnia vel satisfactio ē medicina curās pctā pterita ꝛ a futuris p̄seruās: s pctā sine grā curari nō pūt. Cū g̃ q̄libet pctm̄ mortale grām auferat: ꝛ gratie ɔtrariet: sequit q̄ de vno nō pōt fieri penitētia vel satisfactio sine alio. Preterea penitētia debet eē talis ut offensā tollat ꝛ amiciciā restituat: sed q̄libet pctm̄ mortale nō tollit amiciciā sed impedit: ergo. ꝛc̄. Itē dei perfecta sunt opa Deutro. 2. sed pfectuꝫ est cui nihil deest. 2. phisicoꝝ. Cū igit remissio pctōrū sit opus misericordie dei ad pfectionē ei⁹ reqrit q̄ oia siml remittat: vn̄ Aug. in li⁰. de pnia ait: Quedā ipietas infidelitatis est: ab illo qui iustus ꝛ iusticia ē: dimidiā spare veniā. ¶ 2⁰. hoc idē pbat auctoritatibus. Ait eni Aug⁹. in li. de pnia: q̄d etiā habet in. 4. sen. dis. 15. ꝛ de pe. dis. 3. c. Sunt plures. sic. Sunt plures quos penitet peccasse: sed nō oio reseruātes sibi quedā in quib⁹ delectant: nō aduertētes dn̄m simul mutum ꝛ surdum a demonio liberasse: p qd̄ docet nos nūq̄ nisi de oibus sanari. Si eni vellet pctā ex pte reseruari: habētē septē demonia pficere potuit sex expulsis. Expulit aūt septeꝫ vt oia crimina sil eijciēda doceret. Legionem ꝙ demonū ab alio eijciēs nullū reliqt de oibus: q̄ liberatū possideret: ondēs q̄ si etiam pctā sint mille oportet de oib⁹ penitere. Hec ibi: vt pꝫ. Hoc idē pbat auctoritate Greg. de pe. dis. 3. c. pniam. vbi sic ait: Qui sic alia deplorat: vt iterū alia cōmittat: pniam adhuc agē aut igrat: aut dissilat: qd eni pdest si pctā qs luxurie defleat: ꝛ tn̄ adhuc auaricie estib⁹ hanelat. q. d. nihil. Itē auctate Isido. ibidē. §. irrisor. sic di. Irrisor est non penitēs: q̄ adhuc agit qd peniteat: nec videt deū poscere subditus: sed subsānare supbus Canis reuersus ad vomitum: est penitens reuersus ad peccatū. Multi lachrymas indesinenter fundunt. ꝛ peccare non desinunt. Nosdā accipere lachrymas ad penitentiā

erno: ⁊ effectū pnīe non habere: quia incon-
stantia mētis in recordatōe pcti lachrymas
fundūt: nec nō reuiuiscēte vsu ea q̄ ploraue-
rūt iterādo cōmittunt. hec ibi. Itē ꝓbat̄ au-
tione confirmeṫ ⁊ caro p ieiuniũ macereṫ:
maceratio autẽ carnis ẽ tẽperãtia: g̃ ⁊ ieiu-
niũ. Preterea ois motus vegetatiue ẽ vir-
tuosus ⁊ meritoriꝰ: ieiuniũ est huiusmõi: g̃
⁊c̃. ¶ Secũdo videṫ ꝙ sit actus qualitatis
quia Augꝰ de moribꝰ ecclesie. c. 28. sic ait.
Aia rõnalis est ĩmortalis atqꝫ terreno vtẽs
corpore: partim g̃ hoi: partim aĩe hois bene
facit qui proximũ diligit: qd̃ ad corpꝰ perti-
net medicina ẽ noĩata: qd̃ aũt ad aĩam disci-
plina: ⁊ medicinã voco quicq̇d oĩno nũc cor-
poris vel tuetur vel instaurat salutẽ. Medi-
cinã exhibere corpori opus est charitatis: ꝭ
per ieiuniũ exhibeṫ medicina: qꝛ ieiuniũ cuꝫ
reprimat inordinationes corruptorũ mem-
brorũ tueṫ ⁊ instaurat salutẽ corporis: ergo
ieiuniũ est actus charitatis. Preterea cuꝫ ie-
iuniũ est ratio obtinẽdi vitaꝫ eternã: ad vi-
tam aũt obtinendã sola mouet charitas pro-
prie loquẽdo: ergo videṫ ꝙ ieiuniũ sit motꝰ
charitatis. ¶ Tertio videtur ꝙ sit opꝰ iu-
sticie: quia satisfactio ẽ opus iusticie: ieiuni-
um autẽ est pars satisfactiõis: g̃ ⁊c̃. Postre-
mo videṫ ꝙ sit actus obediẽtie: qꝛ ieiunare ꝑ-
ceptum ẽ: ⁊ adimplere ꝑceptuꝫ ẽ obedientia
ergo ⁊c̃. ¶ Istas discordias cõcordat Alex.
de ales vbi. s. di. ꝙ ieiuniũ põt ꝯsiderari: vl
ꝭm subam actus vel ꝭm rõnẽ actus: siue ꝭm
ordinẽ eius ad finẽ. Et inquantũ huiusmõi
põt considerari: vel inquantũ bonũ: vel in-
quantũ debitũ: vel inquãtũ ꝑceptũ. Scd̃m
primã cõsiderationẽ. s. prout ꝯsideraṫ q̃tuꝫ
ad subam actus ẽ tꝑantie nõ solũ imꝑatiue:
sed etiaꝫ elicitiue: qꝛ oẽs virtutes q̃ regunt
nutritiuã ⁊ generatiuã sub tẽperantia redi-
gũtur. Scd̃m autẽ secũdaꝫ ꝯsiderationem
est actus charitatis nõ elicitiue ꝭ imꝑatiue:
vt probatũ est: quia p charitatẽ ieiuniũ or-
dinaṫ ad debituꝫ finẽ: ⁊ cũ charitate factuꝫ
bonũ ẽ. Scd̃m tertiã cõsiderationẽ ẽ actꝰ iu-
sticie etiã imꝑatiue inquãtũ in ipso subtrahi-
tur aliq̇d delectabile illi q̇ delectabilibꝰ imo-
derate ihesit, ꝓut hꝫ rõnẽ satisfaciẽdi ꝓ pctõ
quia hoc debitũ est. Scd̃m quartã cõsidera-
tionẽ ẽ actus obedientie: ⁊ hoc ẽ etiã itelle-
ctiue: qꝛ ieiuniũ ꝑceptum est: ⁊ qui obseruat
preceptũ obedit vt dictuꝫ est. Ieiuna g̃ aia
mea: quia bonũ ẽ ieiuniũ virtuosũ ⁊ actus
pluriũ virtutũ. Ieiuna dño: qꝛ ieiuniuꝫ est
actꝰ tꝑantie: p quaꝫ libidines refrenanṫ: vt
Augꝰ li. ꝑ. de libe. arbi. c. 14. ait. Tempan-

sia est affectio cohercēs ⁊ cohibens appetitū ab his rebus que turpit̄ appetūtur. Item ibi dem ait. Temperantia est virt⁹ q̄ libidines cohibet: ꝓpter quā etiam mala cōsuetudo vincit̄: ⁊ demones expellunt̄. Unde idē Aug⁹ li.6. musice. c.14. ait. Temperantia ē actō ex q̄ sese oīs opitulante deo ⁊ dn̄o suo ab amore inferioris pulchritudinis extrahēs atq̄ debellans atq̄ interficiēs aduersus se militantem cōsuetudinē suā: ⁊ ea victoria triūphata i semetipsam de ptātibus aeris huius q̄bus inuidentibus ⁊ ipedire ⁊ ꝓpedire cupientib⁹ euolat ad suā stabilitatē ⁊ firmamētū dn̄i. Hec ille. Propter quā etiā exuit̄ hō vetus: ⁊ iō renouat̄: corꝑalia contēnunt̄: ⁊ inuisibilia diligunt̄. Unde Aug⁹ in li. de morib⁹ eccl'ie. c.20. ait. Omne officiū tꝑantie est exuere veterē hominē ⁊ in deo renouari. i. contēnere oēs mūdanas corporeas illecebras: laudēq̄ popularē totūq̄ amorē ad inuisibilia ⁊ diuina cōferre. Hec ibi. Ieiuna dico: q2 ieiuniū est actus charitatis si debite fiat: p quā ꝯformamur deo. Unū Aug. li. de morib⁹ ecclesie c.14. ait. Per charitatē fit: vt cōformemur deo: ⁊ ex eo cōformati atq̄ cōsignati ⁊ circūcisi ab hoc mūdo nō ꝯfundamur cū his que nobis debēt eē subiecta. Hec ille. Per quam adimplent̄ oīa mādata. Aug. in tracta. d laudibus charitatis. Totā latitudinē ⁊ magnitudinē diuinorū eloquiorum possidet charitas: qua deū proximūq̄ diligim⁹ docet nos eam celestis mgr̄ ⁊ dicit. Diliges dn̄m deum tuū ⁊c̄. In his eni duobus ꝓceptis tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Hec ibi. Propt̄ quā oīs operatio reddit̄ vtilis. Unde Aug⁹ in li. de cateticādis rudibus. Tūc vere ē opus bonum cū a charitate iacta‹t› agētis intētio: ⁊ tanq̄ ad locū suū rediēs: tandē in charitate requiescit. Hec ibi. Ideo sine ipsa cetera oīa frustra habētur. Unde sup Jo. sermone. 9. idē Aug⁹ ait. Tanta est charitas q̄ si deest frustra habent̄ cetera. Si ꝟo adest: recte habētur oīa. Et sup ꝑma Cantica Jo. Omel'. 5. idē ait. Quicq̄d habeas: charitatē solū non habeas: nihil prodest tibi. Alia si nō habeas hanc habe: ⁊ iplesti legē. Hec ibi. Sine ipsa etiā aīa mortua ē. Unde Augusti. sup Jo. sermone. 9. Sicut corpus sine anima mortuum est: sic aīa sine charitare mortua reputabitur. Hec ibi. Ipsa est āt q̄ opit multitudinem peccatorū. Prouer. 10. Jaco. vlti. ꝑ. Pe. 4. j. q. j. c. multe. 23. q. 4. ipsa pietas. de pe. di. 3. in tantū. extra de baptismo. c. maiores. Ipsa est etiā finis preceptorū. j. ad Thimo. j. de pe. di. 2. c. charitas est. Ieiuna item dico: quia per ieiunium acquires iusticiā que est sup oīa diligenda. Unde Aug⁹ in epistola ad Anastasi. ⁊ ē. 84. ait. Justicia sic amāda ē vt ab eius operibus etiā pene corporis nos prohibere nō debeāt. Et i li. 13. de ciui. dei sic ait. Justicia non sic diligit̄ vt peccati cupiditas eius delectatione vincat̄: vt autem diligatur ⁊ delectet ipsa iusticia: nō nisi diuina subuenit gratia. Hec ille. Ieiuna insup dico: quia etiā ieiunium est actus obediētie: que melior ē q̄ victime. j. Reg. 15. Propter quā pax acquirit̄. Prouer. 13. Qui timet preceptū in pace versabit̄ ꝓpter quā aīa custodit̄. Prouer. 19. Qui custodit mandatū custodit aīam suā. ꝓpter quā victoria acquiritur. Prouer. 21. Uir obediēs loquet̄ victorias. ꝓpter quam ab iniquitate discedit̄. Ecclesiasti. 35. Salutare sacrificiū est attendere mandatis ⁊ discedere ab omni iniquitate propt̄ quā semen multiplicatur. Gene. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes: quia obedisti voci mee. propter quam benedictio acquiritur et maledictio fugatur. Deutro. xi. En propono vobis hodie in conspectu vestro benedictionem ⁊ maledictionē. Benedictionē si obedieritis mādatis meis Maledictionem si non audieritis mandata dei vestri. propter quam vita eterna acquiritur. Math. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Ad quam ille nos perducat qui sine fine viuit et regnat: in secu. seculo. amē.

¶ Feria quarta cinerū de sacra ieiunij institutione Sermo. 38.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Scribuntur hec verba Math. 6. c. ⁊ in euangelio occurrentis ferie. Saluator nost̄ fratres charissimi docet nos q̄lit̄ i ꝯspcū ei⁹ ambulare debeamus: vt ei soli placeamus qui absconditorum est cognitor: et solus intuetur

cor. Unde postꝙ in supioribus dixit Mat. 5. Attēdite ne iusticiā vestrā faciatis corā hoībus: prosequit̄ in spāli de iusticia ieiunij docēs: ⁊ in occurrenti euangelio prout ab ecclesia in ꝑncipio huius sacratissime quadragesime institutū ē di. Cū ie. no. fi. si. hy. tri. Non enī dixit. Nolite fieri tristes: sed nolite fieri sicut hy. Hypocrisis enī dicit̄ ſm Nicho. de lira ab hypo qḋ est sub ⁊ crisis aurū quasi sub auro. i. sub honestate exterioris cōuersationis habet abscōditū plūbū falsitat̄. Tristicia enī penitētialis contritionis ⁊ sensualis mortificatiōis a virtute redūdās: nō aūt a corrupta intētiōe manās ē res scā ⁊ optima: al's nō bene diceret̄ de christo. Tristis est aīa mea vsq3 ad mortē. Math. 26. Aū 2. Chori. 7. dicit̄. Que ſm deuz tristicia: penitentiā ⁊ salutē stabilē operatur. Seculi aūt tristicia mortē opatur. ⁊ iō dicit. Noli. fi. si hy. qui nō sunt tristes: sed apparēt: ideo sequit̄. Extermināt enī facies suas. Nā ſm Chri. Extermiare hic sumit̄ pro demoliri: demolit̄ enī hypocrita vt tristiciā simulet: ⁊ aīo forte letātē luctū gestet in vultu. Sciendū tñ ꝙ hypocrite in suis austeritatibꝰ et abstinētijs interiꝰ habēt tristiciā ꝯriaz delectationi virtutū ⁊ gaudio spūs scī: qꝛ ipi nō faciūt illa ex perfecto habitu virtutis ⁊ charitatis ſ solū ex amore glīe inanis. Et iō nō sūt eis ꝓpꝛ̄ se placita. Exteriꝰ ṽo assumūt falsaz imaginē tristicie ꝓtendētis grandem macerationē ⁊ cōquassationē vt videant̄ sibi austeri: ⁊ lōga ⁊ aspera ieiunia obseruasse. Itē nota ſm Chriso. ꝙ si is q̇ ieiunat ⁊ tristē se simulat hypocrita ē: quāto magis iniquior ē ille qui ñ ieiunat ⁊ tñ ieiunātē ⁊ afflictū se simulat. Reliquas ṽo partes euāgelij cā breuitatis ad alia loca declarādas dimittamus. Postq̄ ṽo in supioribus de diffinitione ⁊ dignitate ieiunij vidimꝰ in principio huius quadragesime ad ieiuniū ⁊ abstinentiā institute: restat merito vt ipsius institutionē apiamus. Circa quā tres facienꝰ cōsiderationes: quarū Prima dicet̄ institutionis ieiunij necessitas. Secūda dicitur institutionis ieiunij tpalitas. Tertia dicit̄ institutionis ieiunij singularitas.

¶ Pars huius sermonis prima in qua declaratur quantū fuerit ieiunij institutio necessaria.

PRimo circa institutionis ieiunij necessitatē ponit̄ ista cōclusio ſ3 Alexande ales vbi supra. ꝙ post trāsgressionē primorū parentū necessaria fuit institutio ieiunij. Que tribꝰ rōnibus probat̄. Primo sic: post transgressionē ꝑcepti facti a primo homine totū humanū genus reū factū est: sed ꝑ que q̇s peccat: ꝑ hec ⁊ pūiet̄. Sap. ij. Cū igit̄ peccauerit petō gule ⁊ comestionis debuit fieri preceptuz in penā siue satisfactionis transgressionis eius de nō comedēdo siue de ieiunādo. ¶ Secūdo sic: ratione curationis: quia in carne quedaz corruptio inclinans ad malū: ergo cōueniebat vt hūano generi prouideret̄ quatenꝰ posset ab huiusmodi corruptione cauere: sed si aliq̇d debuit institui per quod huiusmōi īclinatiuū reprimat̄ nihil fuit magis cōpetēs q̄ ieiuniū quia sanat pestes corporis ſm hiero: ꝯ 7c. ¶ Tertio probat̄ sic rōne reuocatiōs: quia cōueniebat vt homini prouideret̄ quatenus ad patriā propriā rediret siue reuocaret̄: sed sicut ꝑ cibū abiectus erat a paradiso: ita necesse fuit vt institueret̄ ieiuniū per quod reuocaret̄ ad paradisuz. Hinc est qḋ ait Aug. li. j. cōtra iulianū. Egrotauimus ꝑ peccatuz sanemur ꝑ penitētiaz: penitētia ṽo sine ieiunio vacua est. Maledicta terra spinas ⁊ tribulos germinat: cōtristari ordinatus es nūquid deliciari? quia ñ ieiunauimꝰ decidimꝰ a ꝑadiso: ieiunemꝰ ergo vt redeamꝰ ad euz. hec ibi. ¶ Sed ꝯtra ꝑdicta arguit̄ etiā tribus modis siue rationibꝰ. Primo ab auctoritate Aug. ꝯtra Julianū qui ait. ꝙ ieiuniū fuit institutū in ꝑadiso: qꝛ ibi hō accepit mādatū ne de ligno scie boni ⁊ mali comederet ergo nō debuit iteratū institui. Ad hoc rūdetur ꝙ si aliquo mō ibi fuit institutū: nihilominꝰ ieiuniū de q̇ intēdimꝰ hic debuit etiā institui: qꝛ inquantū fuit ibi institutuz fuit mere disciplinabile: vñ nō fuit bonū: nisi qꝛ indictū: modo nō fuit pure disciplinabile: ſ etiā morale. Et iō dicit Aug. i trac. de arbore inſ dicta sermōe. 2. Nō inꝙ frēs ꝓmium nō pugnāti dat̄: aut que corona nō dimicāti aut que sine conflictu victoria? Audi aplm ore diuino loquentem. Nō co. ni. q̇ leg. cer. Adā nō certauit nec certamine cuz diabolo dimicauit: ſ ad vnā suggestionē ꝓmiū immortalitatis amisit: victus est qui nō pugnauit:

succubuit voluntati nō necessitati. Ex q̄ pꝫ
ꝙ nō fuit datū p̄ceptū abstinētie ade: nisi vt
haberet cām ꝓliandi ⁊ sic merēdi. Nobis āt
datū est ne ꝓliando deijciamur. ¶ 2° argui
tur sic. Ieiuniū est idē ꝙ abstinētia: abstinē
tia est spēs vel act⁹ sobrietatis: sobrietas vel
spēs ei⁹ siue actus nō instituit̄ nec institui de
bet: q2 a lege nature ꝑsuadet̄: g̊ nec ieiuniū.
Ad hoc rn̄det̄: ꝙ sobrietas duplicem elicit
actū. s. actū necessitatis ⁊ superrogationis.
Actū necessitatis q̄ attēdit̄ in debita mēsu
ra circa cibū ⁊ potū vt i his nō excedat̄: ⁊ h̄
est quodāmodo ieiunare. Actū etiā dic̄ su
pererogationis: vt ꝙ abstineat a tali cibo ⁊
tali tēpore ⁊ vsqꝫ ad talē horā. Primuꝫ di
ctat nā ad quā oēs tenemur nec debet istitui
ab alio. Secūdū est ab istitutiōe ad quā nō
tenemur oēs nisi ꝓut requirit oportunitas
tēporis ⁊ ieiuniū ꝓut est act⁹ ⁊ ille debuit in
stitui: ut patet rōnib⁹ ꝓbabitis. ¶ 3° argui
tur sic. Ecclīa debet se cōformare quātū pōt
actib⁹ ⁊ opibus diuis. vn̄ dictuꝫ est Moysi
ecclesie typū gerēti. Exo. 25. Inspice ⁊ fac
sc̄m exēplar qd̄ tibi monstratū est. Sꝫ cū in
ter p̄cepta moralia sint quedā ꝓhibitiones
q̄ respiciūt actū generatiue: vt non mecha
beris: nō cōcupisces vxorē. ⁊c̄. tn̄ non sūt ali
que que respiciāt actū nutritiue: vt patet di
scurrēdo ꝑ singula: g̊ de ieiunio nō debuit eē
institutio. Ad hoc rn̄det̄ ꝙ p̄cepta moralia
nō sunt data nisi ad ordinationē homis ad
deū ⁊ ꝓximū: ⁊ q2 cohibitio act⁹ gnātiue or
dinat hoiēꝫ ad ꝓximū. nutritiue vō ad seipsū
iō nō oportꝫ ꝙ int̄ moralia sit aliqd̄ p̄ceptū
ꝑtinens ad actū nutritiue sicut generatiue:
q̄uis inter disciplinaria possit esse. Vel pōt
dici ꝙ p̄cepta moralia sūt de his tm̄ que di
ctat nā tāq̄ necessaria. Disciplinaria vō sc̄
etiā de his q̄ nō dictat nā tāq̄ necessaria: sꝫ
tāq̄ vtilia ⁊ expediētia ⁊ q̄si quodāmodo su
pererogationis. Et iō p̄ceptuꝫ disciplinale
ad pl⁹ se extēdit q̄ morale: ⁊ iō pōt eē expres
sa institutio disciplinalis d̾ aliq̄ circa qd̄ nō
est p̄ceptū morale exp̄ssū: ⁊ sic nō est simile.
¶ Sꝫ hic orit̄ vnū dubiū q̄re cum sint tres
ꝑtes satisfactiōis: orō. s. elemosyna ⁊ ieiuniū
nō ē aliqua institutio gnāliter facta oib⁹ de
elemosyna ⁊ orōne. sicut de ieiunio. Ad hoc
rn̄det̄ sc̄m Alexm̄ de ales. ꝙ licꝫ aliq̄ dicant
ꝙ nō est silē de ieiunio elemosyna ⁊ orone:

q2 hō nō peccauit pctō cui rn̄deat elemosyna
vl̄ orō sicut cui rn̄det ieiuniū. Aū pōt rn̄de
ri ꝑ int̄p̄retationē negādo ꝙ nō sit instituta
orō vl̄ elemosyna. Nā orō ē instituta ⁊ indi
cta: q2 p̄ceptū ē vt fideles i solēnitatib⁹ debe
ant cōuenire ad ecclīaꝫ vt orēt ⁊ vacēt spiri
tualib⁹ opib⁹. Elemosyna fuit instituta i le
ge moysi. vn̄ dictū fuit Deut. 15. c. Oio indi
gēs ⁊ mēdic⁹ nō erit int̄ vos ⁊ multa alia de
q̄b⁹ dicet̄ infra de elemosyna. Et etiā i lege
euāgelica isinuatiue vtpote: vbi dn̄s mani
festat vt elemosyna valeat ad satisfactioneꝫ
Luc. xi. di. Qd̄ supest date elemosynā: ⁊ ec
ce oīa mūda sūt vobis. Et etiā qd̄ erit iudi
ciū vētilādū opib⁹ pietatis. Math. 25. Et
etiā vbi dn̄s ostn̄dit ꝙ erogationē elemosyna
rū valere ad coopationē status ꝑfectionis.
Math. 19. Si vis ꝑfect⁹ eē vade ⁊ vē. oia q̄
hā. ⁊ da pau. Et sic pꝫ pars p̄ma h⁹ s̄monis

Pars sermonis secūda i qua declarat̄ q̄ i
tēpore ieiuniū fuit institutū.

Secūdo circa institutōis ieiunij tēpo
ralitatē ponit̄ ista p̄ma cōclusio sc̄m
Alex. de ales vbi. s. ꝙ ieiuniū cōue
niēter ē institutū in lege grē. Que sic ꝓbat̄
Lex grē ē ꝑfecta i q̄ cōfert̄ grā ⁊ medicina
ꝯ morbū. Est etiā lex q̄ purgat pctā ⁊ p̄ser
uat a futuris: ⁊ ꝓbāt̄ ista ꝑ Augm̄ in li° de
vera inocentia. 32. c. di. Qui dedit legē ipse
dedit ⁊ grām: h̄ legē ꝑ scriptū misit cū grā. i.
in lege grē ipse descēdit: vt q2 lex. s. antiqua
ostn̄dit pctā nec cogit nolētes suis iurib⁹ exeq̄
nec valētes cogūt̄ ad grām q̄ ⁊ ipossibilitat̄
morbū ⁊ iobediētie aufert reatuꝫ. Et i libro
qōnū noui ⁊ veteris testa. q. 102. idē ait. Sē
per dn̄s ꝑ totā legē pctōres ad se cōuerti hor
tat̄ nolēs op⁹ suū ꝑditioni esse obnoxiū: cuꝫ
nec alia cā date legis sit: q̄ exhortari hoīes
vt cōuertāt̄ ad veritatē: ita tn̄ vt i nouo te
stamēto auctor legis clemētior videat̄: q2 tē
pore q̄ sacr̄m filij seu dn̄i nr̄i māifestare di
gnat⁹ ē largior ⁊ vberior i mīa esse voluit:
vt pl⁹ gēs p̄dicāte filio esset q̄ p̄dicātib⁹ ser
uis fuerat: sicut dignū fuerat vt maiora do
na ꝑ filiū q̄ ꝑ famulos largirent̄. Itē ibidē
ait: Noua lex plenitudinē hꝫ misericordie:
sed ne cōtēptu diceret̄ ab amatorib⁹ pctōrū
aliquos iudicauit: vet⁹ vō lex q̄ q̄ ad vindi
ctā data eēt: aliq̄b⁹ tn̄ ignouit ne oīo crude
lis diceret̄: h̄ in plures vindicauit: q2 sens⁹

ei⁹ ad vlciscēdū pmpt⁹ ē. Sic igit̄ maioꝛ grā
noue legis q̄ fuit veteris. Hec ille. Cū igit̄ ie
iuniū sit medicamētū ꝯ̄ moꝛbū ꝛ purgatiuū
ꝯ̄ pctis ꝑpetratis ꝛ ꝓseruatiuū ꝯ̄ pctā ꝑpetrā
da: ꝯueniebat q̄ istitueret̄ potissime tpe grē
qn̄ cōueniebat talē medicinā exhiberi. Nā p
ieiuniū ꝫm Ysidoꝝ i li° de offic. Psternūt̄
vitia: caro humiliat̄: diaboli tētamēta vincūt̄
q̄ sūt effect⁹ legis grē. Nō si ꝯ̄ dicat̄ sic: tri/
plex ē lex. s. nāe scripture ꝛ grē q̄ ē lex liberta
tis ꝛ lenitat̄. s. lex grē: ꝫ i lege nāe nō fuit ob
seruatū h⁹ modi ieiuniū nec istitutū: nec silr̄
i lege scp̄ta: ḡ mlto mi n⁹ i lege grē debuit isti
tui. Ad h rn̄det̄ q̄ lex euāgelica lex dr̄ libta
tis ꝛ lenitat̄ n̄ q2 nō p̄cipiat aliq̄d austeritat̄
ꝫ q2 interi⁹ vnctionē leticie. iux̄ illud ps̄ Bo
nū mihi lex oꝛis tui ꝛc̄. Et q2 ex amoꝛe fit q̄d
p̄cipit: iō nō ē graue: q2 amāti nihil difficile
vn̄ Aug⁹ de vera inocētia. z6. c. ait plenitu/
do legis ē charitas: q2 p charitatē iplet̄ lex n̄
p timoꝛē. In tātū eni fiūt mandata iusticie
quātuꝫ adiuuat spūs grē. Preterea si dicat̄ i
lingua sūt duo opa nāe. s. locutio ꝛ gust⁹: ꝛ
frequēti⁹ peccam⁹ p locutōēꝫ q̄ p gustū ꝫ n̄ ē
istitutū ab eccl̄a silētiū gnāle: imo sp ē bonū
loq̄ licita ꝛ honesta: ḡ n̄ debuit istitui ieiuniū
gnāle. Ad h rn̄det̄ q̄ n̄ ē silr̄ q̄ magis sum⁹
ꝓni ad loquendū q̄ ad comedēdū: iō nō sic
potuit lex euāgelica regulare hoies i locutōē
sicut i comestiōē: nec sine dispēdijs mult̄ pos/
set seruari ieiuniū locutiōis sicut comestiōis
eo q̄ hoies opoꝛtet insil̄ negociari. ¶ Sꝫ h
oꝛit̄ vnū dubiū si ꝓ iustis istitutū ē ieiuniū:
q2 Aug⁹. de libero arbitrio ait. Nos q̄ etne
legi erāt subditi nō erat ꝯueniens tpali legi
subiacere: iusti āt et̄ne legi subiacēt: nō ḡ de/
bēt tpali subiacē: ḡ vr̄ q̄ eccl̄ia hui⁹ modi ie
iuniū istituē nō debuit q̄tū ad istos. Rn̄dit
ad hoc Alex. de al̄. q̄ ieiuniū ꝓdeēt etiā iust̄
q2 null⁹ ē ita hon⁹ qn̄ possit fieri melioꝛ ꝛ pos
sit ꝓficere. Et q̄d dicit Aug⁹. q̄ iusti nō sūt
nisi sub lege et̄na: loq̄t̄ de iustis q̄ iā sūt i pa
tria. De iustis vo q̄ sūt i via: q̄re abstinē de/
beāt docet idē Aug⁹ i li° de fi. ad Petꝝ pte
i. ca. x. di. Q̄m i reb⁹ licitis ꝛ a deo ꝯcessis fre
quēt̄ pctā hoib⁹ surrepūt: ꝛ quāto magis fa
ciliorib⁹ cibis coꝛp⁹ iplet̄: ꝛ carnalib⁹ coꝛ ho
mis actib⁹ atq̄ affectib⁹ īplicat̄: tāto frequē
tioꝛ culpa i hac moꝛtalitate ꝯ̄hit̄: ꝓpterea hūi
les hui xp̄i q̄ cupiūt dn̄o suo sine ipedimento
absq̄ ꝫ ai noxia occupatōē huire ꝯuiuia oino
nō appetūt: a vino ꝛ a carnib⁹ abstinent: q̄
coꝛpis valitudo ꝑmittit. Et i eodē li° pte z°
c. z9. ait. Firmissime tene bonā eē oēm crea
turā dei: ꝛ nihil reijciēdū q̄d cū grāꝝ actōne
ꝑcipit̄: ꝛ dei seruos q̄ a carnib⁹ ꝛ a vino se ab
stinēt: nō tā q̄ imunda que a deo facta sunt
respuere: sed a foꝛtioꝛib⁹ cibo ꝛ potu ꝓ sola
coꝛpis castigatiōē abstinere. Hec ille. Et sic
patet pars secūda hui⁹ sermonis.

Pars z° hui⁹ sermonis de singularitate
ieiunij xl° q̄tuoꝛ tēpoꝝ ꝛ vigiliaꝝ.

Tertio vidēdū ē de singularitate isti
tutiōis ieiunij q̄dragesime q̄tuoꝛ tē
poꝝ ꝛ vigiliarū. ¶ Primo ḡ videndū est d
singularitate ieiunij quadragesimalis. de q̄
habet̄ de cōse. dis. 5. c. Quadragesima sum/
ma obseruatōē ē obseruanda vt ieiuniū pre/
ter dies dominicos qui de abstinentia sub/
tracti sūt nisi q̄tū ipedierit ifirmitas nulla/
ten⁹ soluat̄: q2 ipsi dies decime sūt anni. Hec
ibi. Hoc idē hēt̄ ex de obs. ieiu. p totū. ꝛ de cō
se. dis. z. c. Non liceat 5° feria frēs nouissime
septimane ieiuniū soluere: ꝛ oēm exonerare
q̄dragesimā ꝫ sincere abstinētes totā q̄dra/
gesimā ꝑire. Et i. c. seq. dr̄. Nō opoꝛtet in
xl° 5. feria vltime hebdōe ieiuniū dissolui: et
totā q̄dragesimā inhonoꝛare. Et escis absti/
nētie ꝯuenientib⁹. i. arctioꝛibus vti. Hec ibi
¶ Sup p̄dicta mouēt̄ tria dubia. Primū
ē si fuit ꝯueniēs ieiuniū istitui ad exercēduꝫ
tꝑib⁹ certis ꝛ determinat̄: vt pꝫ i p̄dict̄ sta/
tutis an ad exercendū sp. Rn̄det̄ ꝫm Alex.
q̄ ieiuniū debuit istitui int̄polatū n̄ ꝯtinuū:
det̄minatū nō ꝑpetuū ꝓpt̄ tria. Primo ꝓ/
pter hūane ifirmitat̄ debilitatē q2 cōtinuū
ieiuniū ꝛ ꝑpetuū debilitans homo sustinere
nō posset ꝛ illū discrimi exponēt. z° ꝓpt̄ fa/
stidij cōtinui afflictionē: q2 fastidij afflictio
nimis fatigaret ꝛ impatientiam induceret.
3° ꝓpt̄ deuotōis necessarie ānihilationē: q2
deuotio ieiunandi ꝑiret: ꝛ multi ieiunare di
mitterēt. Nō si dicat̄ si debem⁹ dn̄m imita/
ri q̄tū possum⁹ tūc debem⁹ ieiunare ꝯtinuo
q̄draginta dieb⁹ sine iterpolatiōē: tā dn̄icis
dieb⁹ q̄ alijs sicut fecit dn̄s. Rn̄deo q̄ i die/
b⁹ maloꝝ nō debem⁹ eē imēoꝛes bonoꝝ: vn̄
cū mēoꝛia passionis xp̄i debem⁹ mēoꝛari re/
surrectiōis ei⁹: iō rōne ei⁹ die dn̄ico nō ieiu/
nam⁹ ꝛ sic pꝫ p̄mū ꝓpositū. ¶ zm q̄ circa p̄
dicta q̄rit̄ q̄re ieiuniū institutū ē illo tpe i q̄
nunc exercet̄. s. tpe veris. Rn̄det̄ ꝫm Alex.

ꝟbi.ꝫ.⁊ btꝰ Tho.i.4.diſ.15.ar.3.q.3.Q̄ð tpe ꝟris ꝯueniēti9 aſſumit̄ ⁊ ieiuniū exercet̄ ꝑpt̄ tria. Primo ꝑpter cōcupiſcētie repſſionē: q2 i vere maxie iſurgūt ⁊ iualeſcūt motus carnales ⁊ cōcupiſcētie: ⁊ maxie i gnātiua: ſicut etiā i alijs aīalib9: ⁊ h̄ accidit ꝑpt̄ q̄litatē hui9 tpis. Eſt eni ꝟr calidū ⁊ hūidū qð maxime vi gnātiue ꝯuenit. Et iō illo tpe ieiuniū ad iſtos mot9 repmēdos īſtitutū eſt Pretea dicit ph̄s. Q̄ð i viris magis dn̄at̄ icētiuū carnis i hyeme ⁊ i femis i eſtate. Cū igit̄ ieiuniū ipediat incētiuū carnis: ꝟbuit indici in tpe coicante ⁊ cōiūcto tpe incentiui vtriuſq; ſex9.ſ.in ꝟre. 2°. inſtitutū ē tali tēpoꝛe ꝑpter diuine grē̄ ſuſceptionē: q2 nobis ieiuniū int̄ alia cōpetit vt ad ſuſcipiendā diuinā grām̄ p̄paremur. ⁊ q2 ſacramenta diue grē̄ circa feſtū paſche ſpecialiter ꝑponūt̄: maxime coio coꝛpis: ⁊ ideo imediate an̄ ſolēnitatē paſchalē ieiuniū q̄dragesime iplet̄. 3°. ꝑpt̄ eterne glīe adeptionē. Sicut eni xp̄s ꝑr ſuā paſſionē ad gloꝛiā reſurrectionis ꝑuenit: ſic nos ꝑ ieiunia ⁊ alias pn̄ias ꝑuenim9 ad gloriā eterne btitudinis. vn̄ Iſo.li°6.eth7 aīt. Obſeruatio quadrageſime in vniuerſo oꝛbe inſtitutiōe aplīca obſeruat̄ circa cōfiniū dominice paſſionis: ſed hec fuit facta i ꝟre ḡ ⁊ nos ieiunare ꝟbem9 in ꝟre. Q̄ð ſi ꝯ dicat̄: Ieiuniū inſtitutū ē i cōfoꝛmationē ieiunio xp̄i: ſꝫ xp̄s ieiunauit xl°. dieb9 ⁊ xl°. noctibus imediate p9 epiphiam Math.4. ḡ ieiuniuꝫ xl°. tūc ꝟbuit inſtitui. R̄ndet̄ ꝙ bn̄ cōgruit ꝙ fideles ſint ꝯfoꝛmes ieiunio xp̄i ſꝫm ꝙ cōgruit fragilitati nr̄e: nō tn̄ oio maxime ꝙtū ad ritū tpis: q2 tenebāt̄ mediāte ieiunio p̄parare ſe vt digni eēnt iuxta fragilitatē hūanā ad coꝛp9 xp̄i ſuſcipiēdū i paſchate: vt dictū ē. ¶ 3m qð circa p̄dicta q̄rit̄ ē. Si ꝯueniēt̄ ē inſtitutū ieiuniū xl°. dieꝝ. R̄ndet̄ ſꝫm Tho. 22.q.147.ar.5.ꝙ ſic trib9 rōnib9. Primo rōne obligatiōis: q2 ſicut ſubditi tenēt̄ dn̄is dare tributa. Math.22. Reddite q̄ ſūt ceſa. Ita etiā ꝟo ⁊ ſacerdotib9 loco ꝟi decimas in ſignū recognitōis vniuerſalis dn̄ij: vt dicit Inno.3.c.tua nobis. ex̄ ꝟ decimis. Et ſicut ꝟbem9 ꝟcimā aliaꝝ rerū: ita ⁊ tēpoꝛis ſꝫm Gre.in p̄dicto.c.q̄drageſima. Cum igit̄ dies toti9 āni ſint.ccc.lxv. decima pars dierū ſunt xxxvj. ſed vt ipleat̄ nūer9 quem ſaluatoꝛ noſter ſuo ſacro ieiunio cōſecrauit

iiij. addunt̄ ⁊ fiunt q̄draginta: q̄ ꝑpter.40. dies rōnabiliter ieiunant̄. Secūdo rōne ſatiſfactionis: q2 ſicut coꝛp9 nr̄m conſtat quatuoꝛ elemētis: ⁊ coꝛpe peccauim9 circa decalogū: ita dignū ē vt totiens peniteam9 quotiēs peccauim9: peccauim9 terra ꝑ auariciā: aqua ꝑ bonoꝛū opeꝝ toꝛpentiā: igne ꝑ luxuriā: aerē ꝑ laſciuiā ꝑ ſereni aeris blandimenta: tēp9 ꝑdēdo ꝑ vicos ⁊ agros ſolaciādo: et choꝛeas ſiliaq; ꝟo odioſa eūdo ⁊ faciendo. Dignū ē ḡ vt ſatiſfaciam9 ꝑ q̄draginta dieꝝ pn̄iam qui ꝯtra ꝟcalogū quater peccauim9. Tertio rōne figurationis: q2 numer9 ille p̄figurat9 in lege ꝟteris edictōe in q̄ Moyſes bis ieiunauit xl°. diebus ⁊ xl°. noctib9. Exo. 24. et Deut°.9. Fuit etiā p̄figurat9 in tēpoꝛe ꝑphetic: in ieiunio Helie.ſ.in figura moꝛtis quā interp̄tauit ſibi Iecabel.3.Reg.19. et poſtea fuit a xp̄o exercitatus q̄ veritas eſt Math.4. Et iō ſicut filij iſrl̄ fecerunt.40. māſiones qn̄ venerūt ꝟ egypto ad t̄rā pꝛomiſſionis: ita ⁊ nos trāſeūdo ad refectioneꝫ ſp̄ualē q̄ eſt fluēs lacte ⁊ melle: debemus xl°. dieb9 ieiunare. ¶ Sꝫ hic oꝛit̄ vnū dubium: q̄re cū i q̄drageſima dieb9 dn̄icis nō ieiunet̄ abſtinet̄ i illis a carnib9 ⁊ lacticinijs. R̄ndeo ꝙ ex quo nō cōgruit ꝙ ieiunem9 dn̄icis diebus rōne exultationis vl̄ ſolēnitatis reſurrectiōis Ieſu xp̄i: cōgruit tn̄ vt abſtineam9 a carnibus ⁊ lacticinijs: vt ieiuniū noſtruꝫ ſit cōfoꝛme ieiunio xp̄i inꝙtū cōuenit. ¶ 2°. videndū eſt ꝟ ſingularitate inſtitutiōis ieiunij q̄tuoꝛ tēpoꝛū. ꝟ ꝯ.76.diſ.c.ieiuniū ait Calixt9 papa. Ieiuniū qð ter i āno apud nos celebꝛare didiciſtis ꝯueniēti9 ꝑ q̄tuoꝛ tpa fieri ꝟcreuim9 ⁊ ſic ān9 ꝑ q̄tuoꝛ āni tpa voluit̄ ſic ⁊ nos quaternū ſolēne agam9 ieiuniū ꝑr q̄tuoꝛ anni tēpoꝛa. Et in.c.ſtatuim9 ait Urban9 papa. Statuim9 ⁊ ut ieiunia q̄tuoꝛ tēpoꝝ hoc oꝛdine celebꝛent̄. Primū ieiuniū i ieiunio xl°. 2m in hebdō̄a penth̄. 3m ſeptēbꝛi. 4m ꝟo decembꝛi moꝛe ſolito fiat. Hec ibi. Ponūt̄ tres cōcluſiōes. Prima ē ſꝫm Alex. de al. ꝙ ieiunia quatuoꝛ tēpoꝝ fuerūt inſtituta ad purgationem offenſaꝝ cōmiſſarū in q̄tuoꝛ quadris anni: ⁊ propter hoc dicūt̄ ieiunia quatuoꝛ tēpoꝝ. 2a. ꝯcluſio ē ꝙ p̄dictuꝫ ieiuniū q̄libet vice t̄minat̄ trib9 dieb9 tū ꝑpt̄ numerū menſiū qui cōpetit cuilibet tēpoꝛi: tum ꝑpter numeꝝ ſanctoꝝ oꝛdinū qui i his

tēporibus cōferunt: qui solū tres sunt. Ad quorū susceptionē oportet p ieiuniū pparari ꝛ eos qui ordināt ꝛ q̄ ordinādi sunt: ꝛ totū pplm p cui⁹ vtilitate ordinant. hec scōm Tho. vbi. s. Tertia cōclusio ē ꝙ ieiuniū q̄tuor tēporū ſm Alex. de ales cōueniēter celebrat q̄rta ꝛ sexta feria ꝛ sabbato: q2 ipsa q̄ fiunt ad expiationē nostrarū offensarū celebrant quodā respectu hūano ad passionē domini qua oīs pnia habet q̄d ē pctōrū purgatiua: vnde quarta feria incipit ieiuniū illud q2 tunc iudei moliebant xp̄i pditionē: sexta feria pp̄ter xp̄i crucifixionē ꝛ mortē: in sabbato q2 tunc quieuit i sepulchro. Et sic patz q̄d dicendū sit de ieiunio q̄tuor tēpoꝝ. ¶ 3º videndū ē de singularitate ieiunij vigiliaꝝ aliquarū solēnitatū: de quo nihil ē aliud dicendū nisi ꝙ introductū ē ob dei reuerentiā ꝛ matris ꝛ ceteroꝝ sanctorū: vt fructuosius dies illoꝝ scōꝝ cum deuotione celebrari possit: vt ait hiero. de transmissis muneribus. Conclusionalit̄ ergo dicendū est ꝙ institutū est ab ecclesia ieiunari p totā quadragesimā exceptis dieb⁹ dn̄icis: vt patet in caplis p̄allegatis. Clericis aūt quibuscūq3 iniūctū est ieiuniū incipe a q̄nq̄gesima sicut pz di. 4. c. statuimus. ꝛ c. deniq3. sed cōsiliū est ſm glo. Secūdo q̄tuor anni tpib⁹: vt pz etiam in p̄allegatis caplis. Tertio in oīb⁹ vigilijs apostoloꝝ Philippi ꝛ Jacobi Joānis euāgeliste ꝛ Barnabe exceptis. ex̄ d̄ obserua. ie. c. cōsiliū. Quarto i vigilia natiuitat̄ dn̄ice q̄ natiuitas si venerit feria sexta illi q̄ nec voto nec regula abstinētia carniū sūt astricti tali die carnib⁹ vti pn̄t ſm ꝯsuetudinē ecclesie generalē: nec tn̄ hi rep̄hendēdi sunt q̄ ab eis ob deuotionē volūt abstinere. extra d̄ obserua. ie. c. explicari. Quinto in vigilia penthecos. vt no. 76. dis. c. necessario. 6º in vigilia assūptionis gl'iose v̄ginis. extra de obser. ieiu. c. i. Septimo i vigilia bti Jo. bap. sancti laurētij. ꝛ omniū sanctoꝝ. ꝛ hoc de ꝯsuetudine approbata que ligat. sicut patz di. i. c. cōsuetudo. ꝛ dis. xi. c. eccl'iarū. ꝛ c. in his. 8º in vigilia Bartholomei vt patet i dicto c. cōsiliū. 9º pōt addi ꝙ debitum est ieiuniū ſm cōsuetudinē p̄rie approbatā: q2 talis cōsuetudo obligat vt p̄dictū est: si in aliq̄ regione siue diocesi sit aliq̄ d̄ ieiuniū cōsuetū: q̄d xsi p ius scriptū nō sit p̄ceptū: nihilominus ab exn̄tib⁹ ibi obſuādū ē. x.º i trib⁹ dieb⁹ rogatōnū an̄ dn̄i ascēsionē ieiunādū ē de cōse. dis. 3. c. rogationis. Sed vt ibidem glo. ait: Consiliū ē: vbi tamē est approbata cōsuetudo ieiunādū est p equalentiā sub p̄cepto: sicut ex p̄cedētib⁹ patet. Cōcordat cum hoc Hosti. xiº ieiunia ab ep̄is indicta obseruāda sunt de cōse. dis. 3. c. i. ꝛ dis. 5. c. ieiunia. 12º aūt ieiuniū aduent⁹ si ē in patria de ꝯsuetudine est p̄ceptū aliter nō ſm Host. in. dcō. c. consiliū. Licet honestū sit ꝙ ieiunēt clerici ꝛ maxime p̄sbri. Similiter est de ꝯsilio ieiunare feria 4.ª ꝛ 6.ª ꝛ sabbato. de cōse. di. 3. c. ieiunia. ꝛ c. sabbato. In oīb⁹ aūt vigilijs scōrū q̄ secūda feria veniūt in sabbo p̄cedenti ieiunādū est: vt i p̄dicto. c. cōsiliū. ꝛ. c. aiaduertendū ex pte. ꝙ obseruare. Ergo aia mea ieiuna: q2 necessariū est ieiuniū ꝛ in hoc potissimū tpe ordinatū. Et cū ieiunat̄ nolite fieri sicut hypo. tri. vt in illa beata celoꝝ patria mercedē ppetuā recipiatis i scl'a scl'oꝝ Amē

¶ Feria quinta post cineres de ieiunij obligatione per legem nature scripture ꝛ gratie

Sermo. 39⁹.

Sanatus est puer i illa hora. Scribūtur hec verba Math. 8. Lactācij firmissima sententia ē in. 4º diuinaꝝ insti. frēs charissimi ꝙ hoīes exempla malūt q̄ verba. Idcirco i hodierno euāgelio pponit hūilitatis exēplū de centurione: q̄ ex hūilitate sua cū audisset ꝙ iesus itroisset capharnaū: q2 gētilis erat posit⁹ a romanis ad custodiā illi⁹ ciuitat̄: n̄ venit ad Jesū i ppria psona: reputās se indignū ad hoc ipetrandū. s. curationē filij sui paralytici: s̄ misit ad eū p̄ncipes iudeoꝝ: vt hēt Lu. 7. vt facili⁹ ipetraret: Et q2 hoc q̄d p amicos facim⁹ p nos quodāmō facere dicimur. iuxta illā regulā iur. Qui p aliū facit: p seipsū facere vr. Et iō dr̄ i pn̄ti euāgelio p Math. Accessit ad eū centurio. s. p nūcios ſm Nicho. de lira. Iste igit̄ q̄ dr̄ centurio: q2 habebat cētū hoīes sub se: auditis miraculis xp̄i firmit̄ credidit ꝙ poterat sanare seruū ei⁹ q̄ erat ei valde charus ſm Lucā. Ideo de ei⁹ sanatiōe erat valde sollicit⁹. Jesus āt sciēs fidē ei⁹ ꝛ deuotionē r̄ndit ei p internūciū di.

Ego veniā ⁊ curabo eū. Cū aūt eēt ī via mi
sit ei nuncios obuiā vt dicit Lucas dī. Dn̄e
nō sū dign⁹ vt intres sub tectū meū. ⁊c. vbi
ōndit̄ magna cēturionis hūilitas ⁊ fides:
q2 firmiter credebat q2 solo verbo seruū suū
absens curare poteat. ꝓpter qᵒ subdit̄: Nā ⁊
ego hō sū sub ꝑtāte cōstitut⁹. ⁊c. q. d. ḡ tu q̇
nō es subdit⁹ alicui potestati potes p̄cipe in
firmitati ⁊ eā eijcere: ⁊ sic solo verbo seruū
meū curare. Quib⁹ dictis dixit Jesus centu
rioni: vade sicut credidisti fiat tibi ⁊ sanat⁹ ē
puer in illa hora. Hūiliem⁹ ḡ aīas nostras
ī ieiunio: vt sanationē aīe ⁊ corpis possim⁹
īpetrare. De q̄ postq̄ in sermōe p̄cedēti eius
institutionē descripsim⁹. In p̄ntiar ei⁹ obli
gationē apiam⁹: ⁊ q̄lit̄ ieiuniū in triplici le
ge ē nobis necessariū describam⁹. Primo in
lege nature. Secundo ī lege scripture. Ter
tio in lege gratie.

Pars prima vbi declarat̄ ieiuniū fuisse
necessariū in lege nature.

p Rimo declarādū ē q̄ triplici lege ma
xime in lege nāe ieiuniū fuisse neces
sariū ꝺm Ric. in. 4. di. 15. ar. 3. q. 3. Et Tho
ibidē ar. 1. q. 4. ⁊. 22. q. 147. ar. 3. Tali rōe
ꝺm p̄ceptū iuris nālis sūt nobis illa necessa
ria q̄ faciūt ad ꝑfectū ꝟtutis ⁊ ad vitationē
pcti ꝫ ieiuniū ē h⁹ modi: ḡ necessariū est ꝺm
p̄ceptū iur nālis tātā abstinētiā exhibē car
ni ne spūi rebellet: ꝫ poti⁹ vt spūs corpi dn̄et̄
⁊ sal⁹ corpis cōseruet̄: ⁊ multo magis aīe sa
nitas cōsequat̄. Nā ⁊ si tēporalia mēsurā
accipiūt ex cōseruatōe salutis corpis: multo
mag̃ ex ꝯseruatione salutis spūalis. Qᵒ āt
p abstinētiā p̄dicta ꝯsequant̄ ꝓbat̄ triplici
doctrina. ¶ Primo doctrina ph̄oꝝ moraliū
⁊ hoc p opatōnē sui ꝯtrarij: q2 q̄t modis ha
bet fieri vnū oppositoꝝ: tot hab3 fieri ⁊ reli
quū. 4ᵒ. topicoꝝ ⁊ qᵒ ꝯsiderat vnū opposito
rū cōsiderat ⁊ reliquū posterioꝝ p̄ ⁊ 2ᵒ. ꝺ aīa
q2 ꝯtrarioꝝ eadē ē disciplina. p̄. topi. 9. me
thaphisice. 8. q. 1. c. sciēdū. ⁊. ff. ꝺ his q̄ sr̄ sui
vel alie. iur. l. i. ī p̄n. vbi sic dr̄. Cognito q̄s
sit sui iuris cognoscit̄ q̄s ⁊ alieni. Et etiā ha
bet̄ institu. eo. ti. in p̄n. ⁊. ff. q̄ satisdare coga.
l. sciēdū. ī fine. Et iō cognito malo ꝓcedēte
ex voluptate gule cognoscit̄ bonū abstinen
tie. Nam voluptas gule ꝺm ph̄os morales
tria mala inducit. Primo mētis obnubilati
onē. vn̄ Tulli⁹ ī li. paradoxarū dicit. Cū tibi
de⁹ vel nat̄ oīū3 nā dederit aīū3 quo nihil ē
p̄stāti⁹: nihil diuini⁹: sic te ꝓijcies ipse aut ꝓ
sternes vt nihil int̄ te ⁊ pecudē interesse putes
voluptas quo maior ē eo magis aīū3 a sede
sua ⁊ statu dimouet. Hec ille. Et ī li. de sene
ctute. Impedit cōsiliū voluptas rōnis īimi
ca ac mētis oculos ꝑstringit: nec habet vllū
cū ꝟtute cōmerciū. 2ᵒ. īducit bonoꝝ ⁊ ꝟtu
tū corruptionē. Vn̄ Archita tarētin⁹ dicit.
Nulla pestis capitalior q̄ corpis voluptas
cui⁹ auide libidines temere ⁊ effrenate ad se
ponēdū īcitant̄. hinc p̄rie ꝓditōes: hinc rerū
publicaꝝ euersiones. Nullū deniq̄ scel⁹: nul
lū deniq̄ facin⁹ ē: ad qᵒ suscipiēdū nō libido
voluptat̄ īpellat. Hec ille. Et Tulli⁹ ī liᵒ de
senectute Archita tarentin⁹ cū ei⁹ sermoni
plato atheniēsis interesset. Nullā capitaliorē
pestē q̄ voluptatē corpis dicebat hominibus
a nā datā. Cūq̄ nihil mēte p̄stabili⁹ dedis
set hoī deus: huic diuino muneri nihil tā īimi
cū eēt q̄ voluptatē. Qᵒ vt magis intelligi
posset fingebat aīo tāta īcitatū aliquē corpis
voluptate: quāta ꝑcipi posset maxima: ne
mini cēsebat fore dubiū q̄n tā diu ita gaude
ret nihil agitare mēte: nihil rōe: nihil cogi
tatōe conseq̄ posset. Hec ille. 3ᵒ. īducit vitio
rū fedationē. vn̄ Macrobi⁹ ī li. saturnaliū
Ea q̄ sunt actu ⁊ gustu voluptas ē: eosq̄ ma
xime q̄ se his duab⁹ dederūt voluptatib⁹: in
continētes ⁊ intēꝑantes dicim⁹: istas solas
duas vidim⁹ hoibus cōmunes eē cū beluis.
Et idcirco ī pecudū ferarūq̄ numero habe
tur q̄sq̄s his voluptatib⁹ occupat⁹ ē. Hec ille
Et Lactā. ī li. de falsa sapia. Voluptas ē q̄
a cūctis appetit̄ ꝫ honestū nō habet: ⁊ satie
tatē aufert: ⁊ nimia nocet: ⁊ ꝓcessu ei⁹ etas
minuit̄: ⁊ multis nō cōtingit: nō est igit̄ sū
mū bonū. Hec ille. Et ī liᵒ. de vero cultu ide3
ait. Illecebre voluptatū arma sūt illi⁹ cuius
vnū corp⁹ ē pugnare ꝟtutē. Scit eni q2 mor
tis fabricatrix ē voluptas. hec ille. Et Boe
ti⁹ 2ᵒ. de cōso. Felix nimiū prior etas cōtēta fi
delib⁹ aruis. Nec inerti ꝑdita luxu faciliq3
solebat ieiunia soluē glande: nec bacchica
munera norat liq̄do ꝯfundere melle. Pau
cis minimisq̄ reb⁹ nā cōtēta ē: cui⁹ satietatē
si supfluis vrgere velis aut iniocūdū fiet qᵒ
infuderis: aut noxiū. Et Seneca li. de b̄n̄fi
ciis. Voluptas fragilis ē: ⁊ breuis fastidio
obiecta: q̄ auidi⁹ hausta ē citi⁹ ī cōtrariū re

cedēs: cū subiectū necesse ē vt aut peniteat:
aut pudeat. Hec ille. ¶ 2º idē pbat doctri-
na poetarū ⁊ hoc est ꝑ locū a ↄ̄rio sensu: qꝛ
C. de furtis. l. manifestissimi. de ↄtrarijs he
regule dant. idē habet. ff. de pcuratorib⁹. l.
pomponi⁹. §. sed ⁊ his q̇. institu. de tutel. in
ꝑn. Cū igit vitiū gule sit maxime nociuū
hoi: ꝫ abstinētia ē ei valde vtilis. Sꝫ ꝙ vi-
tiū gule sit hoi nociuū pbat pdicta doctri-
na triplicit. Primo rōne insatiabilitatꝭ. vñ
Lucan⁹ in. 4º ait. O pdiga rerū luxuries:
nūꝙ̄ ꝑuo cōtēta patu. Et q̄sitoꝝ terra pela-
go ꝙ ciboꝝ. Ambitiosa fames ⁊ laute glīa
mēse. Discite ꝙ̄ ꝑuo liceat pducere vitā. Et
ꝙ̄tū nā petat nō erigit egros. Nobilis igno
to diffusus cōsule bachus. Non auro myr-
rhave bibit gēmaꝗ bibūt ħ gurgite puro
Vita reddit satis ē ꝑplis fluui⁹ ꝙ ceresꝗ. ħ
ille. 2º rōne infidelitatꝭ. vñ Enodi⁹ ait. Li-
bertas ꝑ studijs reserat honestis. Nulla fi-
des letis itegra nec dubijs. Amplector san-
ctas q̄ dāt bona semina fraudes. Post cul-
pas aie sūt holocauste dei. 3º rōne grauitatꝭ
vñ Gofred⁹ i poetria dicit. Q̄ñ dape refic|
dapib⁹ nō sis ita plen⁹. Ut nihil apponi ne-
queat ampli⁹. Esto refect⁹ plus semipleno
pleno min⁹ ingere ventri. Nō quātū possis
sed quātū psit. Hec ille. ¶ 3º idē pbat do-
ctrina ⁊ exēplo gētiliū apud q̄s abstinentia
fuit cōmēdabilis trib⁹ rōnib⁹. Prio rōe exē-
plaritatꝭ. vñ Valeri⁹ maxim⁹ li. 2º ait. Fuit
antiquo ꝑ illa simplicitas in cibo capiēdo hu-
manitatꝭ sil ⁊ cōtinētie index certissima. Nā
maximis viris prādere ⁊ cenare in ppatulo
nō erat verecūdie: qꝛ nec illas epulas hēbāt
quos oculis ꝑpli sui subijcere erubescerent.
Vini etiā vsus olim romanis femis ignot⁹
fuit: ne. s. i aliqđ dedec⁹ collaberent: qm̄ a li-
bero p̄re ad i ↄcessā venerē facil extat grad⁹.
Et Ageli⁹ li. i. noctiū acticaꝝ ait. Parsimo-
nia apđ romanos vetes ⁊ vict⁹ atꝗ cenaꝝ te-
nuitas nō domestica solū obſuatōe ac disci-
plina ħ publica aiaduersiōe legūꝗ structio-
nib⁹ custodita ē. 2º rōe libertatꝭ. vñ Orati⁹ i
li. epl̄aꝝ ait. Forte ꝑ angustā tenuis vulpecu-
la ianuā. Reptat i camerā frumēti pastaꝗ
rursus. Ire fcō foras: pleno tēdebat pectore
frustra. Cui mustela pcul si vis ait fugere
istinc. Macra canū repetes aditū q̄ macra

petisti. Hec ille. Et ideo narrat Valeri⁹ ꝙ
rex Philipp⁹ ex cibi nimietate ac pot⁹ factus
temulētus ex hoc imemor iudicij subito ⁊ i-
aduertēter mulierē iniuste dānauit: q̄ dixit
se appellare ad Philippū: sꝫ sobriū. Rex āt
excussa crapula ⁊ cā diligēti⁹ inspecta sniaꝫ
reuocauit. 3º rōne humanitatis. vñ Ouidi⁹
li. 15. metamorph. Parcite morales: dapib⁹
temerare nephādis. Corpa sūt fruges sem-
per deducētia ramos Pōdere poma suo: tu-
midæꝗ i vitib⁹ vue. Sūt herbe dulces sūtqꝫ
mitescere flaua. Molliriꝗ queant necno-
bis lacte⁹ humor. Eripit nec mella thimi re-
dolētia flore. Prodiga diuitias alimētaqꝫ
tellus. Suggerit atꝗ epulas sine cede ⁊ san-
guine ꝑ̄bet. Quippe equus ⁊ pecudes armē-
taꝗ germine viuūt. At q̇bus geniꝫ est im-
mansuetūꝗ ferū. Armenie tigres iracūdi-
ꝗ leones. Cūꝗ lupis vrsi dapib⁹ cum san-
guine gaudēt. Heu quātū scel⁹ est in viscere
viscera cōdi. Cōgestūꝗ aridū pinguescere
corpe corpus. Alteriusꝗ aiaꝫ animātis mi-
sere leto. Hec ille. In q̇bus verbis Pitago-
ras suadebat scholarib⁹ suis abstinētiā assi-
gnando plures rōnes. Prima qꝛ terra hoc
edocebat pducendo varias herbas: poma ⁊
fruct⁹ omni tēpore anni. 2ª qꝛ aialia mitia
vt equus: pec⁹: bos: ⁊ asellus nō comedunt
carnes: aialia ꝓo ferocia sic. 3ª qꝛ in prima
etate aurea hoies nō comedebāt: sed solum
illud qđ terra pducebat ⁊ arbores. 4ª quia
aialia cetera nō ledunt bñfactores suos: hō
ꝓo facit oppositū: qꝛ oues q̄ lanā: lac: caseuꝫ
fimū: ⁊ boues q̇ coriū prestant: ipse hō ma-
ctat ⁊ manducat. 5ª ꝙ quādo vn⁹ homo mo-
rit: aia corpus alicuius aialis ingredit ſm
sua demerita: ideo comedēdo carnes illius
aialis comedit patrē aut filiū: licꝫ hoc nō sit
verū: tñ hoc finxit vt hoies abstinerēt a sup-
fluis cibis ⁊ sūptuose paratis. Q̄ō si ↄ̄ hoc
arguat sic. Nulla virt⁹ excludit aliā: sꝫ ab-
stinētia excludit patientiā ⁊ humilitatē: vñ
Grego. in pastorali abstinētia mētes absti-
nētiū plerūqꝫ excutit a sinu tranq̇llitatis: et
cogitationes abstinentiū nō nūꝙ̄ superbie
culpa trāffigit. Hec ille. ergo abstinētia nō
est virt⁹ illa de qua predicta sūt recitata. Re-
spōdet ꝙ illa vitia ſm Tho. s. impatiētia ⁊
superbia pueniūt ex abstinentia put non ē

ꝭm rectã rõnẽ: q2 abstinẽt ia ꝭm rectã rõnẽ facta facit abstinere cum hylaritate mentis z propter dei gloriã z nõ ꝓpter gloriã homi nũ z maxime suã. Preterea si dicat Aug9. in omel. de igne purgatorij dicit dis. 25. §. alias. Quotiẽs aliquid in cibo aut potu pl9 accipit ꝙ necesse est ad minima pctã nouerit ꝑtinere quotiẽs cũ sit corpore san9 alijs ieiunantib9 prandere voluerit: ergo nõ est peccatũ mortale nõ ieiunare. Rñdet ꝙ Aug9. loquit de gula ꝓut importat inordinationẽ cõcupiscentie ꝭm ea solum que sũt ad finem vtpote quia nimis cõcupiscit delectationes ciborũ: nõ tamen ꝓpter hoc faceret aliquid cõtra legem dei z sic est veniale. Si vero paratus esset ꝯtra preceptũ dei agere vt huiusmodi delectationes assequeret: esset pctm̃ mortale. Conclude ergo ꝙ ꝓpter legez naturalẽ obligamur ieiunare ieiunio abstinẽtie eo modo quo dictuz est. Et sic patet pars ꝑma huius sermonis.

¶ Pars secunda hui9 ꝭmonis vbi declarat ieiuniũ fuisse necessariũ i lege scripture.

SEcũdo videam9 quõ ieiuniũ fuit necessariũ in lege scripture. Qd̃ ꝓbat triplici doctrĩa. s. mosayca historica z ꝓphetica. ¶ Primo doctrina mosayca. Primo q2 voluit dñs nr̃os ꝑmos parentes nõ oĩ cibo vti in paradiso: sed ab aliquo abstinere: vt ex abstinentia ampli9 mererẽtur Geñ. 3. Nã z Moyses ieiunauit z post abstinentiã legẽ accepit a dño. Exo. 24. Etiã sicut ieiuniũ in lege Moysi multuz inuenit ad salutẽ ꝓfuisse: ita z vitiũ gule nocuisse. Nam quia popul9 dei cepit manducare z bibere postea surrexerũt ludere z vitulũ adorare. Exo. 32. Et quia popul9 flagrauit esu carniũ imisit eis deus coturnices: z cum adhuc forẽt esce in ore ipsoꝝ ira dei ascẽdit sup illos. s. pestilentia que cõsumpsit magnã ꝑtẽ multitudinis Nume. xj. ¶ 2°. idẽ probatur doctrina historica sic. Maledictus q̊ comederit panẽ vsq3 ad vesperã. i. Reg. 14. Ieiunauim9 z rogauimus deũ z euenit nobis ꝓspere. Et ideo Iosaphat rex iuda victoriaz habuit: quia ieiunauit ipse z alijs ieiuniũ indixit. Et post ieiuniũ z fletũ vicerũt filij isrl. Sed sic himite inter epulas z pocula maledicebãt abimelech. ¶ 3°. idem ꝓbat doctrina ꝓphetica sic discurrẽdo. Aie esuriẽti amara dulcia videntur q̃ prius nolebat. Iob. 6. Humiliabã in ieiunio aiam meã. ps. 34. Mel inuenisti: comede qd̃ sufficit tibi: ne forte saturat9 euomas illud. Prouer. 26. Btã terra cui9 nobilis rex ẽ z cui9 ꝑncipes comedunt i tẽpore suo. s. ad reficiẽdũ nõ ad luxuriã. Ecclesiastici. x. Sobrietatẽ z prudentiã docet z vtutẽ z iusticiã: q̊b9 nihil vtili9 est i hac vita hoibus. Sapie. 8. Initiũ vite hois aqua z panis. Eccle. 29. Utere q̃si hõ frugib9 q̃ tibi apponũt. Eccle. 31. Nõne hoc est magnũ ieiuniũ qd̃ elegi: dissolue colligationes ĩpietatis solue fasciculos deprimentes. Esa. 58. Tenta nos obsecro ꝭuos tuos dieb9 decẽ: z dent nobis legumina ad vescendũ z aqua ad bibẽdũ: z cõtẽplare vult9 nr̃os. Daniel. i. Panẽ desiderabilẽ nõ comedi z caro z vinũ nõ introierũt i os meũ: s3 neq3 vnguẽto vnctus sum donec cõplerent triũ hebdomadarũ dies. Dañ. x. Scificate ieiuniũ: vocate cetũ: cõgregate senes z oẽs habitatores t̃re in domo dei vr̃i: z clamate ad deũ vestrum. Iohel. i. Cõuertimi ad me i toto corde vr̃o in ieiunio z plãctu z fletu. Iohel. 2. Cũ ieiunaretis z plãgeritis in. 5. z. 7°. ꝑ hos septuaginta ãnos nunq̊d ieiuniũ ieiunastis mihi: id est ꝓpter me. q. d. nõ. Zach. 7. Multi de pplo isrl elegerũt magis mori ꝙ cibis coinq̊narĩ. i. Macha. i. Et sic patet pars secunda hui9 sermõis.

¶ Pars t̃tia hui9 sermonis vbi declaratur ieiuniũ fuisse necessariũ in lege grẽ.

TErtio vero videndũ ẽ ieiuniũ fuisse necessariũ i lege grẽ. Qd̃ silr ꝓbat triplici doctrina. Primo doctrina euãgelica z apl̃ica sic. Esca aũt ei9 erat cib9 locuste z mel siluestre. Math. 3. Non i solo pane viuit homo. Math. 4. Hoc genus demonioꝝ. s. supbia z luxuria: nõ eijcit nisi in orõne z ieiunio. Math. 17. Esuriẽtes iple. bo. z di. di. inanes. Luc. i. Btĩ qui nũc esuritis: q2 saturabi. Luc. 6. Qui in carne sũt que carnis sunt sapiunt: q̊ vero in spiritu que sunt spũs: prudentia carnis mors est. Ro. 8. debitores sum9 nõ carni: vt ꝭm carnẽ viuamus. si eni ꝭm eã vixeritis moriemi. ibidẽ. Obsecro vos ꝑ misericordiã dei vt exhibeatis corpora vestra hostiaz viuentẽ. zc̃. Ro. 12.

Abijciam⁹ opa tenebrarū ⁊ idu. ar. lu. sic vt
in die ho. ambulem⁹ nō in cōmessationib⁹ ⁊
ebrietatib⁹. Ro. iz. Spū ambulate ⁊ deside
ria carnis nō pficietis. Gal. 5. Juuenes hor-
tare vt sobrij sint ⁊ i oib⁹ pbe te exemplū ho
norū. Tyti. z. Epulati estis sup terrā: ⁊ in
luxurijs nutristis corda vr̄a in die occisionis
adduxistis: ecce iudex añ ianuā assistit. Ja.
cobi. 5. Charissimi obsecro vos tanq̄ adue-
nas ⁊ pegrinos abstinere a carnalib⁹ deside
rijs q̄ militant aduersus aīam. i. Pe. z. Hi
sūt i epulis suis macule cōuiuātes sine timo
re semetipsos pascētes: ⁊ infra q̄b⁹ pcella te
nebrarū i eternū saluata ē. Jude. z. ¶ Idē z°
pbat doctrina canonica ⁊ autētica: quia vt
pz in pcedēti cōsideratōe. Statuit ecclīa qñ
⁊ quō ieiunare debem⁹: sed statutū ecclesie
obligat p modū pcepti sicut pceptuz dei: q̄z
dñs dixit Luc. x. Qui vos audit me audit:
ergo obligamur saltē ieiunare tpib⁹ ab ecclesia
statutis: de q̄b⁹ dictū ē. s. Preterea si tpl's noue
legis ad maiora obligat q̄ tpl's veteris legis
fm illud Math. 5. Nisi abundauerit iusti
cia vr̄a. ⁊c. g̃ oino obligamur ad ieiuniū sta
tutū ab ecclīa cū in lege veteri eēt ieiuniū in
pcepto. Hinc ē q̄ ait Hiero. de cōse. dis. 5. c.
nō dico hebdōas: nō dico ieiunia duplicata: s̄
saltē singulis dieb⁹ vsq̄ cibor̄ luxuria trāsi-
gam⁹. Et. c. coīa. dicit Ambro. Cōtraria
dine ɔdictiōis pcepta medicine sūt q̄ a ieiu-
nio reuocāt: lucubrare nec sinūt: ab oī intē-
tiōe meditatiōis abducūt. Itaq̄ q̄ se medici
nis dederit seipsum sibi abnegat. Hec ibi.
¶ Ad maiorē tñ pdictor̄ euidētiā nō de ie
iunio tres distinctōes. Prima ē q̄z aliud ē ie
iuniū volūtatis ⁊ aliud necessitatis. Jeiuniū
eni voluntatis est qō hō sponte obseruat: ⁊ tñ
sine vllo pctō obmittit. Jeiuniū aūt neces-
sitatis ē ad qō hō vel ex pcepto tenet: ⁊ preci
pue xl.ᵉ qō nulla necessitate vl' rōnabili cau-
sa obstāte ē obseruādū: ⁊ adeo stricte ē obs
uādū vt q̄ vnū diē fregerit bis comedendo
totā q̄dragesimā videat violasse siue ī bono
rasse. vñ Ambro. in smone de xl.ᵃ Qui ɔsti
tut⁹ numer̄ vna die mādu cādo pterit: nō vt
vni⁹ diei violator accusat: sed vt toti⁹. xl.ᵉ
trāsgressor arguit. ¶ z.ᵃ distinctio. Quod
aliud est ieiuniū nāe ⁊ aliud ieiuniū ecclesie
Nā ieiuniū nāe dr̄ ieiuniū ieiunij qō reqrit
ad eucharistie susceptionē: vñ per vnicā co-

mestionē vel potationē soluit. Jeiuniū aūt
ecclīe. i. qō ab ecclīa institutū ē dr̄ ieiuniū ie
iunātis: ⁊ illud non soluit p cibaria licita ⁊
horā ordinatā: s̄ solū p ea q̄ ecclīa iterdicit.
Et iō licz aq̄ soluat ieiuniū nature: nō tamē
soluit ieiuniū ecclīe. hoc fm Tho. in. 4. dis.
15. ar. i. q. 4. ¶ 3.ᵃ distinctio ē q̄z aliud ē ieiu
niū meroris ⁊ aliud exultationis. Jeiuniuz
aūt meroris dr̄ illud qō agit cū pctōr̄ ama-
ritudine vl' pñtis miserie. Jeiuniū aūt exul
tatiōis ē qō ex iocunditate spūali abstrahit
a carnalib⁹: q̄z gustato spū desipit oīs caro ⁊
hoc ieiunio ieiunāt filij sponsi fm Tho. vbi
s. ar. z. q. z. in solutōe z. argumēti. ¶ 3. idē
pbat doctrina politica siue tribus rōnibus
Primo rōne accomodatiōis q̄z caro ē p ab-
stinētiā castiganda. Nā corp⁹ tradit aīe ad
bonū op⁹ faciēdū ad modū comodati: quod
differt a pcario: q̄z pcariū est qō habētes tā
diu teneāt q̄diu is q̄ cōcessit patit. ff. de pca
rio. l. i. Sz comodatū dr̄ ad certū vsum: vt
comodo tibi scalā vt pōnas fenestrā. Siliter
comodo tibi equū vt eū ducas ad villā: q̄ si
vteris ad aliū vsū teneris de casu fortuito.
ff. comodati. l. i reb⁹. Sic aīa hz corp⁹ sibi a
deo comodatū ad vsū bonorū oper̄ vt huiat
deo. Si g̃ illud ducit ad pugnā ɔ deū totum
pdit. iō apl's ⁊ multi alij ne corpus pderent
⁊ aīam: carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ cō
cupiscētijs. ad Gal. 5. z.° rōne cōmēdatiōis
Nā ppter bonā famā cōseruādā sp ē absti-
nēdū ab illicitis ⁊ qñq̄ a licitis ne op⁹ qō il-
licitū ē fiat in alteri⁹ dānū vl' piudiciū: quia
lex dicit: q̄ si puilegiū alicui sit a pncipe con
cessū q̄ possit edificare in loco publico: hoc
tñ facere nō debet in alteri⁹ piudiciū: q̄z non
debet psumi q̄ pnceps sic puilegiū cōcesserit:
vt. ff. ne q̄d in loco publico vel itinere fiat. l.
ptor ait. §. merito. l. si q̄s a pncipe. huic con-
cordat lex dina i quā btō Paulo ɔcessū erat
puilegiū a suo pncipe deo q̄ carnes comedē
poterat sicut ⁊ alij apl'i Luc. x. Edētes ⁊ bi-
bentes q̄ apud illos sūt: nec tñ isto puilegio
vti voluit in aliorū piudiciū vel scandalum
vt pz. i. Chor. 8. vbi ipse dicit. Si esca scā-
dalizat frēm meū nō mādu cabo carnes i eternū
Hinc ē q̄ si q̄s hui⁹modi opa facit ignoran-
ter p q̄ aliquos scandalizat qñ hoc pcipit vl'
debet se sufficiēter excusare vel cessare: sicut
patet p legē allegatā. §. ibidem vbi dr̄. q̄ si

ificiū meū alteri obstet qđ in loco publico
ificat̄ ē cessandū. Sic in ꝓposito: q2 teste
ło. z. Abi. 3. Oportet testimoniū bonuꝫ
abere ab his q̄ foris sūt: vt nō in obprobriū
cidāt ⁊ in laqueū diaboli. Tertio rōne cu
ōditiōis. Quia sicut via publica sic debet
stodiri ⁊ ꝯseruari vt nihil ponat̄ in ea qđ
fendat aliquē: ⁊ si positū fuerit tollat̄. ff. ne
l in loco publico vł itinere fiat. l. z. §. hoc
terdictū. 7. §. ait p̄tor. Sic sensus qui sūt
a ad cor p abstinētiā custodiēdi sūt ne dia
olus ponat petrā in eis ⁊ p̄cipue sensus gu
us: ne sicut serpēs seduxit Euā malicia sua
a corrūpant̄ sensus nr̄i: in q̄ tentatiōe gu-
oēs sensus corrupti fuerūt. Ieiunemꝰ g̃
ttātā obligationē expedire possimꝰ ꝑ quā
presenti grām mereamur: ⁊ gloriā in fu-
uro. Amen.

Feria sexta post Cineres de ieiunij modi-
catiōe. Quō. s. fieri debeat: vt sit deo gratū
Sermo trigesimusnonꝰ.

Attēdite ne iusticiā v̄ram faciatꝪ corā hoibꝰ vt videami ab eis. Matth. 6. Philosophi s̄nia ē in 2º Ethi. frēs cha rissimi ꝙ bonū contingit no mō malū autē omnifariā: q2 ad hoc ꝙ ctꝰ humanꝰ sit bonꝰ requirit̄ bonitas gene- s ⁊ circūstātiarū: s; reddit̄ malꝰ ex quolibet efectu istoꝝ: ⁊ iō non sufficit ꝙ actio sit bo a de genere: s; req̄rit̄ ꝙ fiat recta intētiōe. Nā bonitas finis ē circūstātia p̄ncipalis. Et leo opꝰ q̄ntūcūq; bonū in gn̄e: si fiat inanis lorie intētiōe reddit̄ malū: ꝓpter qđ salua or nr̄ in v̄bis p̄assūptis dicit in gn̄ali. At- édite. i. diligēter ꝯsiderate ne. iu. v. fa. c. ho- minibꝰ vt vi. ab eis. i. nō iusti reputemi ab is: s; nec vt appareat gl̄iosi qđ intelligit̄ qn̄ cilicet in hoc ponit̄ vltimꝰ finis: ita ꝙ in eo onsistit finalis intētio. Si. n. vteret̄ hūana ctimatiōe ⁊ apparētia solū ad dei honorez illoꝝ edificationē: tūc esset opꝰ scm̄ ⁊ inten io scā ⁊ recta. Et iō ad hoc inuēdū christꝰ ixit: vt videami ab eis: q2 sūt quidā qui fa- iūt iusticiā. c. ho. nō vt ipsi videāt̄ ab eis: s; pa videāt̄ ⁊ glorificet̄ deꝰ a q̄ p̄ncipaliter manāt. Et iō seq̄t̄ in sp̄ali docēdo vanam loriā vitare in tribꝰ generibꝰ bonoꝝ operū

ad q̄ oīa alia quodāmodo reducūt̄. s. in ele-
mosyna de q̄ dicit̄ in isto euāgelio. Cū facis
elemosynā no. an̄. te. tu. ca. ⁊c̄. In oratione
infra in p̄ncipio. 6. c. Matth. vi. Cum ora
tis nō eritis sicut hypo. In ieiunio ꝑo eo.
c. vi. Cū ieiunatis nolite ⁊c̄. Et in ꝓphetia
occurrentis fer. Esaie. 58. vbi dicit̄. Nolite
ieiunare sicut vsq; ad hanc diē vt audiat̄ in
excelso clamor vester ⁊c̄. In q̄bꝰ ōn̄dit̄ quale
debeat eē ieiuniū vt sit deo gratū. Quapro
pter cū insuꝑioribꝰ visū sit de ieiunij institu
tione ⁊ obligatiōe merito restat vt nūc tra-
ctemꝰ de ieiunij modificatiōe ⁊ qualificatio
ne. s. q̄liter debeat fieri vt sit deo gratū ⁊ me
ritoriū. Nā debet eē tribꝰ q̄litatibꝰ circūstā-
tiatū. Primo dꝫ fieri sine crapula ⁊ gulosi-
tate. Scđo sine pctōꝝ ꝑmixtiōe. Tertio cū
elemosyna ⁊ bona operatiōe.

Pars p̄ma vbi declarat̄ euidētiꝰ. Qđ ie-
iuniū dꝫ fieri sine crapula ⁊ gulositate.

felix christiane qui ꝑ tres annos sine ꝯfessio-
ne fuisti. Quis dispēsauit tecum? Quare nō
es cōfessus? Et statim dicēt. Ego nō fui cō-
fessus ꝓpter luxuriā: alius ꝓpter auariciā?
alius ꝓpter discordiā: ergo cū his dispensat
diabolꝰ. Sic dispensauit cū illa iuuene que
cōmiserat incestū cum fratre carnali: q̇d pec
catū ipsa nūq̄ cōfessauit: sed in eo mortua
est: ⁊ post mortē apparuit fratri suo de statu
sororis sue scire desideranti ligata cathena
ferrea ab illo demone qui cū ea dispensaue-
rat in cōfessione: dicēs ei ꝓpter peccatū tecū
contractū ⁊ a me nō cōfessum sic crudeliter
sum ligata: ⁊ eternaliter dānata. Quod exē-
plū audiui predicari a beato Alberto Sar-
tinensi ordinis minorū multis hominū mi-
libus in ciuitate nostra mediolani. Cū lu-
xuriosis igitur dispensat diabolus luxurie.
Cū auaris diabolus auaricie. Cū odiosis
diabolꝰ rixarū ⁊ discordie. O iniqua cōdi-
tio christianorū. O pertinacia dānabilissi-
ma. O venenata synagoga inferni. Cur cō-
tēnitis salutem nostrā. Cōfitemini ⁊ agite
penitentiā: q2 ꝯfessio instituta ē in remediū
salutis nostre: q2 liberat a pena eterna et in-
ducit ad gloriā infinitā in se. se. Amen.

Feria tertia post tertiā dominicā in qua-
dragesima. De preparatione confessionis.
Sermo. 61.

QUodcunq3
solueritis super terrā erit
solutū ⁊ i celis. Math. 18
scōm Nicho. de lira sen-
tētiā frēs charissimi sup
hoc euāgelio pctā publica
in publico arguēda sūt: q2 ꝑme Thi. 5. apls
sit: Peccātē corā oībꝰ argue vt ceteri timo-

rem habeāt: sed quādo sūt secreta tunc ha-
bet locū correctio fraterna: que est actꝰ cha-
ritatis que debet fieri in secreto. Cuiꝰ ratio
est: quia amissa fama vel lesa efficitur homo
inuerecūdus: ⁊ per cōsequens minꝰ retrahi-
tur a peccato q̄ prius. Preterea ille qui fra
trem peccantē occulte corripit charitatiue
debet tentare si possit fratrē emēdare absq̄
detrimēto sue fame: q2 fama computat̄ int
maiora bona hoīs citra virtutes. Et ī'ō cor-
rigens fratrē debet quātū potest seruare eiꝰ
famā. Est igit̄ debitꝰ processus in correctio-
ne charitatiua vt homo corrigat fratrē suū
inter se ⁊ ipsum solū: vt sic possit eū saluare
cū oīmoda integritate sue fame. Et ideo di-
citur in euangelio. Si peccauerit inte fra-
ter tuꝰ vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsum
solū. Si te audierit lucratꝰ es fratrē tuum:
scōm integritatē fame ad salutē reducendo
Si aūt te nō audierit: adhibe tecū vnū vel
duos. Quō si nō audierit eos. s. corrigēdo dic
ecclesie. i. prelato per denūciationē publicā
⁊ tūc sunt testes inducēdi ad facti ꝓbationē
qui prius fuerāt inducti ad fratris secretā
correctionē. Si aūt ecclesiā nō audierit. id
est preceptū ꝑlati contēnendo sit tibi sicut
ethnicus ⁊ publicanꝰ. i. sepatus ab alijs fide-
libus per publicationē ⁊ censurā ecclesiasti-
cam. Et q̄ talia possint prelati inferre sub-
dit. Amē. i. fideliter dico vobis: quecūq̄ li-
gaueritis sup terrā erūt ligata ⁊ in celo. Et
verba ꝓposita. Quodcūq̄ solueritis. ⁊c. In
quibꝰ denotat̄ etiā mysteriū cōfessionis. De
qua vltra ꝓdicta in ꝓsenti sermone tria cō-
siderant̄ circa eiꝰ ꝓparationē. Primo de q̄-
bꝰ pctis se d3 ꝓparare hō ꝯfiteri. 2°. q̄ d3 co-
gitare i ꝓpatiōe ꝯfessiōis q̄bꝰ ē. 3°. quō possit
recordari de pctis cōmissis ō q̄bꝰ ē ꝯfitēdū.

Pars prima vbi ponuntur peccata. De q̄-
bus est confitendum.

PRimo dico q̄ sūt cōfitēda tria gn̄a
pctōꝝ. Primo pctm̄ manifestū et
publicū. Scdo pctm̄ occultū ⁊ secre-
tū. Tertio pctm̄ recolitū ꝓpriū ⁊ nō alienū.
¶ Primo dico ꝫ Alex. de al. vbi. s. ⁊ Bo.
in. 4. di. 17. pte. 2. ar. 2. q. 2. ⁊ Ri. ibidē ar.
3. q. 4. ⁊ btīn Tho. ibidē ar. 2. q. 1. Q̇ō ma-
nifestū est cōfitendū: tam ex parte sacerdo-
tis cōfessionē audientis: q̄ ex parte ipsiꝰ pec-
catoris cōfitentis. Primo ex pte sacerdotis

confessioneꝫ audiētis: vt cognoscat pctm̄: nō
vt hō: ſ vt dei vicari⁹. s. p testimoniū ꝯscie
accusantis q̄ ē testis diuin⁹: q̄uiſq̄ eni sic no-
uerit: nō ē ei⁹ soluere aut ligare: q2 nō suffic̄
aliq̄d eē notū iudici nisi sit notū ei in forma
iudicij: q2 vt dī. 3. q. 7. c. iudicet. Judex dꝫ
iudicare ſm allegata ⁊ pbata. Et idō oportet
ꝯfiteri pctm̄ q̄tūcūq̄ fuerit publicū. Secū-
do ex parte ꝯfitētis vt iustificet̄. Quātum-
cūq̄ eniꝫ aliq̄s ab aliq̄ accuset̄: nō ꝓpter hoc
iustus iudicat̄ ſ magis iniustus: ſꝫ qn̄ hō q̄
ē dign⁹ accusatiōe seipsū accusat. Tūc exer-
cet op⁹ iusticie iuxta illud ꝓuer. 18. Justus
in p̄ncipio ē accusator sui: vt ḡ quisq̄ iusti-
ficet̄: ⁊ dign⁹ eccl'e recōciliatiōe cōprobetur
q̄tumcūq̄ ei⁹ pctm̄ sit publicū necessaria tn̄
ē ei⁹ accusatio ꝓpa. q si ꝯdicat̄ p illd Greg.
in omel. de diuite epulōe. Lu. 16. Quid eni
pctōꝝ ꝯfessio nisi q̄dā vulneꝝ apitio: q2 vul-
nus pcti salubrit̄ apit̄ in ꝯfessione qd pesti-
fere latebat in mēte. Ex q̄ videt̄ q in ꝯfessio-
ne nō dꝫ apiri nisi pctm̄ occultū nō publicū
Ad hoc dicendū ē ſm Alex. de ales q sicut
in foro iudiciali aliqd crimē latet iudicē: vt
iudex ē: lꝫ inotescat illi vt hoi: nec in hoc ca-
su pōt ꝓcedere ad punitionē siue dānationē
sit̄ in foro pnie aliq̄d pctm̄ pōt eē notū iudi
ci spūali. i. sacerdoti: vt ē hō nō vt est iudex.
Et idō debet sibi apiri vt iudici. s. p accusatio
nē ꝓpriam factā in ꝯfessione q̄ tollit̄ latētia
hmōi. Dicendū ē igit̄ q Greg. loquit̄ de la
tentia q̄ malū latet nō hoiem ſ iudicē spūa
lem vel medicū. Iteꝫ si dicat̄ Gen. 4. Vox
sāguinis fratris tui ⁊c̄. ibi glo. ⁊ habet̄ ex de
accu. c. euidētia ait. Euidentia patrati sceleꝝ
nō indiget clamore accusatorio: ḡ de scelerī-
bus q̄ euidenē patrata sūt: nō tenemur ꝯfite-
ri. Ad hoc. R. Ri. q illa auctas intelligen
da ē de notorio crimine in foro iudiciali: qn̄
scelus ē ita manifestū nō indiget inquisitōe
neq̄ testiū ꝓductōe: nō de accusatione q̄ pe-
nitēs accusat se in foro pnie. In foro eniꝫ iu-
diciali sufficit euidētia sceleris ad ꝯuincēdū
reū ⁊ ad ꝯdēnandū. In foro enim pnie: in q̄
non procedit̄ ad ꝯdēnandū ſ ad reconcilian
dū requirit̄ voluntaria ꝯfessio. Item si dica-
tur: Ad hoc fit ꝯfessio vt sciatur quantitas
culpe a sacerdote: vt ſm quantitatē culpe in
iungat quantitatē pene: iuxta illud Deutro.
25. p mēsura pcti ⁊c̄. Si igit̄ euidentia ma

nifestata sit culpa ⁊ quātitas illi⁹: nō erit ne
cessaria hmōi pcti ꝯfessio. Ad hoc. R. dn̄s
Bona. q ista nō ē tota ratio: imo rōnes su-
perius assignate. Et hoc maxime vt sciat sa
cerdos pctm̄ p modū iudicis ⁊ etiam ꝓpter
erubescentiā pctōris: vt erubescat ꝓpria ma
licia in ꝯfitēdo qui nō erubuit creatorē suū
in delinquēdo. Vel potest dici ſm Ri. q q̄
uis morb⁹ pcti sit patens hoibus in effectu:
tn̄ est latēs in sua cā ⁊ radice: ⁊ sic patet ꝓpo
situ. ¶ Secundo dico ſm Alex^m Bo^m. ⁊
Ri. vbi. s. ꝓxime allegatis. q ꝯfitenduꝫ est
pctm̄ occultū. Et hoc tam causa ex parte cō
fessoris q̄ ex parte ꝯfitentis. Primo ex par-
te ꝯfessoris: cuius rō ē ipsa absolutio a culpa
⁊ obligatio ad penā. Certū est enim q ꝓ poi
mortali meret̄ quis penā eternā. Ideo satis
factio iponēda est ſm arbitriū sacerdotis: q̄
propter necesse est vt fiat ipsi sacerdoti ꝯfes-
sio pcti occulti. Secūdo ex parte ꝯfitentis:
vt que non erubuit intra thalamū cordis in
ꝯspectu diuine p̄ntie cogitare ⁊ velle: ⁊ volē
do ꝯsentire: tunc corā oculis sacerdotis reci-
tet cū rubore: vt qd ppetrauit in verecundū
verecundiā abijciendo: nūc ex hoc apiat in
ꝯspectu hoīs erubescēdo hō enim carnalis
plus erubescit oculos hoīs q̄ dei. q si ꝯdica
tur sic. Pctm̄ cordis est pctm̄ occultū: sed il
lud nō est necesse ꝯfiteri ḡ ⁊c̄. maior patet: et
minorē probo. trib⁹ rōnib⁹ vel auctib⁹ Pri
ma est Jo chriso. sic di. Perfecta pnia cogit
pctōrem oīa libenter ferre: in corde ꝯtritio:
in ore ꝯfessio: in ope tota humilitas: hec est
fructifera pnia: vt sicut trib⁹ modis deū offē
dimus. s. corde: ore: ⁊ ope: ita trib⁹ modis sa
tisfaciam⁹. Ex q̄ videt̄ q pctm̄ cordis ex so
la ꝯtritione deleri pōt: ḡ ⁊c̄. Secūda aucto-
ritas Aug. sic dicit: Ubi pctm̄ orit̄ ibi mori
tur: ḡ pctā q̄ soluꝫ oriunt̄ in corde ibidē de-
bēt mori: ḡ ⁊c̄. Tertia est magistri in. 4. di.
16. c. i. di. Contritio ē ꝯ pctm̄ cordis: ḡ d pec
cato cordis nō tenent̄ hoies ꝯfiteri sed tm̄ cō
teri. Ad p̄mā auctem ait. Alex. q nō ē intē-
tio Jo. chriso. qd penitēs non debeat ꝯfiteri
pctā cordis ⁊ opis ⁊ ꝯteri ⁊ satisfacere super
pctis cordis ⁊ opis: ſ poti⁹ de oib⁹ pctis re-
quiritur ꝯtritio: ꝯfessio: ⁊ satisfacio: ſꝫ ver-
bis supra positis quandā appropriationē in
sinuat vt ondat̄ q sic trib⁹ modis cōmittit̄
pctm̄ sic tribus modis satisfit ꝓ pctō. Nam

cõtritio est cordialis: ⁊ iõ attribuit pctõ cor-
dis. Cõfessio est oris: ⁊ iõ oris pctõ appropꝛi-
atur. Satisfactio est operis: ⁊ iõ ei⁹ pctõ cõ-
uenit: tñ ad oia pctã oia ista requiruntur. nã
sicut in trinitate potẽtia attribuitur pr̃i sapiã
filio: ⁊ clemẽtia spũi sancto: ⁊ tñ oipotens pr̃
ops fili⁹ ops spũs scũs ⁊c̃. Sic in p̃dictꝭ bz i-
telligi. Et eodẽ mõ bz R̃i. itelligitur tertia au-
ctoritas magr̃i. s. ꝙ ↄtritio est ↄ pctm̃ cordis
ꝑ quãdã ↄueniẽtiã ⁊ approꝑationẽ. et sic pz
rñsio ad pmã ⁊ tertiã. Ad secundã auctem
dicas fm Bona. ꝙ vbũ illud Aug. intelli-
gitur q̃ꝰtum ad ꝓgressũ pcti: vt pctm̃ nõ proce
dat: s vbi oritur ibi moriatur: ñ aũt q̃ꝰtũ ad emẽ
dam. Uel põt dici ꝙ illud est intelligenduz
de pnia exteriori rñdẽte pctõ publico ⁊ occul
to. De pctõ enim publico publice est peniten
dum ꝓpter scandalũ extirpandũ: ⁊ de occul
to coram vnico sacerdote: vt sit sensus: Ubi
peccatũ oritur. i. si occultuz sit ⁊ priuatũ: oc
culte sepeliatur ⁊ nõ detur in publicũ. Uel econ-
uerso si sit manifestũ manifeste puniatur ad
remouendũ scandalũ. Et sic patet ꝓpositũ
¶ Sed hic põt queri si radices pctõꝝ sunt
confitẽde. s. ignorantia: infirmitas: ⁊ mali-
cia. Et. R̃. Alex. ꝙ nõ sũt ↄfitẽde nisi qua-
tenus sunt volũtarie: vt qñ est ignorãtia af-
fectata: vel qñ infirmitas cõplacet vt ex his
habeatur lnia quedã peccãdi per manifestatio
nez pcti ⁊ pene debite: q2 sic quodãmodo sũt
volũtarie: tũc de necessitate sunt cõfitende.
¶ Potest etiã queri si tẽtationes sunt cõfi
tende. R̃. idẽ doc. fm glo. super illud ps. Ab
occultꝭ meis mũda me dñe. Nõ occulta ma
la sunt que procedunt a ꝓpria volũtate: ali-
ena que a volũtate aliena: vt a volũtate dia
boli. Dicendũ est igitur ꝙ tẽtationes nõ sunt
ↄfitende nisi quaten⁹ sunt aliq̃ mõ volunta-
rie. cuius ratio ẽ: quia nihil est confitenduz
nisi grauis aut circũstantia pcti: s tẽtatio nõ
est pctm̃ neq3 circũstantia: g̃ tẽtationes non
sunt cõfitende nisi inq̃ꝰtum sunt volũtarie.
¶ Si autẽ queratur qñ sũt volũtarie. R̃. tri-
bus modis. Primo qñ q̇s voluntarie se tẽta
tionib⁹ exponit: vt faciũt q̇ vadũt ad specta
cula vt videant mulieres de quib⁹ postea tẽ
tantur. Cõtra q̃s Job. 33. Pepigi fedus cum
oculis meis vt nec q̇dẽ cogitarẽ de virgine.
Scđo mõ qñ tẽtatiõib⁹ nõ resistitur vel lucta
tur ↄ tẽtationẽ q̃ ex hoc volũtaria interp̃tatur.

Tertio mõ qñ sine oĩ tentatione q̇s exponit
se pctõ: si hmõi expositio aliq̃ mõ tẽtatio di-
cẽda est: vt de pe. di. 5. c. ↄsideret: ait Aug.
Sũt q̇ nõ solũ nõ vincuntur: s vltro pctõ se of
ferũt: nec expectãt tẽtationẽ s p̃ueniũt volũ
tatẽ. hec ibi. Cõfitẽde sũt g̃ tẽtatiões nõ ꝑ
se s ꝑ accñs inq̃ꝰtũ sũt volũtarie modis p̃di-
ctis. ¶ Tertio fm Alex. vbi. s̃. ꝙ ↄfitendũ
est pctm̃ recolitũ nõ oblitũ: q2 ad ipossibile
nemo tenetur. Debet tñ q̇s ↄfiteri de pctis ob-
litis in gnãli: ⁊ de negligẽtia q̃ fuit cã illius
obliuionis in spãli: ⁊ merito: q2 duplex ma-
lũ ex hoc accidit sibi. s. negligentia: ⁊ omissio
ↄfessiõis sequẽs. Nã grauiorẽ penã sustine-
bit q̇s ꝓ pctis oblitis: ⁊ cõfessione neglecta:
quã sustineret ꝓ eisdẽ si spãliter eẽnt ↄfessi.
Cui⁹ rõ ẽ q2 ꝓ obliuione pcti ⁊ cõfessione ne
glecta vel omissa q̃ oritur ex obliuione pcti pu
nietur q̇s in purgatorio: ⁊ sic dãnabitur in in-
ferno. Uñ maiorẽ penã sustinebunt ꝓ pctis
oblitis q̃ꝫ sustinerent ꝓ eisdẽ. Nõ ũ q2 ex eru-
bescẽtia ex parte ↄfitẽtis. Nõ ũ q2 virtute cla
uium ex parte cõfessionẽ audiẽtis, ⁊ pniaz in
iungentis dimitteretur de pena debita. Confi
tendũ ẽ igitur pctm̃ oblitũ in gnãli ⁊ negligẽ-
tia obliuionis in spãli. Cõfitendũ ẽ etiã pec
catũ ꝓpriũ nõ alienũ: q2 fm Alex. vbi. s̃.
pctã aliena nõ debem⁹ cõfiteri nisi in casu. s.
q̃ten⁹ circũstãtie sũt ꝓprij pcti: ⁊ tunc ita ꝙ
nullo mõ fiat ꝓditio alicui⁹ criminis: vt pa
tebit. j. qñ dicetur de secreto ↄfessionis. Rõ h⁹
ẽ q2 cõfessio fit ꝓ absolutiõe obtinẽda: s nul
lus absoluitur a pctis alienis: g̃ nõ dz ea cõfi-
teri. Uñ sup illud ps. Dixi cõfitebor ⁊c̃. Iu-
sticiã meã dicit nõ alienã Petr⁹ de tarañ. in
4. di. 21. dicit ꝙ hoc intelligitur qñ ꝑiculũ imi
neret: aut aliter pctã ꝓpria specificari possent
q̃ꝫ aliena specificãdo. hec ille. Nõ fieri nõ pos
set si q̇s peccasset cũ sorore vel cũ matre ⁊c̃: iõ
oportet illas noiare. Nõ si ↄdicatur sic. Ex
charitate põt q̇s pctã ꝓximi deflere ⁊ ꝓ illis
pniam facere: g̃ videtur ꝙ possit pctã aliena
in cõfessione referre. R̃. fm Alex. ꝙ non est
sile: q2 si doleo ⁊ cõdoleo pctõ ꝓximi: ⁊ punio
me ꝓ illo: m̃laz illi ipetro nec illi iniuriã fa-
cio: sz si eũ accuso: sũ criminis ꝓditor ⁊ dif
famator q̃d nulli licet. Et sic patet ꝓpositũ
¶ Sz q̃ritur q̃re. Dañ. 3. vt videtur cõfitentur
pctã aliena sic dicẽdo: Peccauim⁹ ⁊ iniq̃ egi
m⁹ recedẽtes a te ⁊ deliq̃m⁹ in oib⁹: ⁊ p̃cepta

tua nō audiuim⁹ nec obseruauim⁹: nec feci-
mus sicut p̄cepas nobis: vt bñ nobis eēt. Et
sunt ṽba Açarie. Cũ igiť ɔstet q̄ ipse Aça-
rias nō cōfitebať pctā ꝓpria s; alioꝝ: q2 ipse
nō recesserat a deo. Queriť vñ hoc rōnabi-
le fuit. Ad hoc. R. Alex. vbi. s̃. ƀm glo. sup
illud ps̃. Cōfitemini dño qm̄ bo. Nō ē pia
cōfessio sine laude dei. Dicendũ ē igiť q̄ pa-
tres antiq̇ duo intendebāt in hmōi cōfessio-
nibus. s. cōmendare diuinā iusticiā: ⁊ excita-
re diuinā miaz. Et iō duo ꝓponebāt in hu-
iusmodi ɔfessionib⁹: diuinā iusticiam in pu-
niendo illos: ⁊ propriaz miaz in sustinendo
penas iuste inflictas ꝓ pctis. Vñ ibiō. s. Dañ.
3 p̄mittiť añ cōfessionē suā. Iustus es dñe i
oib⁹ q̄ fecisti nobis: et oia iudicia tua vera
sunt. Et ita. Et nũc nō possum⁹ apire os: cō-
fusio ⁊ obprobriũ facti sum⁹ ƀuis tuis: ⁊ his
q̇ colũt te: ne q̄sumus tradas nos in ppetuũ
⁊ ne auferas miaz tuā a nobis. Hec ibi. Hui⁹
modi eni cōfessiones fiebāt rōne p̄tacta: nec
erāt sacramētales: de q̇b⁹ hic intendim⁹. De
cōfessione ṽo venialiũ: ⁊ circũstantiaꝝ pctō-
rũ mortaliũ diceť. j. cũ tractabiť de cōfessio-
onis integritate. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secũda vbi tractať de p̄paratiōe co-
gitationis ante confessionē.

Secũdo in isto sermone aduertendũ
est q̄ ad hoc q̄ p̄dicta pctā possint be-
ne cōfiteri cōfessio debet fieri cũ ma-
gna p̄paratione. i. q̄ ante cōfessionē deb; q̇s
diligēter se p̄parare: ita q̄ het noticiā: ⁊ me-
moriā ei⁹ habeat q̄ō d; cōfiteri: q2 si ex igno-
rantia siue obliuione ꝓcedente a ꝓpria ⁊ no-
tabili culpa q̇s omittit cōfiteri vnũ peccatũ
mortale aut ei⁹ circũstantiā ad cōfessionez
necessariā: nō excusať nec vere cōfessus diciť
vt no. glo. Ray. de pe. ⁊ re. §. itē circa p̄nci-
pes. ⁊ de pe. di. i. Si obliuiscaris pctōꝝ tuoꝝ
s. ea cōfiteri. vt dicit glo. inť li. tũc eoꝝ recor-
daberis nolēs: qñ in toto publicabunť ⁊ in
cōspectu ꝓferenť oium tam amicoꝝ tuoꝝ
q̄ inimicoꝝ ⁊ sanctoꝝ angeloꝝ celestiũq; vir-
tutum. Non ad Dauid soluz dicebat. Tu
secreto fecisti ego hoc cũctis manifestabo: s;
ad oēs nos h̄ dr̄. Hec ibi. Et iō si q̇s ex sua cul-
pa ignorat q̄ debet cōfiteri: seu eoꝝ oblit⁹ est
debet ō hmōi negligēcia ⁊ corde dolere ⁊ fir-
miter emendari ꝓponere: vt no. in sũma cō-
fessoꝝ. li. 3. ti. 34. q. 19. Vñ confessor si ali-

quē imp̄paratũ inuenerit: ad cōfessionē acce-
dere: debet ipsũ monere vt cũ p̄paratiōe ve-
niat. Quā pparationē Esa. 38. sub ꝓpħie ex-
plicat seu modũ p̄parationis q̄ ad confessio-
nem requiriť declarat di. Recogitabo tibi
oēs ānos meos in amaritudine aie mee. In
quib⁹ ṽbis triplicē modũ pparatiōis osten-
dit: de quib⁹ in ista parte tm̄ de p̄. s. cogitati-
onis tractabiť: de q̄ diciť: Recogitabo. i. ite-
rum atq; iteꝝ cogitabo. s. quid in cōfessione
dicere debeā: quia vt beat⁹ Greg. ait i mor.
Debet vniuscuiusq; mens causas suas apud
deũ ɔ̄ se sollicita inquisitione discuttere. Hec
ille. Sed hoc nō solũ facere deberet tpe cōfes-
sionis hō rōnalis ⁊ prudēs: veꝝetiā toto tē-
pore vite sue veluti bon⁹ mercator nũq̄ in se-
ro quiescēs nisi prius facta discussione opeꝝ
p ipsũ factoꝝ bonoꝝ vel maloꝝ: vel in mane fi-
endoꝝ: iuxta illud Pictagore. Duoꝝ quip-
pe inq̇t tēporũ cura habēda est. Mane quid
acturi sum⁹: sero q̇d fecerimus. Quod meli⁹
exponit Seneca de ira dei li. 3. di. Qui quo-
tidie ad rōnem reddendā vocādus est faciat
hoc q̄ō Sexti⁹: q̇ consũmato die cũ se ad no-
cturnā quietē recepisset interrogabat aium
suũ: Quod hodie malũ tuũ sanasti? Cui
vitio obstitisti? Qua parte melior es? Desi-
net ira: moderator erit qui sciet sibi ⁊ quoti-
die ad iudicē eē veniendũ. Quid ḡ pulchri⁹
hac cōsuetudine excutiendi totũ diē? Qual
est somn⁹ post recognitionē sui sequiť. Quā
trāquillius altus ⁊ liber: cũ aut laudatus est
aius aut admonit⁹ ⁊ speculator sui censorq̄
secret⁹ cognoscit de morib⁹ suis. Vtor hac pta-
te: ⁊ q̄tidie apud me causā dico ai: sublatũ e
cōspectu lumen est: cōticuit vxor moris iam
mei cōscia: totũ diem meũ scrutor: factaq̄
ac dicta mea remetior: nihil mihi ipse absco-
do nihil trāseo. Quare enim quicũq̄ ⁊ erro-
ribus meis timeā cum possim dicere: Vide
ne illud amplius facias: nũc tibi ignosco. Hec
ille. Sed ad propositũ redeam⁹ cui⁹ opposi-
tum faciũt qui veluti bestie ad cōfessionē ac-
cedunt: ⁊ sepi⁹ sabbatũ sanctũ expectantes:
nihil de cōfessione cogitātes ita imp̄parati
illo die ad confessionē vadunt di. Vis nos
audire: in duobus enim ṽbis expediem⁹ nos
neq; sicut mulieres q̄s coraz te tenes multa
ṽba facientes longā morā protrahere dispo-
suimus. Quibus sic confessor ait: q̄ par ũper

expectent: dicūt: O 2 bene stat: hora est tarda
7 ad aliqua expedienda: 7 forte ad cenā ex-
pectamur in domo: 7 tu dicis vt parūper hic
expectemus. Si nos nūc non audies amplius
in hoc āno nō cōfitebimur. Plerique insup stā
tes coram sacerdote: quid dicere debeant pe-
nitus ignorante quia sup hocante non cogi-
tant. O insensati. Si mercator suorum quis
ternorum rationes vt ita loquar tanta dili-
gentia discutit: quāto magis peccator con-
scientiam propriā examinare debet: quando
ille pro pecunia: iste vero pro aīa tales labores
sustinent que adeo preciosa est: vt Ber. in
sermone passionis dicat: Cōsidera o homo
quā nobilis sit aīa tua: 7 quam grauia fue-
rint vulnera quibus pro ea necesse fuit tuum
Jesū vulnerari. Debet igitur ipse peccator tria
cogitare antequam confiteatur. Primo receptorum
a deo beneficiorū suam ingratitudinē quibus
accenditur mens ad diuinū amorē vt faciat
cōfessionē cū amore: vnde in figura Leui. 6
precepit dominus dicens. Ignis semper arde
bit i altari meo. Et quid per ignem nisi ardēs
dilectio designatur? De quo igitur Luc. 12. dñs
ait: Ignem veni mittere in terram 7 quod
volo nisi vt ardeat? Altare vero mens nostra
est: in q̄ ignis dilectio debet accendi per sacer
dotem. i. per rationalē intellectū diuina be-
neficia cogitando. ¶ Secundo penitens de-
bet cogitare bonorum amissorū copiositatem
quibus mens humiliatur vt cum humilitate cō
fiteatur. Unde Hiere. 2. dominus dicit: Ui
de vias tuas in cōualle. i. in mentis humili-
tate. De quibus bonis omissis. i. virtutibus
loquitur Aug. li. 2. de libero arbitrio. c. 8.
Animi affectio inherentis incōmutabili bo
no propriū. 7 primum est hoīs bonū. In eo
etiam sunt virtutes omnes quibus male vti
nemo potest: quasi velit dicere: Bonis tēpo
ralibus homo vti male potest: sed virtutibus
non. Et ideo de ipsorū amissione amarissi-
me est dolendū. Tertio penitens debet cogi
tare ante confessionē suorum peccatorū nume-
rositatem vt ad eam accedat de ipsis contri
tis 7 doloratis. Unde Hiere. 2. Scito quia
malum 7 amarū est te dereliquisse dominū
deū tuū: quare necesse ē aut pro peccatis nostris
eternā incurrere dānationē: aut in presenti
dolorosā emendationē: vnde ait Aug. super

verbis predictis in li. medit. 15. c. Malum et
amarū est derelinquere deū qui peccatis offen
ditur: reddite 7 nolite peccare: nolite inquā
nolite: malum ē 7 amarū nolite vere malū 7
amarum est: expertus sum in hoc ipso sum.
aut enim continui dolores cruciabūt penitē-
tes vitam meā: aut eterni cruciatus vexabūt
puniendam animā meā: sed vide quam malum
7 amarū est. hec ibi. Sed longe incōparabi
liter minus malum est dolere in hoc seculo quam
eternaliter in futuro: imo quod maius est:
hoc debemus eligere sponte ne illud nobis in
uite coacteque inferatur: hinc est quod idem
August. in sermone de igne purgatorij ait:
Quotiens infirmos visitamus: incarcerē clau-
sos inquirimus: discordes ad concordiā re
uocamus: indictū in ecclesia ieiuniū ieiuna
mus: hospitibus pedes abluimus: ad eccle-
siam frequenter conuenimus: elemosynam da
mus: inimicis nostris quotiens veniam pe-
tierint indulgemus: istis 7 his similibus mi-
nuta pctā redimuntur: pro capitalibus vero cri-
minibus non hoc solum sufficit: sed addende
sunt lachryme: rugitus 7 gemitus: 7 conti-
nua pro tempore longo protracta ieiunia:
largiores elemosyne 7 plusquam nosipsi valere
possimus. hec ille. De predictis Ecclesia. 18.
Sapiens dicit: ante iudicium. s. confessionis
interroga te ipsum cogitando predicta tria: 7
in conspectu dei inuenies propitiationem.
Et sic patet pars secunda.

¶ Pars tertia vbi ponuntur duo alij modi p̄
parationis. s. recordatiōis 7 amaricationis.

Tertio in isto sermone ponūtur duo
alij modi preparationis ad confessi
onem: scilicet recordationis 7 ama-
ricationis. Primus modus dicitur recorda-
tionis: quia propheta dixit: Omnes ānos
meos: idest oia peccata mea que feci toto tē-
pore vite mee recogitabo tibi: quod ex nouem re
gulis fieri potest. s. vt oia peccata ad memo
riā veniāt. ¶ Prima regula cōstat ex etatum
consideratiōe. s. infantie: puericie: adolescētie
7 huiusmodi cōsiderando in qua etate est et
in q̄ fuit 7 q̄ pctā i eis cōmiserit. ¶ Secūda re
gula constat ex consideratiōe status in q̄ ē vel fuit. s.
virginitatis matrimonij vel viduitatis. ¶ Ter
tia regula ex consideratiōe fortūe prosperitatis vel ad
uersitatis. ¶ Quarta regula ex consideratiōe officiorum

recogitãdo artes ⁊ exercitia q̃s fecit. ¶ 5ᵒ. regula ex cõsideratiõe societatũ cũ q̇b⁹ ꝯuersatur vel cõuersat⁹ fuerit: ⁊ locoꝝ in quib⁹ fuit. ¶ 6ᵒ. regula ex cõsideratiõe tẽporũ. s. solẽnitatũ nuptiarũ. ⁊c̃. ¶ 7ᵒ. regula ex cõsideratione pctõꝝ cordis: recogitãdo quid corde cõmisit. ¶ 8ᵒ. regula ex cõsideratiõe pctõꝝ oris recogitãdo pctã que ore ꝯtraxit ¶ 9ᵒ. reglã ex cõsideratõe pctõꝝ opis. Et sic discurrẽdo poterit pctõr multa pctã inuenire. Caueat tamẽ penitens ne nimis moro se peccata carnis excogitet: q2 Ecclesiasti. 13. Qui tetigerit picem inquinabit̃ ab ea his et alijs reuocatis ad mentẽ: pctõr ad deum se cõuertat ⁊ percutiens pect⁹ suum ad se excitandũ dicat cuz publicano: Deus propiti⁹ esto mihi pctõri. Et cum filio ꝓdigo. Luc. 15. Pater peccaui. ⁊c̃. ¶ Secũd⁹ igit̃ modus preparatiõis qui sequit̃ ex predictis dicitur amaricatiõis: quia penitens predicta cogitãdo irruet in amaritudinẽ ⁊ dolorem: ideo ꝓpheta dixit: In amaritudine aĩe mee ad quaz amaritudinẽ. Hiere. 31. hortat̃ di. Pone tibi amaritudinẽ dirige cor tuum in viã rectã. Quã amaritudinẽ Dauid sentiẽdo dixit. Fugiebam age. cor. mei. Et alibi. Fuerũt michi lachryme mee. p. di. ac nocte. amaricata igit̃ talib⁹ preparationib⁹ aĩa secure accedat ad cõfessionẽ disponẽs in futurũ nõ peccare: q2 sine ipsa dispositiõe confessio nõ valet cui⁹ rei euidentia patet per exẽplũ cesarij sic dicẽtis: In barbaria quidã demon hoĩb⁹ pctã cõmissa ⁊ nõ ꝯfessa iproperabat: quẽ quidã hõ desiderãs videre: sed timens ne pctã sua reuelaret pctã sua vniuersa ꝯfessus est sacerdoti volũtate peccandi retenta: vnde ex hoc securior fact⁹ venit ad demũ mox vt retro aspexit demon in aere clamauit. Amice veni huc: certe bene te dealbasti: ⁊ statim omnia pctã sua lz ꝯfessa omnibus reuelauit: ⁊ quia turpia ⁊ vilia erant illum nimis ꝯfudit: tristis igit̃ effect⁹ ⁊ in se reuersus rediens ad sacerdotẽ que gesta sũt retulit ⁊ confessionẽ iterauit cum firmo ꝓposito perseuerãdi: ⁊ reuersus ad demonez dixerũt quidã de circũstantib⁹: Ecce amicus tuus cui tam turpia pctã improperasti Et respõdit demon: Ego isti nihil improperaui: neq; de eo aliquid mali scio ⁊ existimauerũt demonẽ fuisse mentitũ: ⁊ sic per ꝯfessionis virtutẽ euasit notã maxime cõfusionis. O cõfessio dignissima. O cõfessio que oẽs coopis maculas: ⁊ sic preparem⁹ ergo corda nostra diligẽti pctõꝝ discussione ad tam salubre cõfessionis sacramentũ: vt in p̃senti cõsequamur gratiã Amen.

¶ Feria quarta post tertiã dñicam quadragesime. De cõfessionis feruoritate ⁊ simplicitate. ¶ Sermo. 62.

Hic popul⁹ labijs me honorat: cor aũt eoꝝ lõge ẽ a me. Math. 15. In verbis p̃dictis frẽs charissimi hoc qḋ etiã p̃cedẽtis sermonis fine tractatũ ẽ euidẽter aperit̃. Quia videlicet confessio oris debet fieri cũ añcedẽte amaritudine mẽtis: sine q̃ cõfessio nulla ẽ. Tales. n. sic ꝯfitẽtes. s. ore tm̃ ⁊ nõ mẽte: siles sũt huic ꝑplo de q̃ mẽtio fit i hodierno euãgelio: de q̃ ꝓphatũ fuerat p Esa. 28. c. sub alijs v̾bis di. Eo q2 appropinq̃t ꝑpls iste ore suo: ⁊ labijs suis glĩficat me: cor aũt eoꝝ lõge ẽ a me. Qua ꝓpter saluator nr̃ ipsos redarguit de falsa scitatꝭ similatiõe: q2 ad h̃ q2 erãt i reuerẽtia ꝑpli oñdebãt scitatẽ i v̾bis ⁊ exteriori cõuersatõe: cũ tñ intẽtõe erãt corrupti: vñ dic̃ Hypocrite bñ ꝓphauit de vobis Esa. di. v̾ba ꝓposita hic ꝑpls ⁊c̃. Nã ⁊ hodiernis tꝑib⁹ q̃ plurimi tales repiũt̃ q̃ solũ ꝯfitẽt̃ ad apctiã ⁊ ostẽtationẽ scitatꝭ ⁊ nõ cũ ꝓposito ⁊ dispõne cauẽdi a pctis: ꝯ q̃s Aug⁹ li. p̃ de scã v̾ginitate. Nemo a pctõ tãq; reditur⁹ abscedat nec se hmõi q̃si societatis pacto cũ iniq̃tate ꝯstringat vt ea magis ꝯfiteri q̃ cauere delectent. Hec ille. De q̃ cõfessione tria in p̃senti annotabim⁹ a p̃dictis diuersa. Primo ꝯfessiõis feruoratione. 2ᵒ. ꝯfessiõis subiectionẽ 3ᵒ. cõfessionis simplicẽ aparitionẽ.

¶ Pars p̃ma vbi declarat̃ q2 ꝯfessio debet esse cũ charitate facta.

Primo igit̃ adũtẽdũ ẽ q2 ad h̃ q2 ꝯfessio sit fructuosa dz ẽẽ cũ caritate fcã q2 nullũ op⁹ ẽ meritoriũ i ꝯspcũ dei sine charitatꝭ fũdamẽto: vñ Greg. ait Nihil habet viriditatis ramus boni operis si non manserit in radice charitatis. Et Augu. in li. de spiritu ⁊ littera. In fructuosũ est illud qḋ de radice charitatis non surgit. Ex quibus

ic arguitꝫ q̄ infructuosa sit cōfessio si nō sur
it a radice charitatis. Inde Aug. in alio lo
o ait: Si charitas nō est nō adimplet̃ pre-
eptū sed fingit̃. Et glo. sup illud Job. 36.
Nō clamabūt cum victi fuerit. ait: Confes
o est validus clamor ad dn̄m tūc sic: Cla-
mor nō est validus nisi fiat in charitate. hoc
dem ꝓbat̃ rōnibus sic: Cōfessio ad quā te
et̃ fidelis est meritoria: ſ nihil ē meritoriū
uod nō ꝓcedit de charitate: ḡ ⁊c̄. Preterea
ōfessio est preceptū noue legis q̄ est lex amo
is: Vn̄ Aug. assignās differentiā int̃ legem
eterē ⁊ nouā. ait: Breuis differētia legis ⁊
uangelij: timor ⁊ amor: ḡ ꝯfessio dꝫ fieri ex
more. Preterea ꝯfessio dꝫ fieri ad recōcili
ndū penitentē deo ⁊ ecclesie: ⁊ ꝓpter ſ p̄ci-
itur: eo ergo mō dꝫ fieri vt ea recōciliet̃ pe
itēs deo ⁊ eccl'e. ſꝫ nō recōciliat̃ aliq̄s deo vl'
cclesie ex ipsa nisi fiat in charitate vel ex cha
itate ergo ⁊c̄. Sꝫ q̄liter p̄dicta h̃eāt intel-
gi declarat Alex. vbi. s̄. q̄ dupliciter potest
ieri cōfessio. Vno mō solū ne statutū eccl'ie
ransgrediat̃: ⁊ hāc nō est necesse fieri in cha
itate siue ex charitate: vn̄ nō peccat morta-
ter q̇ cōfitet̃ sacerdoti exn̄s in pctō mortali
o q̄ cōfitet̃ in mortali. Et ſm quosdā maxi
e beatū Tho. in. 4. di. 17. ar. i. q. i. tal' non
enet̃ iterare ꝯfessionē: ſꝫ tenet̃ postmoduꝫ
ctionē suā cōfiteri. Et tūc licet ꝯfessio tpe
ctionis nō ꝑcipiat absolutionis fructū: tn̄
ecedēte fictione recipiet. Alio mō pōt fieri
ōfessio vt fiat satisfactio deo ⁊ ecclesie de of
ensa pctī: ⁊ ista debet fieri in charitate vel
x charitate saltē sufficiēti ⁊ ꝓbabili: ſꝫ Bo
auē. in. 4. di. 17. q. vl. Et sic h̄nt p̄dicte au-
toritates ⁊ rōnes intelligi. ¶ Attēde ergo
 si ꝯfessio tua nō sit in charitate facta ifru-
tuosa est q̄ ad deū ⁊ meritū remissionis cul
e ⁊ p̄mij vite eterne. Et no. q̄ tūc cōfessio ē
ne charitate qn̄ nō ꝯtereris de cōmissis: qn̄
is abstinere ab vno pctō ⁊ nō ab alio: quā-
o ad ipsā accedis cū volūtate peccādi: q꞉ ſꝫ
Bo. vbi. s̄. sic peccas mortalit̃: q꞉ sacr̄m irri
ū facis. Et iō nō ē meritoria tua cōfessio: ⁊
pa post cōfessionē ꝑ te facta ad vitā eternā
ihil ꝓsunt cū fuerint in pctō mortali: nec
ic debes absolui a sacerdote si ei cōstet ō tua
ictione: q̄ō si fecerit nihil tn̄ valet q̄ ad deuꝫ
Cui⁹ rō est: q꞉ sacerdos nō absoluit aliquē
isi illū quē credit diuinitus absolutum: vt

dicit Tho. in quolibet. q. 24. Cōfirmant̃
oia ista ꝑ illud dictū Sap. Ecc. 17. A mor-
tuo q̄si nihil perit ꝯfessio. Q̄ō exponit̃ trib⁹
modis. Primo mō sic A mortuo. i. morituro
de ꝓximo q̄si nihil perit cōfessio: q꞉ egrotātꝫ
ad mortē nihil valet cōfessio: eo q꞉ dolor et
āgustia mortis sic aīaꝫ vexāt vt de pctīs non
valet cogitare. Secūdo mō exponit̃ sic: A
mortuo. i. post mortē q̄si nihil perit cōfessio
q꞉ in inferno nulla est ꝯfessio: iuxta illud ps̄.
In inferno q̇s cōfitebit̃ tibi. Tertio mō ex-
ponit̃ sic: a mortuo. i. ab exn̄ti in pctō morta
li q̄si nihil ꝑit cōfessio: q꞉ cōfessio extra cha-
ritatē facta fructū meriti nō ꝑcipit vt dcm̄
est. Faciēda est ergo pnīa cū charitate: q̄ co
gnoscit̃ ex trib⁹. Primo si volūtarie cōfitet̃
⁊ nō coacte: vt ait ꝓpha: Volūtarie sacrifi-
ti. ⁊ cōfi. no. tu. do. q̄m bonū est. Et hoc dı̄ ꝓ
pter illos q̇ nisi timore p̄latoꝝ vel tīore mor
tis vel infamie ⁊ cōfusionis nō cōfitent̃: his
quidem cōfessio infructuosa est quo ad deū
patet ex dictis. Secundo pōt cognosci chari
tas si nō timore pene ſꝫ amore glīe dolet ō pec
catis. Nam si peccator certissime sciret nul-
lam ꝓ pctīs suis sufferre penā adhuc ex cha-
ritate de eis debet agere pnīam: vn̄ Aug. de
pe. di. 7. c. nullus ait. Scriptū est neminē si
ne charitate saluū eē. Tertio penitētis cha-
ritas pōt cognosci ex locutiōe. Nā vt doc. di
cūt: Si q̇s penitēs huius eēt intētiōis q̄ pre
uerecūdia aut alia cā ꝯfessori pctā nō dicēt
nisi interrogaret̃ ab eo: vere penitēs dici nō
debet: ⁊ ꝯfessio sibi nō valet: quia fit sine cha
ritate ⁊ debita dispositiōe. ¶ Vn̄ cōfessores
attēdant ad hoc periculū euitandū q̄tenus ꝑ
se ipsos. p̄mo de quib⁹ recordant̃ faciant pe-
nitētes ꝯfiteri: ⁊ deinceps ad examinationē de
ueniant: ⁊ silr̃ ipsis penitentib⁹ dicāt vt de ta
li mala dispositiōe doleāt. Ex q̇b⁹ sequit̃ q̄ qn̄
peccator verecūdia p̄pedit⁹ cuidaꝫ sacerdoti
nōnulla cōfitet̃ q̄ nullaten⁹ alteri diceret cō-
fessio minime valet. Nam posito q̄ sacerdos
ille nō eēt nō min⁹ obligat̃ ad cōfessionē dū
mō h̃eat idoneū sacerdotē. Et sic pꝫ ps p̄ma

¶ Pars secunda vbi declarat̃ q̄ cōfessio de
bet fieri cum subiectione.

SEcundo in isto sermone aduertēdū
est q̄ ad hoc q̄ cōfessio sit salubris
⁊ fructifera dꝫ penitens in oībus se
sbijcē cōfessori: ⁊ parat⁹ eē ei in oīb⁹ obedire

que pertinēt ad salutē aīe sue: vn̄ Aug. i li°
de pn̄ia: ⁊ de pe. di. 5. c. ꝯsideret ait: Ponat
se penitēs oīno in manu iudicis ⁊ in iudicio
sacerdotis: nihil sibi reseruās sui: vt oīa eo
iubēte paratus sit facere ꝓ recuperanda vita
aīe quecūq̧ faceret ꝓ euitāda corporis mor
te. hec ille. ¶ Sed hic orit̄ vnū dubiū. Si pe
nitens teneat̄ tentione necessitatis recipere
⁊ explere pn̄iam sibi iniunctā a sacerdote:
⁊ circa hoc diuersi diuersimode dixerūt Ale
xander vbi. s̄. tractatu de satisfactione in ge
nerali ad hoc sic ait: Nō q̄ diu sit aliq̄s sim
pliciter de foro ecclesie militantis tenet̄ ad
impletionē pn̄ie sibi iniuncte a ministro mi
litantis ecclesie: etiā si maior cōdigna sit: dū
modo illi suppetat facultas adimplendi. hec
ille. Ricar. in 4. di. 18. ar. i. q. 5. sic ait. q̧ aut
sacerdos iniūgit pn̄iam rōnalē indiscretā
aut irrōnalē ⁊ indiscretā. Si p̄mo mō dico
q̧ penitēs tenetur tentione necessitatis eam
recipe ⁊ ꝓ virib⁹ explere: q̄ pn̄iam talem in
iungendo recte vtit̄ clauib⁹ ⁊ q̇libet tenetur
sui iudicis iustā sententiā obseruare: vn̄ si pe
nitens talē pn̄iam scienter ⁊ ex deliberatione
⁊ absq̧ legitima cā vel dispensatione omise
rit explere mortaliter peccat. Si v̄o secūdo
modo penitens non tenet̄ eam recipere neq̧
explere: quia sacerdos talē pn̄iam iniūgēdo
abutit̄ claue sciētie ⁊ potētie. hec ille. Et pro
ipso facit. c. statuim⁹. extra de maledic̄. vbi
dicit̄. Si pn̄iam renuerit pctōr inflictā a sa
cerdote interdicat̄ ei ingressus eccl'e: ⁊ vlti°
careat ecclīastica sepultura nullā misericor
diam habitur⁹. Ad idē facit extra de cleri
co excōi. deposito. vel interdicto celebrante
c. cū latro. glo. sup v̄bo. ab officio. Scot⁹ v̄o
totū oppositū tenet. in. 4. di. 18. q̄si in medio
v̄si°. nūquid pn̄iam. Nō sacerdos tali renuē
ti nullā pn̄iam imponere dꝫ: q̄ postq̧ peni
tens est ꝯtritus sufficit ei ad remissionē cul
pe: q̄ maiorē partē pene sustinebit in purga
torio: quia ille qui est cōtritus ⁊ ꝯfessus ⁊ nō
soluit penā sibi debitā in foro hmōi ꝑsoluet
in foro purgatorij. Host. aūt de pe. ⁊ remis.
§. ad q̇d valēt. v̄si°. tu teneas. dicit. Tu tene
as q̧ ꝓ quolibet pctō mortali. 28. pena debe
tur. s. eterna que ꝑ contritionē dimittit̄ ⁊ tē
poralis q̄ ꝑ ecclesiā imponit̄ ⁊ remouet̄. Si
ergo dn̄s est largus in dimittēdo penā eter
nam: seruus ⁊ minister nō debet eē parcus
in dimittendo penā tēporalē: vt patet. 26. q.
7. c. allegāt vbi etiā dicit: Melius ē ꝓpt̄ mi
sericordiā reddere rōnem q̄ propter crudeli
tatem. His ꝙ visis quid dicendū est ad hoc
nisi q̧ cōfessor prudēs ⁊ discretus nō dꝫ im
ponere penitentiā nisi b̄m dispositionē peniten
tis: q̄ q̄uis debeat conari ꝯformare se cum
iuris dispositione: tamē cōcessum est ei faci
endi sup penitētia imponēda remissionē: in
iūgēdi illa que saluti penitētis magis videā
tur expedire: ⁊ hec est cōmunis opinio doc. ⁊
no. do. Anto. de butrio in. c. si quis. extra de
furtis. Probat̄ etiā extra de pe. ⁊ re. c. signi
ficauit. ⁊. c. de⁹ qui. ⁊. c. oīs. §. sacerdos. ⁊ ex
de homici. c. sicut dignū. ⁊ de eo. qui cog. cō
sang. vxo. sue. c. trāsmisse. xi. q. 3. c. absit. 26
q. 7. c. tp̄a. de pe. di. i. c. mensurā. et ideo dꝫ
sacerdos iniungere pn̄iam cōsideratis crimi
nis quantitate: q̄litate: ꝑsone dignitate: cō
ditione: officio: pauptate: infirmitate: debi
litate: cōsuetudine: cā: animo: ⁊ volūtate: vn̄
si aliquē inuenerit qui dicat se penitē nō tn̄
vult subire onus penitētie dicens se tenerū
aut male complexionatū vel sit̄e. Tūc Ray.
⁊ Host. debet sacerdos talē inducere sicut po
test vt aīū hēat paratū ad implendū pn̄iā
quā sibi iniūget: ostendēs sibi magnitudinē
pctōꝝ: quia ꝓ quolibet mortali deberet septē
niū regulariter imponi. 33. q. 2. c. hoc ipsū
⁊. §. sequēti. Rō hui⁹ est: quia sicut pctōr per
peccatū septiformē gratie. s. spirit⁹ sācti ami
sit sic per septēnij penitētiā recuperaret. ⁊ si
potest eum inclinare imponat ei talē penitē
tiam siue satisfactionē cum volūtate sua qua
lem verisimiliter pōt portare ne deteri⁹ ei cō
tingat postmodū violando. Nō si nō vide
rit eū inclinatū nō imponat ei nisi qualēcūq̧
paruā pn̄iā nō negādo ei absolutionē: ostē
dat tn̄ ei q̧ id q̧ min⁹ faciet hic ꝯplebit i pur
gatorio. Et si sacerdos non pōt gaudere de
omnimoda ei⁹ purgatione: gaudeat saltē q̄
ipsū liberatū a gehēna ad purgatoriū pōt trās
mittere. Caueāt tamē sacerdotes q̧ sic ar
bitrent̄ ne vilescat ecclesie auctas ⁊ ptās cla
uiū ꝯtēnat̄. vn̄ di. 50. c. Absit a romana ec
clesia rigorē suū tā ꝓphana facilitate dimit
tere: ⁊ neruos seueritas euersa fidei maiesta
te absoluere: vt cū adhuc n̄ tm̄ iaceāt i pctīs
sed etiam cadant euersoꝝ fratrū ruine ꝓpe
rata nimis remedia excōmunicationū vtiq̧

ꝓ futura ꝑſtent: vbi enim poterit penitē
medicina prodeſſe: ſi etiam ipſe medicus
ercepta. i. ſublata pnīa indulget periculis
c non eſt curare: ſed ſi licet dicere verū: vo
nus occidere. hec ille. Accedens igitur pec
oꝛ ad cōfeſſionē ei humiliter ſubijciat: ⁊
enitētia fuerit ab eo ſibi iniūcta quā leui
ſufferre poteſt humiliter ſuſcipiat: quia
aliter videtur bene diſpoſitus. Si autē pe
ens ſentiat penitentiā nimis grauē ⁊ ad
ſeruandū periculoſā ſua ꝯditione penſata
bet ad eundē confeſſorē vel ad aliū ſi illū
bere nō poterit recurrere: ⁊ alienationē vel
nunicationē cōmutationē petere: ⁊ cōfeſ
debet cōcedere etiā ſi videret ꝙ peniten
alienata nō ſufficeret plenarie ꝓ emēda
cati. Et ſic patet pars ſecunda.

Pars tertia vbi declaratur ꝙ ad hoc ꝙ cō
ſio ſit deo grata debet fieri cū ſimplicitate

Tertio aduertendū eſt ꝙ vt confeſ
ſio ſit deo grata dꝫ fieri cum ſimpli
citate ⁊ puritate q̄ in tribꝰ cōſiſtere
letur. ¶ Primo in euitatione mendacij:
ſm theologos qui in ꝯfeſſione mētitur ſem
mortaliter peccat: tū qꝛ p̄cepto eſt inobe
nsco ꝙ ſuā conſcientiā ſacerdoti nō ma
eſtat: veritas ergo in ꝯfeſſione dicēda eſt: vt
Aug. ait ſermone. xxꝰ. ſup Jo. Hoc ē ꝯfite
dicere qđ habes in corde: Si autē aliud i
de habes ⁊ aliud dicis: loqueris non con
eris. hec ille. Hinc ē ſm Alex. vbi. ſ. ⁊ Ri
. in. 4. di. xi. ar. 3. q. 4. Nō etiā in ꝯfeſſio
e nō dꝫ dicere quis qđ nō fecit humilitatꝭ
ſa: qđ ꝓbo rōne: auctē: ⁊ ſimilitudine.
tione ſic: Nullus in ꝯfeſſione mētiri dꝫ:
dictū eſt: ſed quicūqꝫ dicit ſe feciſſe qđ nō
it mentitur. Preterea minꝰ quilibet ſe offen
e debet ꝙ̄ ꝓximū: ſed non lꝫ alicui ferre
a proximū ſuū falſū teſtimoniū: vt patet
od. xo. ergo minus licet ferre ꝯtra ſeipſum:
cōfiteri aliqđ peccatū qđ non fecit: ē con
ſeipſū ferre teſtimoniū falſū: ergo ⁊c. Pre
ea nullꝰ pōt procurare ꝙ puniatur innocēs
e pctō: ſed qui confitetur peccatū quod non
it facit ꝙ innocēs puniatur a ſacerdote ſine
cato: ergo ⁊c. Nō ſi contradicatur ſic: In
ritione licet ꝯteri ſine dolore plus debito
am ſatiſfacere plus debito: ergo videtur ſimili
ꝙ in ꝯfeſſiōe licet ꝯfiteri plus debito: qđ
ē aliud niſi ꝯfiteri plura ſe cōmiſiſſe pctā
cōmiſit. Ad hoc dicendū ſm Alex. ꝙ nō

eſt ſimile. Nunqꝫ enim aliqs pōt certus eſſe
de ſufficienti cōtritione ⁊ ſatiſfactione: ⁊ idō
quātūcūqꝫ ꝯteratur vel ſatiſfaciat nunqꝫ tamē
illa ſatiſfactio vel contritio eſt ſupabundās
ꝙ̄tū ad ipſū: Quis ſit ſuperabundās ſm rei
veritatē. Et ideo nullū ē ibi peccatū: ſed po
tius acquiſitio meriti. De cōfeſſione vero nō ē
ſic: ideo de illa poteſt quis ⁊ debet eē certus
Auctē hoc idem probatur Aug. xx. q. 2. c.
cū humilitatis di. Cū humilitatis cā mēti
ris: ſi non eras peccatoꝛ anteqꝫ moꝛeris mē
tiendo efficeris qđ euitaueras: veritas autē
vera in te non ē niſi ita te dixeris peccatoꝛē
vt te etiā eē cognoſcas. hec ibi. Et i p̄mo de
ciui. dei. xi. c. Teſtimonij falſi non minus
reus ē qui ꝺ ſe ipſo falſū fatetur ꝙ̄ ſi aduerſus
ꝓximū hoc faceret. hec ille. Nō ſi ꝯdicatur per
auctē Greg. di. 5. c. ad eiꝰ. Bonarꝫ mentitū
ē ibi culpā cognoſcere vbi culpa nō ē: ergo a ſili
Bonarꝫ mētitū ē ꝯfiteri culpā vbi nō ē. Ad
hoc. R. Tho. ꝙ illud dupliciter pōt intelligi.
Uno. ꝙ̄tū ad opationē: ⁊ ſic nō ē verū: nō enī
ptinet ad bonā mentē ſed ad errātē vt ſe actū
aliquē cōmiſiſſe cognoſcat quē nō cōmiſit. Alio
mō ꝙ̄tū ad ꝯditionē actꝰ: ⁊ ſic verū ē qđ dicit
Greg. qꝛ iuſtꝰ in actu q̄ de ſe bonꝰ dꝫ formi
dat ne aliqđ defecerit ex parte ſua: iuxta illō
Job. 9. Verebar opa mea: ⁊ idō ad bonā mē
tem ptinet vt etiā foꝛmidinē quam coꝛde te
net lingua accuſet: vt patebit. j. ¶ Poſtre
mo hoc idē ꝓbatur ſilitudine: qꝛ ſicut i iudicio
exterioꝛi nullꝰ dꝫ aliquā accuſationē ꝓponē
ꝯ aliquē ſi nō hꝫ ꝓbationē ⁊ idoneos teſtes
ita ſiliter nec in iudicio penali dꝫ qs aliqđ ꝓpo
nere niſi habeat teſtē ꝯſcientiā vt legē mētis q̄
hoc dictet. Cum ergo in peccato qđ nō fecit
nō habeat teſtē ꝯſciētiā: videtur ꝙ ſup ius nō
poſſit ſe accuſare in iudicio ꝯfeſſionis: verū ergo
ꝯfeſſio eē pura cū euitatione omīs mēdacij.
¶ Secūdo puritas ꝯfeſſionis videtur ꝯſiſtē i
euitatōe duplicitatis: ꝓfecto ſicut ꝯſcīa di
ctat pctm̄ ꝯfiteri dꝫ. Ubi no. ſꝫ Alex. vbi ſ.
ꝙ penitēs aliqn̄ ſcit ſe feciſſe pctm̄ ⁊ tūc ſim
pliciter obligatur ad ꝯfitendū illud: ⁊ ſi appōnit
ꝯditionē aliquā di. ſi peccaui: nō ē ꝯfeſſio. Ali
qn̄ timet ſe peccaſſe: ⁊ tūc nō obligatur ad ꝯfi
tēdū illud ſimpliciter niſi ſub ꝯditione vt cum qs
dubitat ſe peccaſſe debet dicere: Si feci tale
peccatū vel dixi tale verbum: dico meā cul
pam ⁊ volo ſubire penitentiā. Aliqn̄ ſe opi
natur peccaſſe: ⁊ tūc obligatur ad confitendum

absolute: sed inquantũ credit se fecisse illud
sicut accidit in illis q̄ nimis hn̄t cõscientias
strictas: vñ freq̄nter credũt peccare qñ nõ
peccant: credũt dico post factũ: qꝛ si ante cre
derent peccare mortaliter in ꝑpetratõe oꝑis
cõmitterēt se discrimini ⁊ peccarēt mortalit̄
⁊ de talibꝰ intelligit̄ dictũ Greg. Bonarꝫ
mentiũ ⁊c̄. Si igit̄ aliquis dubitat de aliq̄
pctõ an sit mortale tenet̄ illud cõfiteri manē
te dubitatiõe. In pⁱma ꝯfessione qñ aliquis
scit se peccasse ⁊ simplicit̄ cõfitet̄ est veritas
in re: in corde: ⁊ in sermone. In secũda vero cõ
fessione qñ aliq̄s se timet peccasse est incerti
tudo: ⁊ iõ nõ dꝫ tũc ꝯfiteri simplicit̄ sꝫ cõdi
tionaliter: vt patet. s. In tertia aũt cõfessio
ne qñ opinat̄ aliq̄s se peccasse ⁊ nõ peccauit:
est falsitas in re ⁊ in sermone: sꝫ veritas i cor
de: vnde licꝫ talis dicat falsũ nõ tñ mentit̄:
falsitas enim est cõtra veritatē in re vel in ser
mone: mendaciũ vero ꝓprie cõtra veritatē in
mente. hec Alex. Certũ ergo ꝓ certo ⁊ du
bium ꝓ dubio in ꝯfessione accipiat̄: ⁊ illa du
bietas in q̄ animꝰ magis inclinat̄ nõ taceat̄:
tñ cauendũ est ne cõsciētia sit aut grossa aut
erronea aut ꝑsũptuosa. Et iõ cũ quis suam
conscientiã cũ oĩ diligētia examinauerit exi
stimare debet ꝙ multa mala q̄ ignorãtur ab
eo in ipso cognoscunt̄ a deo: hinc ꝓpha dic̄:
Delicta quis intelligit: ab oc. m. m. me ⁊c̄. et
pme Chor. 4. dicit Paulꝰ: Nihil mihi con
scius sum: sꝫ nõ in hoc iustificatus sũ: q̄ aũt
iudicat me deꝰ est. Et iõ tutũ est vt penitens
se accuset de oĩ pctõ qd̄ ex negligētia vel obli
uiõe dimiserit in ꝯfessione: etiã si cõfessioni
diligentiã debitã adhibuit: ⁊ sic cõfessio dꝫ
fieri cũ duplicitatis euitatione. ¶ Tertio
puritas ꝯfessionis videt̄ cõsistere in euitatio
ne excusationis: vt vꝫ penitens pctm̄ suum
nõ excuset ideo accuset: Unde Aug. in libᵒ.
50. omel. omel. 12. ait: Confiteamur pecca
ta nostra nõ excusemꝰ: tu fecisti: tu reus es:
tu cõfitere: tibi ignoscit̄. Si aũt tu dicas nõ
feci ego: vbicũqꝫ verbũ excusare volueris pec
catũ tuũ manet in te: ⁊ nõ illud tantũmõ sꝫ
etiã huiꝰ supbie ꝙ cõfiteri noluisti. Et in liᵒ.
de verbis dñi. sermone. 7. ait: Esto accusator
tuus ⁊ deꝰ erit indultor tuus: de enim crimē
qd̄ facimꝰ vel nostre est negligētie: eteni san
ctitas ⁊ virtus dei ē indulgētie. hec ille. Cõ
uenit qd̄ faciũt m̃lti q̄ pctm̄ suũ vel retorquēt
in deũ dicentes: deus voluit ⁊ tamē peccare
fecit: sed isti mētiunt̄: qꝛ deꝰ nõ est cã effecti
ua peccati vel retorquēt in fatũ dicentes. Fa
tum me peccare fecit: quia fatũ nõ est cã pec
candi: vnde Aug. 5. de ciui. dei. Si q̄s vir
tutem vel potestatē dei fati noie appellat sen
tentiam teneat: linguã corrigat. hec ille. Uel
retorquēt in diabolũ: hoiem: mulierē: ꝯstella
tionē vel cõplexionē: ⁊ hmõi. ⁊ isti multi fal
luntur: quia oĩa hec ⁊ si alliciãt ad pctm̄ non
tamē necessitãt: ⁊ ideo qui vult hñ confiteri
nõ accuset aliũ sicut fecit Adã accusans vxo
rem ⁊ vxor serpentē Geñ. 3. sed sicut isti qui
se excusauerũt veniã nõ inuenerũt: ita peni
tentes qui pctã alienis imponũt remissionē
minime ꝑcipiũt: sꝫ accuset seipsum dicens illud
ps. Sana aĩam meã quia peccaui tibi. Et il
lud. 2. Reg. 23. Ego sum q̄ peccaui: ego ini
que egi. Cõfirmat oĩa ista Aug. in liᵒ. de ve
ra ⁊ falsa pniã di. Ne velit hõ se excusare ne
augeat crimē vt Adã cui nõ sufficiebat pec
care: sed suũ ampliabat crimē culpando vxo
rem: ⁊ culpã trãsferēs in auctorē. Istud pec
catũ incurrit̄ multotiēs: sꝫ neglectũ ignora
tur. Nõ itaqꝫ pctõres dicamꝰ vel peccantes:
nõ aliud potui cũ me cõstitui furē: qꝛ deꝰ fe
cit me pauperē nec mirũ si deditꝰ sũ fornicatõi
qꝛ tal' creatꝰ sũ nature ⁊ fragilitatꝫ: fragilitas
eni mea m̃lta cogit me cõmittere crimia ta
lia errat eni q̄ sic fallit̄. Nã eni talis est vt
possit quisqꝫ resistere malo cui se subijcit ex
arbitrio. Sunt enim q̄ se defendũt culpã in
dei ꝓuidentia reputãtes: dei ordinationi ⁊
necessitati qd̄ relictũ est volũtati ⁊ arbitrij
libertati. Sciuit enĩ deꝰ q̄d facturꝰ eēt q̄ per
petrat sed nõ ordinauit pctm̄ q̄ nullũ relinq̄t
impunitũ. hec ille. Et in liᵒ. 50. omel. omel. 12.
Multi sic cõfessionē pcti fugiũt vt ipsũ sa
than accusent se aũt nihil mali fecisse dicant
Et cũ castigant̄ aliq̄ ⁊ dicit̄ eis q̄liter hoc fe
cistis R. quia diabolꝰ hoc fecit. Non est eni
vñ plus gaudeat diabolꝰ nisi qñ hõ dicit: di
abolus hoc fecit vt peccaret: qñ eni dicit: dia
bolus hoc fecit nõ se accusat ⁊ dum pctã sua
dissimulat ꝯfiteri indulgentiã nõ meret̄ ac
cipe. R. ergo ⁊ dicit: diabolus hoc fecit: q̄si tra
xerit eũ diabolus aut violētiã fecerit. Sua
dere enĩ ⁊ sollicitare põt: cogere oĩno nõ po
test. hec ille. Nolite igit̄ pctõres excusare vos
i cõfessione: sꝫ potiꝰ accusare q̄ potiꝰ voluistis

obtemꝑare diabolo ad luxuriā ⁊ auaritiaꝫ:
necnō ad suꝑbiā ⁊ alia pctā ēuitāti ⁊ ad eter/
nā dānatōnē trahēti q̄ obedire deo salubria
⁊ ad eternā patriā inducētia ꝑcipiēti: vt ipa
feliciter gloriemur: Amen.

Feria. 5. post tertiā dn̄icā in. xlª. de cōfes
sionis nudatiōe fortificatione ⁊ verecūdati
one Sermo. 63.

Exibant aūt
demonia a multis. Scri/
bunt hec verba Luc. 4.
In isto sacro euangelio
frēs charissimi ponūtur
tria sacr̄ꝫ cōfessionis my/
stice designantia ¶ Primū ē sanatio socrus
Simonis. Nā dicit text⁹ q̄ surgēs Jesus ō
synagoga intrauit in domū Simōis: socr⁹
aūt Simonis tenebat magnis febrib⁹: ⁊ ro/
gauerūt illum ꝓ ea: ⁊ stās sup eā imꝑauit fe
bri: lꝫ eni ꝫm Nicho. de lira ꝟtute nāe febris
possit curari: nō tn̄ in instanti: Jesus aūt sa/
nauit illā subito: iō sequit. Et dimisit illā .s.
febris: ⁊ ꝯtinuo ꝯsurgēs mīstrabat illis. Ex
quo ostēdit q̄ ista curatio fuit miraculosa
ad discipulorū ꝯfirmationē. Jta stās sacer/
dos sup aiaꝫ peccatricē ⁊ penitētē in ꝯfessiōe
pctā sua aperiētē: impat febri. i. pctō: ⁊ cōti/
nuo ꝟtute clauiū absoluit ⁊ liberat. ¶ Se/
cūdū est de sanatiōe aliorū ifirmorū: vnde
sequit. Cū sol aūt occidisset oēs qui hēbāt
infirmos varijs languorib⁹: ducebāt illos
ad euꝫ: At ille singulis man⁹ iponēs cura/
bat eos. Jta ⁊ sacerdos ꝑ man⁹ ipositioneꝫ
sanat oēs lāguores pctōꝝ ꝯfitētiū. ¶ Po/
stremū ⁊ vltimū est verbū ꝓpositū di. Exi/
bant aūt demōia a multis: q2. s. ꝑ cōfessionē
recedūt demonia ⁊ pctā. De qua ꝯfessiōe vl/
tra p̄dicta in p̄n̄ti ꝫmōe tria vtiq̄ ānotant.
Primū dr̄ ꝯfessiōis nudatio. Secūdū dr̄ cō
fessionis verecūdatio. Tertiū dicitur cōfes/
sionis fortificatio.

Pars p̄ma vbi declarat q̄ confessio de/
bet fieri cū nudatione.

Primo igit i isto ꝫmōe dico q̄ ꝯfes/
sio dꝫ eē nuda. i. ꝟbis n̄ iuolut̄ ꝫ cla/
ris ⁊ aptis fcā: ita q̄ ꝯfessor intelli/
gat q̄d ꝯfitēs dicit ptinēs ad necessitatē ꝯfes
siōis: q2 seip̄m ifirm⁹ deciperet q̄ medico coo/
pertū vuln⁹ ostēderet: ⁊ iō dꝫ eē nuda q̄tuꝫ
ad tria. Prio quātū ad singularē ꝑticulari/
tatē. Scdo quātū ad gn̄alē vniuersalitatē.
Tertio quātū ad ꝓpriā ꝟbositatē. ¶ Ꝑ di/
co q̄ ꝯfessio dꝫ eē nuda quātū ad singulareꝫ
ꝑticularitatē. n̄. n. sufficit in gn̄ali ꝯfiteri pec
cata sua dicēdo sic dicit Aug⁹ i ꝑsona ei⁹ q̄
ꝫ facit. Ego pctōr inq̄t dn̄e sacerdos ꝑecca
caui ꝑiurādo: adulterādo: fornicādo: hoieꝫ
occidēdo: sacrilegiū cōmittēdo: furādo: ra/
piēdo: ꝫ oia cōmisi oꝑe vl' volūtate. Cōfitē
tur q̄ n̄ fecerūt inꝑonētes: reuelata velātes
Et q̄ ꝫ n̄ sufficiat ꝫ necesse sigillati ⁊ ꝑticla/
tiꝫ ꝑ̄itētē ꝯfiteri pctā de q̄b⁹ recordat. Pro
bat ꝫm Alex. vbi. s̄. ⁊ btm̄ Tho. i. 4. di. 21. i
expōne lr̄e trib⁹ rōnib⁹. ¶ Pria ē ex ꝑte ꝯfi
tenꝭ: q2 sicut ex auersiōe a deo culpa ꝯmittit
sic ex ꝯuersiōe ad deū cū ꝯtritōe ⁊ obligatōe
ad ꝑenā culpa rēittit: dolor. n. ꝯtritōis dꝫ eē
ex seꝑatiōe a deo: ꝑ̄na ꝟo q̄ satisfacit dꝫ rn̄dē
delectatiōi quā i ꝯuersiōe ad creaturā hn̄t: ⁊
q2 ista ꝯuersio trahit pctm̄ in spēꝫ: iō ꝯfessio
q̄ fit rōne ꝑene iiūgēde dꝫ fieri i spāli. ¶ 2ª
rō ē ex ꝑte sacerdotꝭ: q2 ip̄e n̄ pōt taxare q̄ti
tatē ꝑene nisi sibi inotuēit ꝑ ꝯfessionē q̄titas
culpe: q̄titas aūt culpe nō pōt inotescē: nisi
fiat cōfessio ꝑticularit de singul' pctīs. ¶ 3ª
rō ē ex ꝑte stat⁹: nūc. n. sum⁹ in lumie gr̄e: ⁊
iō sicut in lumie nihil abscōdit: sic nec in ꝯfes
siōe dꝫ aliq̄d occultari: occultaret aūt si ꝯfes
sio fieret tm̄ i gn̄ali. Nō si ꝯ dicat sic. Cōtri
tio nō oꝫ q̄ sit sigillatiꝫ de oīb⁹: q2 sicut ꝯtin
git cogitantē se offendisse ꝯteri i gn̄ali: et il/
la ꝯtritiōe pctm̄ deleri: ita vr̄ q̄ ꝯtigēte casu
q̄ aliq̄s ꝯfiteat pctā in gn̄ali ip̄ꝫ illa ꝯfessiōe
absolui a reatu. Ad ꝫ ait Alex. q̄ ꝯtritio re
fert ad deū ꝓprie loq̄ndo q̄ oia nouit spālis
sime. ꝯfessio aūt refert hoi q̄ dꝫ iiūgē pniaꝫ
ꝫm exigētiā demeritoꝝ: qđ facere nō pōt nisi
fiat sibi discreta ⁊ ꝑticularis ꝯfessio. Uel pōt
dici ⁊ breui⁹ q̄ etiā oꝫ de oi pctō qđ mēorie
occurrit singularit cōteri: vt pꝫ. s̄. ō ꝯtritōe
hocidē ꝓbat auctoritatib⁹ ꝓphe Bernar
di ⁊ Mgr̄i. Propha ait. Lauabo ꝑ sin. no.
le. me. i. mūdabo cōsciaꝫ meā: ꝑ sin. no. i. ꝑer
singula pctā ꝫm glo. Ber. ait super Canti.
Dē qđ remordet cōsciaꝫ cōfitere hūilit pu/
re ⁊ fidelit: ⁊ nota q̄ dicit oē: ad designādū
q̄ q̄ oē dicit nihil excludit. Mgr̄ i. 4. di. 21.
c. p⁹ ꝫ ait. Oia crimina semel saltē in cōfessi
one oꝫ exp̄mi: nisi aliq̄ a mēte excideret q̄ dꝫ

gn̄alit̄ cōfiteri ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ deo: vt dicas
delicta mea a te nō sūt abscōdita. q. d. de⁹ q̄
nosti abscondita cordis ⁊ opa mea ⁊ delicta
mea a te nō sūt abscōdita: qb⁹ veniā largia-
ris: vbi insinuat̄ ꝙ gn̄alis cōfessio n̄ solū ve
nialia ſ; etiā mortalia delet: quorū itelligen-
tia vel mēoria nō habet̄: q̄si velit dicere. Ma
gister: ꝙ gn̄alis ꝯfessio nō sufficit de his que
mēorie occurrūt ſ; pticularis requirit̄. Nō
sit̄ hoc arguat̄ etiā p auctoritatē scripture.
Luc. 18. De⁹ propiti⁹ esto mihi pctōri. ⁊ se
quit̄: descēdit iustificat⁹ ab illo. Cū hic igit̄
nō exp̄mat̄ pctm̄ nisi in gn̄ali: vr̄ ꝙ sufficiat
pctā cōfiteri in gn̄ali dicēdo: multū peccaui
p incōtinētiā: ⁊ sic d̄ alijs. Ad hoc ait Alex.
ꝙ sec⁹ ē de ꝯfessiōe facta deo ⁊ facta hoi. In
cōfessione eni q̄ fit deo: hō iustificat̄ a culpa
ad quā iustificationē sufficit cōtritio ⁊ cōfes
sio gn̄alis. In cōfessiōe ꝟo facta hoi iustifi
cat̄ a pena: ad quā iustificatōnē ē necessaria
cōfessio pticularis rōnib⁹ p̄dictis. Postrēo
hoc idē ꝓbat̄ exēplo ipsi⁹ Hiero. di. Nō sa
Octau⁹ ẽ p iiuriaꝝ remissionẽ. dicit eni dñs
Luc. 8. Dimittite ⁊ dimittet vobis. Siliẽ
qdã addũt p flagelloꝝ supportatiõez. No
nus ẽ p deuotã orõnẽ p̃cipue dñicalẽ de pe.
dis. 3. de quotidianis. Et de his aliq̃ ponũt
os v̄sus. Cõfiteor: tondor: cõspergor: cõ
ror: oro. Signo: edo: dono: p hec venialia
no Decim⁹ ⁊ vltim⁹ põt addi p idulgẽtias
ositas a ptãtẽ habente. extra de pe. ⁊ re. ꝙ
it. Et generalit̃ p qd̃cũqȝ bonũ op⁹ dicto
medicina de pe. dis. i. ibi. Redime te ope/
⁹ tuis. Et qd̃ dictũ ẽ de venialib⁹ idẽ etiã
telligit̃ de mortalib⁹ p verã pniam ⁊ con/
ssionẽ ad venialia redactis: qd̃ pbat̃ p il/
d Aug⁹ de pe. dis. i. Quẽ penitet fit venia
p cõfessionẽ qd̃ erat criminale in ope: ⁊ si
statim purgat̃ tñ fit veniale qd̃ cõmiserat
ortale. Et qd̃ idẽ intelligat̃ de mortalib⁹
fessis pz in dicto. c. de q̃tidianis. Et dicit
Tho. ꝙ pauciora venialia vl̃ plura per ista
mittũt ẜm ꝙ p h̃ maior vel minor feruor
citat̃. vñ nõ sp̃ oĩa venialia remittuntur.

¶ Sz nota ẜm Ric. in. 4. dis. 16. ar. 3. q. 2.
Et Alex. vbi. s̃. in oĩbus. Q2 nõ põt remit
ti veniale nisi p̃us remissum fuerit mortale
põt bñ remitti mortale sine veniali: ⁊ venia/
le sine alio: q2 act⁹ grẽ veniali pctõ opposit⁹
p quã veniale pctm̃ remittit̃: nõ põt eẽ sine
habitu grẽ q̃ pctõ mortali ẜm se opponit̃ ẜz
qd̃ dictũ ẽ: ⁊ ideo sine mortali nõ põt venia/
le remitti. Surge igit̃ aĩa mea ⁊ cõfitere pec
cata mortalia ⁊ etiã venialia si potes: vel p̃/
dictis modis delẽ conare ad euadẽdas gra/
uissimas penas purgatorij: ppter quod ait
Aug⁹ i ep̃la ad Volẽtianũ. Timẽda sũt pua
pctã: q2 ꝙuis pua tñ crebra subrepũt q̃ si col
lecta ↄ̃ nos fuerũt: ita nos grauabũt ⁊ oppri
mẽt sicut aliqd̃ graue pctm̃. Quid eni inter
est ad naufragiũ: vtꝝ vno grandi fluctu na
uis opriat̃ aut paulati subrepẽs aq̃ i sentina
⁊ p negligẽtiã derelicta atqȝ contẽpta ipleat
nauẽ atqȝ demergat? Ad quoꝝ remediũ ieiu
nia ⁊ elemosyne ⁊ orones sũt. et i li°. de pe. hoc
idẽ affirmat di. Ista assidua pena qd̃dãmo/
do q̃si vlcera assidua lauent̃ cõfessione assi/
dua restaurent̃ elemosynaꝝ largitiõe resur/
gam⁹ ptinus ad p̃stinã restaurationẽ ⁊ pfe/
ctionẽ ne istis p sua mulplicitate q̃si quadã
scabie patiamur corrumpi ⁊ collidi. Hec ille
Emũdare g̊ aĩa mea emũdare dico nõ solũ
a mortali: sed etiã a venialib⁹ ꝙtũ potes vt
sic nitida mũda ⁊ imaculata puenire possis
ad patriã paradisi vbi spõsus tuus Jesus vi
uit ⁊ regnat. ⁊c̃. Amen.

¶ Dñica 4ᵃ. in xlᵃ. De integratione confes/
sionis ⁊ reiteratiõe. ¶ Sermo. 66⁹.

L Etare steri
lis que non paris erũpe
⁊ clama q̃ nõ parturis.
Ad Gal. 4. Tanta est
seueritas extremi iudi/
cij dei frẽs charissimi vt
min⁹ malũ sit rõnali creature nõ nasci ꝙ p⁹
natiuitatẽ multitudine pctõꝝ maculari ⁊ in
eis sine pnia mori: q̃ qdẽ snĩa est exẽplo iude
⁊ auctoritate xp̃i Math. 26. di. pbat̃. Bo
nũ erat ei si nat⁹ nõ fuisset hõ ille: nec mirã/
dũ est si res sic se habet q̃m sacraꝝ litteraruz
tractatores aiũt: hoĩes i vtero ⁊ ex vt̃o nasci
Qui aũt in vtero moriũt̃ ⁊ ex vtero nõ na/
scũt̃ ex ne dãnationi dũtaxat pena dãni pu/

niũť: vt i sermonario de trib⁹ pctis ser mõe
6°. apte declaratũ est. Qui vo ex vtero nati
sũt ⁊ aliquo pctõ mortali maculãť: ⁊ sic ma/
culati vt sepi⁹ euenire cõtingit sine pnia ⁊ cõ
fessione decedũt: nõ solũ pena dãni sz etiam
pena sensus ignis acerbi ⁊ eternaliť cruciãť.
Qua ppť dicta snĩa vera ẽ: q2. s. meli⁹ ẽ non
nasci q̃ sic natũ in pctõ mori: iõ meli⁹ ẽ mu/
lieri nõ generare filios q̃ generatos ⁊ multi
tudine vitiorũ maculatos aspicẽ: vñ vas ele/
ctionis Paul⁹ hodie clamat vba pposita di.
Letare sterilis ⁊c̃. Sz q2 multi i pctĩs mori
unť ex ɔfessiõe defectu: vel nõ oĩo facta: aut
nõ debitis circũstãtijs expedite. Idcirco vl/
tra pdicta de ɔfessiõe i pñti sermõe tria alia
cõcurrũt ɔsiderãda. Primũ erit de ɔfessio/
nis integratione. 2m erit de ɔfessionis itera
tione. 3m de cõfessionis discretione.

Pars pma in qua tractatur de confessi
onis integratione.

Primo igiť isto sermõe aduertẽdũ
q̃ ad hoc q̃ cõfessio sit vera ⁊ valida
in cõspcũ dei necesse ẽ eã cũ itegrita
te fieri: h̃ q̃ ẽ cõfessori cui q̃s ɔfiteť cõfiteať
oĩa pctã sua mortalia pus nõ legitime cõfes
sa ⁊ ei⁹ necessarias circũstãtias. ex̃ de pe. ⁊ re.
c. ois. ¶ Ad cui⁹ integritatis declaratiõez
tria dubia hic habẽt declarari. Primũ ẽ an
liceat aliq̃ mõ diminuere ɔfessionẽ: h̃ ẽ pau/
ciora pctã ɔfiteri q̃ fecerit ipse penitẽs. 2m
ẽ si necesse ẽ ɔfiteri circũstãtias pctõrũ. 3m ẽ
q̃ circũstãtie sũt cõfitẽde ¶ Ad pmũ rñdit
Alex. de al. vbi. s̃. di. q̃ nullo mõ ẽ diminu/
enda ɔfessio: imo itegra debet eẽ: nec aliť eẽt
salutaris. vñ Eccle. 35. Salutare sacrificiũ
ẽ attẽdere mãdatis ⁊ discedere ab oĩ iniq̃ta
te: vñ cõfessio dimidiata nõ valet: q2 aĩa nõ
põt viuificari ab vno nisi viuificeť ab alio:
nec inocẽtia põt sibi restitui nisi tota restitu
atur. Preterea nõ valet cõfessio dimidiata
ad remissionẽ alicui⁹ pcti: q2 dñs nõ remit/
tit vnũ pctm̃ sine alijs: vt pz. s̃. de pctõ in ge
nerali. Remissio eni pcti fit p ifusionẽ grẽ ⁊
virtutũ: grã eni nõ patiť secum aliq̃ð pctm̃
neq3 virt⁹. Preterea vtutes q̃ sũt vitijs op/
posite cõnexe sũt: vñ q̃ hz vnã hz oẽs: ⁊ qui
vnã nõ hz nullã hz. Cõfessio igiť integre fie
ri debet absq3 aliq̃ diminutõe: vñ sic ɔ faciẽ/
tẽ di2 Osee. 13. Abscõditũ ẽ pctm̃ ei⁹: dolo/
res pturiẽtis veniẽt ei. Hinc ẽ qð ait Beda

Quid pdest si tota ciuitas custodiať: ⁊ vnũ
foramẽ p qð hostes intrãt relinq̃ť. q. d. nihil
ppterea ppha psal. 9. dicit. Cõfitebor tibi
dñe i toto corde meo. q2 sil' oĩa pctã fateri de
bẽt. Qð si ɔdicať sic. Regula ẽ i theologia q̃
q2 mala facim⁹ mali sum⁹: nõ q2 bona faci
m⁹ boni sum⁹. Si ãt q2 mala facim⁹ mali su
m⁹: g̃ si malũ siue mala desinam⁹ facẽ mal
desinim⁹ esse. Si ãt affirmatio ẽ cã affirma
tiõis: etiã negatio est causa negationis: ig
tur si desinim⁹ in parte mala facere in part
mali desinimus eẽ: sed confitens vnã parte
peccatorũ in ptem desinit male facere: ergo
partẽ desinit mal⁹: sed expedit desinere ma
lus eẽ i pte: g̃ cõfiteri i pte ⁊ penitere. Ad
rñdet Alex. q̃ illud nõ seq̃ť: q2 mali a nobi
possum⁹ eẽ: sz boni neq̃q̃: vñ Mar. x. Ne
mo bon⁹ nisi sol⁹ de⁹: ait glo. q̃ sol⁹ p se ⁊ al
p ipsũ boni. Qñ g̃ dr̃ si affirmatio ẽ cã affi
mationis. ⁊c̃. dicẽdũ fm glo. sup illud Ro
7. Qð eni opor nõ intelligo. q̃ dimittere b
nũ ⁊ facere malum ptes opationis male: d
eni larga acceptatiõe ⁊ ɔsueta locutiõe eti
ille opari malũ q̃ dimittit bonũ. Et fm bũ
modũ verũ ẽ: q̃ q̃a malũ facim⁹ mali sumu
q2 malũ facit q̃ bonũ ad qð teneť omitti
Sumať g̃ eodẽ mõ in negatiua li facere v
sit sensus: q2 nõ facim⁹ malũ neq3 cõmitter
do neq3 omittẽdo boni sum⁹ vel mali nõ
mus. Sz hoc nõ põt dicere q̃ ɔfiteť vnũ p
catũ aliud nõ ɔfitẽdo: q2 cũ cõfessio debea
eẽ integra: q̃ vnũ pctm̃ cõfiteť ⁊ aliud cela
omittit qð facere deberet. Preterea si dicať c
fiteri hoc pctm̃ ⁊ siliť ɔfiteri illud ẽ bonum
nec ɔfiteri hoc pctm̃ hz qð bonũ ẽ ex ɔfessi
ne alteri⁹: g̃ bonũ ⁊ p se ẽ hoc ɔfiteri nõ cõ
tẽdo illud. Ad hoc ait Alex. q̃ hoc bonũ e
verũ: q2 bonũ ẽ in genẽ: nec q̃ sit bonũ i gr
hz ex ɔfessione alteri⁹ pcti: h̃ in cãu pposit
illud bonũ deformať ex inordinata volũt
te cõfitẽtis q̃ sic diminuendo ɔfessionẽ ma
ciã suã tegere intẽdit qð ẽ vitiũ siue pcti h
pocrisis: vt pz de pe. di. 5. c. cõsideret. P
stremo si dicať Naũ. i. Nõ ɔsurget duple
tribulatio. ⁊ alia lr̃a dicit: Nõ iudicabit b
in idipsũ: g̃ si iste ɔfiteať q̃dã pctã ⁊ q̃dã re
neat: ⁊ sacerdos de confessis pniam iiung
cõdignã: ⁊ ɔfitens totã illã facit nõ puni
a deo in futuro p illis: aliť eni bis iudicar
qð falsũ est. Et sic videť q̃ de⁹ remittit h

pctā sine alijs. Ad hoc ait Alex. Nō huius
modi cōfessio ficta est: sꝫ fictio tollit vtilita
tē sacri: ꝗ. ⁊c̄. Nō aūt hec cōfessio sit ficta pꝫ
qꝛ triplex est modꝰ fictiōis: vnꝰ ē qn̄ nō cre-
dit articulos sed infidelis accedit ad sacrm̄.
Aliꝰ ē qn̄ bn̄ credit ꝙ valeāt sacra: diffidit
tn̄ de hoc sacro vel de illo: vt de ꝯfessione vl̄
aliqd̄ tale credēs ꝙ sibi nō valeat. Tertiꝰ ē
qn̄ ⁊ si bn̄ credit ꝙ hoc sacrm̄ sibi valeat: tn̄
qdā pctā retinet quoꝝ recordat̄: ⁊ sic confes
sio est ficta ⁊ nulla: sicut nec fictꝰ accessus ad
alia sacra. Cōfitere ꝗ aīa mea integre ⁊ ꝑ-
fecte de oībꝰ pctis quoꝝ recordaris ⁊ oīa dic
sacerdoti ut fructū recipias sacri: ꝙ si nō re-
cordaris sufficit tibi post sufficiētē ꝑparatio
nē dolere in genē ⁊ cōfiteri ⁊ dicere te deū i
multis offendisse quoꝝ nō recordaris: qꝛ vt
scribit in glo. sup. c. porrecta. extra de cōfir.
vtili vel inutili. C. de vetere iu. enucle. l. z.
siquidē aūt. Diuꝫ habere memoriā et in
nullo penitꝰ peccare potiꝰ est diuinitatis ꝙ̄
humanitatis. Et nota ſm̄ Ricar. in. 4. dis. zi
a. 3. q. 3. Nō ꝑ cōfessionē generalē cū gene-
rali ꝯtritiōe remittunt̄ mortalia oblita: deꝰ
enī ab hoīe nō requirit vltra posse. ¶ At-
tende tn̄ aīa mea ꝙ si recordaris ⁊ nolis dice
re: nec das operā vt recorderis ꝯfessio tua ē
infructuosa: vn̄ de pe. dis. 5. c. frēs nr̄os dr̄:
falsā pniam cōstat ēē cū spretis pluribꝰ de
vno solo pnia agit̄: aut dum sic agit̄ de vno
vt non discedat ab alio: vn̄ scriptū est: Qui
totā legē seruauerit offendat āt ī vno: factꝰ ē
omniuꝫ reus. s. ꝙ̄tū ad vitā eternā. Cōfirmat
ista Augꝰ in liº de vera ⁊ falsa pnia. et habet̄
de pe. dis. 5. c. consideret di. Dolendū enim
est ⁊ dolore purgandū: qꝛ nō solū peccauit:
sed quia etiā se virtute priuauit. Nam licꝫ
gaudeeret se ꝯsecutuꝝ veniam: dolere tamē pōt
quia nō ꝓmeruit vnde remunerari ꝯfidat:
doleat etiā quoniā in vno cōfidēs factꝰ est
omniuꝫ reus. Ingratꝰ enī extitit qui plenū vir
tutibꝰ deum nō timuit: in hoc enī quisqꝫ pec
cator fit culpabilior: quo est deo acceptior:
deo enī plus peccauit qui plus oī bono abū
dauit: etiā aliquo modo offendēs in vno fa-
ctus est omniū reus: quia oīs virtus detri-
mentū patitur ab vno vitio: vnde oīs vir-
tus cuiusqꝫ vitio ē deflenda ⁊ ꝺ oībꝰ indulgē
tia petenda. Hec ille. ¶ Ad zm dicenduꝫ
est ſm̄ Alex. Nō necesse est cōfiteri non tm̄
genus peccati: sed etiā circūstantias eiꝰ: qꝛ
sicut habet̄ in quadā glo. super illud Leuit.
Iuxta mensurā pcti ⁊ extimationē pcti of-
fert̄ ꝓ quātitate ⁊ qualitate culpe. ⁊c̄. men-
surāt̄ flagella penitētie. Et Deutº. z5. Pro
mensura peccati. ⁊c̄. Quaꝓpter ad hoc ꝙ
pene siue penitentie modo debito iiungan-
tur oportet ꝙ sciat̄ qualitas culparū: quod
fieri nō pōt nisi sciant̄ circūstātie: ꝗ necesse ē
eas confiteri. Confirmat̄ ista rō sic: quedā
circūstantia auget peccatū quedaꝫ minuit.
Ad hoc igit̄ vt sciat sacerdos recte iudicare
⁊ sine errore de quantitate pcti: oportet ꝙ
sciat circūstantias peccati. Amplius qn̄qꝫ
aggrauat magis circūstantia ꝙ̄ ipsū genus
peccati. Cū igit̄ genus peccati sit confiten-
dū: a fortiori ⁊ circūstantia. Preterea hoc
idem ꝓbat̄ sic. Confessio est inter alia pro-
pter duo necessaria. s. erubescentia ex parte
cōfitētꝭ: ⁊ iudiciū discretū ex parte sacerdo-
tis sꝫ ꝯfessio circūstātiaꝝ plꝰ opat̄ ad vtrūqꝫ
ꝑdictoꝝ ꝙ̄ ꝯfessio generis pcti: pꝫ de iudicio
sacerdotꝭ in rōne ꝑcedēti: pꝫ etiaꝫ inductiue
de erubescentia confitentis: qꝛ erubētia ma
xime accidit in confessione circūstantiarū:
quia igit̄ pctōr non erubuit efficaciter diui-
nā presentiam in peccando: debet erubesce
re peccatū suū penitendo ⁊ confitendo: non
solū genus pcti sed etiā circūstantias. Po-
stremo idē ꝓbat̄ sic: Nō ē illud ꝓ quo puniē-
dus est pctōr ꝑpetualiter est confitēdū sacer
doti: sed ꝓ circūstantijs pcti dānati punien-
tur eternaliter: ꝗ. ⁊c̄. Hoc idē ꝓbat̄ exēplo
Nam in lege Moysi cōfitebant̄ ꝑ oblatōes
ſm̄ circūstantias pctōꝝ. Vn̄ Leuit. 5. dr̄:
Aīa q̄ peccauerit ꝑ ignorantiā. ⁊c̄. offeret
arietē imaculatū. Ex quo patet ꝙ ex obla-
tione ꝑpendebant̄ pctōꝝ circūstantie: ergo
multo fortius in tēpore euangelij ꝙ maiorē
humiliationē ꝑcipit ⁊ ꝑfectionē sunt circū-
stātie cōfitende. Ad aliud exemplū pōt ad-
duci gnāle: qꝛ sicut nō sufficit ad opus meri-
toriū tm̄ genus opis sed etiā requirit̄ mo-
dus: ita videt̄ ꝙ cōfessio nō sit sufficiēt̄ me-
ritoria nisi fiat cū modo: ⁊ maxime ꝑmo qui
est necessarius cōfitenti ⁊ confessori: ꝗ. ⁊c̄.
Ad aliud exēplū pōt adduci ꝑticulare: qꝛ
sicut medicꝰ corꝑalis hꝫ ꝯsiderare nō solum

genꝰ morbi corꝑalis sed etiā circūstantias: ꝗ multo fortiꝰ medicꝰ spūalis. Confirmāť oīa ista auctoritate Aug. in liº de pnia. de pe. dis. 5. c. ꝑ. sic di. Consideret qualitatē criminis: in loco: in tēpore: in varietate ꝑsone: et q̄libꝫ fecerit tētatione: ⁊ in ipsiꝰ vitij multiplici executiōe: oportet eni penitere fornicā- tē ꝯm excellētia sui statꝰ aut officij: aut ꝯm modū meretricis ⁊ i mō opis sui: ⁊ q̄liť turpitudinē suā ꝑegit si i loco sacro: aut cui debuit excellētiā fidei: vt sūt domꝰ dñoꝝ ⁊ aliorū multoꝝ. Si i tꝑe orōnis cōstituto: vt festiuitates scōꝝ ⁊ tēpore ieiunij. Cōsideret ⁊ q̄tū ꝑseuerauerit ⁊ defleat ꝙ ꝑseueranť peccauit ⁊ quāta virtꝰ fuerit i pugnatōe. Sūt q̄ nō solū nō vincūť ꝫ vltro se pctō offerūt: nec spe- ctāt tētationē sꝫ ꝑueniūt voluntatē: ⁊ ꝑtra- ctāt secū ꝙ multiplici actōe vitij delectabili- ter peccauerūt. Ois ista varietas ondenda ē cōfitēda ē: ⁊ deflenda: vt cum cognouerit ꝙ pctm̄ ē multū cito iueniat deū ꝓpitiū. Hec ibi. Que aūt sint huiꝰ circūstātie ⁊ q̄liter habeant intelligi videbiť i ꝓbleumate sequēti sꝫ hoc sufficit q̄tū ad rn̄sionē secūdi dubij ꝓpositi. ¶ Ad 3m dicendū vt elici pōt ex dictis Ric. vbi. s. ar. 3. q. 5. Et Bona. ibidem ꝑte 2ª ar. 2. q. 3. ꝙ circūstātie cōtingētes peccatū. quedā sūt alleuiātes: quedā i aliud genus trahentes: quedā sūt aliq̄ mō grauātes Circūstātias alleuiātes cōfiteri nō est neces- sariū nec etiā bonū: nisi ꝓpť hoc vt satisfaciat alicui inq̄sitioni vt ꝓuideať eius scādalo ⁊ ꝑturbationi: vtpote si timeat cōfessionem ex hoc accipe occasionē ad malū: vel si etiam tātum diminuat vt sit in genere venialis: sicut comedere carnes in xlª ꝓpť infirmitatē ita tn̄ qꝺ sit gl̄iositas aliq̄ aliter non: hꝫ ꝯm Alex. ⁊ Bona. Circūstātias in aliud genꝰ trahētes ꝯm ꝑdictos doc. ⁊ etiā he. Abo. vt notať in sūma ꝯfesꝫ liº 3. ti. 24. q. 81. neces- se ē cōfiteri q̄ possēt eē circa. 8. vꝫ. Cōditio rei: modus peccādi: locus: tēpus numerus: qualitas: inductio: ⁊ accidēs. que sic declarā- tur. ¶ Cōditio rei: vt si q̄s peccauerit cum irrationali re. i. cū brutis ē pctm̄ bestialitatis. Si ꝟo cū rōnali. Si q̄dē masculꝰ cū masculo: ⁊ femina cū femina est pctm̄ sodomiticū: sed si masculꝰ cū femina adhuc cōditio est exꝑmēda ꝑsone ⁊ nō ꝑsona. Nā si q̄s peccauit cū dedita ad diuū obsequiū est sacrile-

giū. Si cū ꝓpria consanguinea vł affine est incestꝰ. Si cū nupta est adulteriū. Si cū ꝟgine est stuprū. Et qualitercūq̄ cōditio con- fitētis seu ꝑsone rei cū qua cōmissū est pctm̄ inducat aliā spēm pcti est de necessitate con- fessionis. ¶ 2ª circūstātia est modꝰ peccan- di: posset eni quis tali mō peccare ꝙ factum traheret in aliā spēm: vt si quis cū mulier peccaret ꝯ nām ⁊ huiꝰ modi. Et sic dicēdū in pctis matrimonij. ¶ 3ª circūstantia est locꝰ. Nā si pctm̄ fit in loco sacro vel ad cultū diuinū deputato inducit aliā spēm pcti: q dr̄ sacrilegiū: sicut notat glo. in dicto. c. i. de pe. dis. 5. vn̄ hoc cāu nō solū cōfitendū ē pec- catū factū: sed etiā vbi sit gestū. ¶ 4ª circū- stantia est tēpꝰ. Nā qn̄ pctm̄ mortale fit i fe- sto ꝑcepto inducit aliā spēm pcti: videlicet trāsgressionē tertij ꝑcepti decalogi. vt dic Nicho. de lira. sup. 20. c. Exo. ⁊ tanto gra- uior est transgressio quāto festū est solēniu Et idē est qn̄ fuisset cōmissū tꝑe ieiunij ꝑce- pti: q2 mortale pctm̄ rūpit ieiuniū. de cōs dis. 5. c. nihil ꝓdest. ¶ 5ª ē numerꝰ: nā quo- ties quis peccauit tot diuersa pctā cōmisit vn̄ est cōfitendū quotiēs q̄s pctm̄ cōmisit: si nō recordať debet dolere ⁊ cōfiteri ꝙ ex ꝓ- pria culpa nō pōt recordari: ⁊ nihilominus cōfiteri numeꝝ quē eē verisiliter existimare pōt: ⁊ vel quāto tꝑe in pctō ꝑseuerauerit: quātū frequēť solitꝰ erat peccare: ꝟbigrā: semel vel plꝰ i die aut hebdomada aut mēse ¶ 6ª est qualitas pcti. i. si pctm̄ est publicū hoc eni casu inducit aliā spēm pcti videlicet scādalū ꝓximi: vn̄ nō solū debet confiteri pctm̄ est publicū: ꝓximi sed in q̄ sit publicū siue paucis siue multis: q2 tot suo malo exē- plo offendit: q̄t suū pctm̄ patuit: debet enim q̄s cōfiteri si cognoscit siue existimat ꝙ occa- sione sui mali exēpli sit quisq̄ ad alicuiꝰ ma- li siue pcti ꝑpetrationē adductꝰ. ¶ 7ª est in- ductio. Nā qui cū aliquo peccauit ⁊ ꝓximū ipsū ad peccandū allexit vltra ꝑncipale pec- catū homicidiū spūale cōmisit mł'to grauius corporali: vt dicit Augꝰ. 22. q. 5. c. ille qui ⁊ ideo debet cōfiteri ꝙ induxit seu inducere desiderauit seu ꝙ peccandi occasionē dedit ¶ 8ª est accidēs. i. pctā que q̄nq̄ incidenter occurrūt cū ꝑncipali. Sepe eni quis ut operareť aliqꝺ pctm̄ cōmittit ⁊ alia: ꝟbigrā. In- terponēdo mediatores vł cōducēdo socios

vt ei ad pctm̄ auxilient᷑: vel vt simul peccet:
seu vtendo adulatiōib⁹ vel mēdacijs vt ꝑ-
ximū ad peccādū ducat: vl' vtendo cantele-
nis seu v̄bis alijs inhonestis seu difamato-
rijs: vel ꝑximū odiēdo seu ei iniuriādo ver
bis aut factis: vel ꝑximo materiā scandali
p̄bendo: ⁊ aliqñ nocte ambulādo vel arma
gerēdo seu alia huiusmodi faciēdo: hec eniꝫ
oīa: q2 sūt pctā pticularia ⁊ diuerse speciei
debēt cū p̄ncipali cōfiteri inq̄tū quis pōt re
cordari. He sūt circūstātie in aliud gen⁹ tra-
hentes. ¶ Et no. ſm Alex. ꝙ hoc ē p̄ceptū
affirmatiuū q̄re nō obligat᷑ q̄s sp̄ istas circū
stantias cōfiteri: sed ꝓ loco ⁊ tēpore. s. qñ co
gnoscit eas seu per se: seu per inq̄sitionē alie-
nā: vnde sapiēs ⁊ intelligēs debet ⁊ tenet᷑ cō
fiteri eas absq̄ꝫ inquisitiōe: simplex tenet᷑ si
ab eo inq̄rāt᷑. ¶ Circūstātias pctm̄ aggra-
uantes ſm Abo. ⁊ Ho. nō ē necesse cōfiteri
sed de bono ⁊ eq̄. ſm aūt Guiel. alcisidacē-
sem. Hi circūstātie sūt nōbilit᷑ aggrauātes
debēt ꝯfiteri. Nō eni sufficit illi q̄ mille mar
chas rapuit dicere: ego rapui aliena: q2 pos
set verificari: si tm̄ duos solidos rapuisset:
nec sufficit illi qui aliū gladio vulnerauit di
cere percussi ꝑximū multas q̄dē huiusmodi
circūstātias simul cū alijs supra positis tan
git Aug⁹ in p̄dicto. c. i. de pe. dis. 5. que a do-
torib⁹ his trib⁹ v̄sibus cōcludunt᷑. Aggra
uat ordo: locus: p̄sona scīa: tēp⁹. Etas: cōdi
tio: numer⁹: mora: copia: cā. Est modus in
culpa: status altus: lucta pusilla: que oīa sic
intelligi possūt. Aggrauat ordo. i. subdiaco
nat⁹ p̄sbyterat⁹: ⁊ sic de alijs. 2° loc⁹. s. sacer
3° p̄sona. s. mr̄imonio copulata 4° scīa. s. nō
ignorāter factū ē 5° temp⁹. s. sacrū 6° etas.
7° ꝯditio si videlicꝫ nobilis furtū fecit 8° nu
mer⁹. i. quotiēs peccauit in luxuria 9° mo-
ra. s. si stetit in pctō multo tp̄e: vt puta. 20.
annis: q2 hoc dicēdo cōfitet᷑ simul. 40. pecca
ta mortalia que cōmisit in hoc tp̄e non obe-
diendo p̄ceptis scē matris ecclīe circa confes
sionē ⁊ coīonē 10° copia. i. q̄tū abstulit mul-
tū aut parū 11° causa. i. ex qua cā comedit in
xl.ª carnes si ꝓpter gulā aut infirmitatē 12.
modus in culpa si manifeste peccauit: aut in
luxuria modū naturalē nō obſuauit 13. sta
tus alt⁹. s. si religiosus vl' religiosa vel p̄lat⁹
14. lucta pusilla: q2 parua tētatione stimula
tus vel nulla: ꝫ illa a se ipso ⁊ ꝓpria iniq̄tate

ꝓuenit. Dis ista varietas ſm Augu. vbi. ꝯ.
cōfitenda ē: ostendēda: ⁊ de flenda: alioq̄n
qui nō fecerit plorabit in pena eterna: cuius
rei euidentia patet ꝑ exemplū de illo fratre
or. mi. q̄ patrē ⁊ matrē ⁊ sororē fecit venire
ad habitādū iuxta locū fratrū minoꝝ vt au
dirēt missas ⁊ officia ⁊ ꝯfiterent᷑ pctā sua: q̄
recedēte per obedientiā ad aliū locū mortu⁹
ē pater ⁊ soror ipso nesciēte: ipso ergo orāte
in ipso loco ꝓ patre ⁊ matre ⁊ sorore sua vo
luntate dei aīa ei⁹ per ministeriū angeli du-
cta ē ad purgatoriū vbi inuenit sororē suaꝫ
ibi existentē: donec mr̄ ei⁹ viua exequeret᷑ te
stamētū ꝑ ipsā factū: deducta ē etiā aīa eius
ad infernū vbi inuenit patrē suū plorantē ⁊
multos dolores patiētē ⁊ ait ei. Cur pr̄ mi
es in hoc loco tormentorū cū tot bona fece-
ris ī hoc mūdo? q̄ dixit ei. Multa bona feci
vt tu scis: tm̄ aliq̄ pctā cōmisi cū mr̄e tua im
pudice agēdo cum ea ⁊ ꝯ honestatē mr̄imo
nij q̄ p̄ verecūdia nolui ꝯfiteri ⁊ iō sū dāna
tus: dānabit᷑ ⁊ mr̄ tua nisi illa ꝯfiteat᷑ pctm̄
suū. quib⁹ auditis aīa ei⁹ reuersa ē ad corp⁹
⁊ obtēta licētia venit ad matrē ⁊ oīa ei nar-
rauit: ꝓpter qō ꝯfessa salutē obtinuit. Con
fitere igit᷑ aīa mea nō solū pctā p̄ncipalia: ꝫ
⁊ circūstantias vt salutē obtineas. Et ideo
Aug⁹ ait ī li. de vera ⁊ falsa pnīa. xj. c. Au
v̄o fili mi nō ita facias. s. vt faciūt mlt̄i q̄ in
veritate nō ꝯfitēt᷑: q2 saniori ꝯsilio creditu-
rus es astāte corā te sacerdote eū āgelū dn̄i
existima: ⁊ cū reuerētia dei ministrū astare
aperi penetrabiliū tuoꝝ abscōditissima lati
bula ⁊ cōsciaꝝ tuaꝝ secretiora reuela pagu-
la. Et in. xj. c. seq̄t᷑ doꝫ dolere de crimīe ⁊ de oī
ei⁹ varietate. Credo ꝙ ille q̄ dixit Quacūq̄ꝫ
hora igemuerit pctōr ⁊ ꝯuersus fuerit vita
viuet: dixit ꝯuersū. i. totū v̄sū viuē v̄sū pu-
to q̄dē q̄ dolet de crimīe: ꝯuersū q̄ dolet de ei⁹
varietate: v̄tit᷑ a pctō q̄ iā vult dimittē pec-
catū: cōuertit᷑ tot⁹ ⁊ oīno vertit᷑ q̄ nō tm̄ pe
nas timet: sed ad bonū tēdere festinat. Hec
ille. Et sic patet pars prima.

¶ Pars scd̄a hui⁹ sermonis vbi declarat᷑ in
quot casibus necesse ē confessionē reiterare.

SEcūdo in isto ſmone tractādū ē de
cōfessiōis iteratiōe ꝑ qua solet q̄ri a
theologis. si necesse ē cōfessionē fa-
ctā de pctis eādē de eisdē iterare. Et rn̄det᷑
ꝙ sic in. 7. casib⁹. ¶ Primo ꝓpter recidiuus

Alexander de Ales 4 q. 77 m. 5 ar. 4
Thomas 4 d. 22 q. 1 ar. 4 a.
Petrus Tarentinus 4 d. 17 ar. 5 q. 2.
Raynerius in summa pa parte ti. de confessione ca. 22.
Antoninus 2 parte summe ti. 3 ca. 9 § 4
Thomas de Argentina 4 d. 22 ar. 1.2.3.

tionē: vñ q̄rūt theologi ſi penitēs poſt recidiuum tenet oia confeſſa cōfiteri iterū. Et videt ꝙ ſic: q2 ſm oēs theologos vnū pctm̄ diſponit ad aliud ⁊ ita ē cā alteri⁹ pcti ſubſequētis: ſꝫ cā pcti reuelāda eſt in cōfeſſione: ꝗ opoꝛtꝫ ipſā ꝯfeſſoꝛē cognoſcere: q2 nō aliter valet medicina ſpūalis ſibi ꝯueniēter miniſtrari: ſic pꝫ in medico coꝛpis: q2 nō pōt curare infirmitatē niſi infirmitatꝭ ſibi cā innoteſcat. Preterea in cōfeſſiōe pcti ⁊ q̄litas et quātitas ē attēdēda: q̄litas aūt attēdit̄ q̄tū ad differētias pctoꝝ ⁊ circūſtātias aggrauātes: vt ſi pctm̄ ē carnale: vtꝝ ſit ſimplex foꝛnicatio: adulteriū: vel inceſt⁹: ⁊ q̄tiēs: quō: ⁊ vbi peccauit ſꝫ neceſſe ē ꝯfiteri gen⁹ pcti ſeu q̄litatē: ergo pari rōne ꝯfitēda ē ⁊ q̄ntitas: ſꝫ quātitatē nō pōt penitēs ꝯfiteri niſi pctā p̄terita cōfitēdo. Neceſſe ē igit̄ ꝙ nō tm̄ peccatū in q̄ recidiuauit: ſꝫ etiā pctā p̄terita que videt̄ pctm̄ ſubſequēs aggrauare in ꝯfeſſione reuelet: vñ ſic nō valeret cōfeſſio ſi diceret peccaui ⁊ n̄ exp̄meret gen⁹ pcti: ſic videt̄ ꝙ nō debeat valere cōfeſſio vbi tota quātitas nō exprimit̄: qḋ eē nō pōt niſi pctā p̄terita reuelent̄. Itē p locū ab auctoritate euāgelij idē ꝓbat̄ Mat. 18. de ſeruo nequā cui remiſſū fuerat debitū: q2 tradidit eū dn̄s toꝛtoꝛib⁹ quouſqꝫ redderet vniuerſū debituꝫ. Ex quo videt̄ ꝙ pctā dimiſſa per recidiuū pcti redeant: ⁊ per cōſequēs ſit neceſſe ea cōfiteri. Sꝫ oppoſitū ꝓbat̄ trib⁹ auctoritatib⁹. Prima ē de pe. di. 1. §. nō ita. vbi dr̄. Nō ē neceſſe vt q̄ ſemel ſacerdoti cōfeſſi fuerim⁹ denuo cōfiteamur. 2a ē de pe. di. 4. §. antiq. v. itē Gelaſius vbi dr̄. Diuina clemētia dimiſſa pctā in vltionē redire nō patit̄ vlteri⁹. 3a ē in glo. de pe. di. 4. in ſūma. vbi dr̄. Nō p̄nt redire dimiſſa pctā quo ad penā: ſꝫ q̄ ad p̄uationē glorie: q2 ꝓinde p̄uat̄ gloria: ac ſi peccata ei nō eēnt dimiſſa. Hec ibi. Hanc q̄ōnē bn̄ declarat Alex. vbi. ſ. ⁊ Tho. in. 4. diſ. 22. ~~ar. 3. q. 4.~~ Alex. ait ꝙ in hoc caſu diſtinguendū ē. Quātū ad ſacerdotē: ⁊ q̄tum ad cōfitētē. Quātū ad ſacerdotē: q2 aut eſt idē ſacerdos cui poſtea cōfitet̄: aut nō. Item ex pte cōfitentis: q2 aut ſatiſfecerat ꝓ peccatis anteq̄ recidiuaret aut nō. Dicēdū ē ergo ſine preiudicio ꝙ ſi penitēs cōfiteat̄ illi cui an̄ recidiuū fecerat confeſſionē: ſiue peregerit penitētiā ſibi iniūctā: ſiue nō debet peccata

(margin, by "22.": + q1 ar. 4. 0)

retroacta iterū cōfiteri: ſꝫ aliter ⁊ aliter. Si eni peregerit penitētiā ſufficit in genere ratione ingratitudinis ea cōfiteri. Si v̄o non egerit: q2 p̄ſumit̄ ꝙ cōfeſſoꝛ de his oblit⁹ eſt dꝫ ea expꝛeſſius ꝯfiteri: q2 de vtriſqꝫ vt videbitur magis. j. debet penitētiā ſuſcipe ſm̄ tm̄ arbitriū ſacerdotis. Nō ſi foꝛte ſacerdos habeat in memoꝛia pctā ⁊ circūſtātias quas eidem al's cōfeſſus ē ⁊ hec penitēti indicauerit ſufficit pctā illa cōfiteri in genere cum ingratitudine. Nō eni poteſt ſufficiēter confiteri ingratitudinē niſi recognoſcat coꝛā ſacerdote bona que ſibi dn̄s gratis contulit: et offenſas quas miſericoꝛditer indulſit. Si v̄o confiteat̄ alicui nouo ſacerdoti tenet̄ oia cōfiteri: ſiue peregerit penitētiā ſiue nō: q2 nec aliter vultū peccatoꝛis ipſe cognoſceret: per moꝛes eni p̄teritos pōt quis ſtatuꝫ hoīs de futuro cognoſcere quō ipſū habeat regere. Nec etiā aliter penitēs ingratitudinē ſuam ſufficiēter manifeſtaret. Et ideo debet cōfiteri ad min⁹ circūſtantias ſaltē in genere: ⁊ maxime libidinis ⁊ cōtempt⁹. Hec aūt duo ſcilicet quātitas ⁊ cōtempt⁹ libidinis in oi pctō ſunt notāda ⁊ ingratitudo: maxime in recidiuo. hec Alex. ad litterā. Tho. autem ſic dicit ꝙ in cōfeſſione requirūt̄ duo. Primo beneficiū abſolutionis: ⁊ q̄tum ad hoc recidiuās nō tenet̄ pꝛioꝛa pctā iterum cōfiteri: quia illud qḋ ē ſimpliciter dimiſſū nū q̄ debet iterū cōfiteri. Et ſic habēt intelligi ille auctoꝛitates ad ſecūdā partē allegate. Secūdo in cōfeſſione requirit̄ remediū ſatiſfactionis: ⁊ q̄tum ad hoc recidiuās tenet̄ pctā p̄terita iterū cōfiteri: vt ſciat̄ que ſatiſfactio ei cōgrue poſſit iniūgi: vt ſi lapſum carnis frequēter eſt paſſus aliqua occaſione ⁊ ſic de alijs peccatis. Et etiā neceſſaria ē cōfeſſio talis ad expꝛimēdū qualitatē cōmiſſe igratitudinis in recidiuādo: ⁊ ad hoc videtur ſufficere cōfeſſio pctoꝝ cōmiſſoꝝ in generali: tm̄ ad aliqua ſpecialia opoꝛtet deſcendere ſꝫ qḋ cōfitens viderit oppoꝛtunū. non eni poteſt in his ita aliqua mēſura pꝛefigi. Et ſic habent intelligi ratiōes ad pꝛimā partem adducte. ſ. ꝓpter p̄ſeruationē a futuro ⁊ ingratitudinē aggrauantē peccatū. Nam illa parabola euāgelij adducta ſolū intelligitur de grauedine pcti ꝓpter ingratitudineꝫ cōtractā in recidiuo. Ex quib⁹ omnib⁹ con

cludit illud qđ ait glo. Ray. in ti. de pe. 7 re/
mis. §. Sz nũquid pctã semel dimissa. scilicz
ꝙ recidiuans nõ tenet dicere spãliter 7 di/
stincte ea que ante cõfessus est: ꝰ sufficit con
fiteri in generali de illis exprimẽdo ingrati/
tudinẽ suam 7 dicendo: De mltis 7 magnis
peccatis mortalibꝰ liberauit me dñs per pe/
nitentiã: 7 ego nihilominꝰ ingratꝰ existens
offendi eum: 7 sic patz ꝓpositũ. ¶ Secũdo
modo tenet quis iterare confessionẽ ꝓpter
iurisditionẽ 7 hoc ex parte ꝯfessoris. scilicet
quãdo quis ꝯfitet sacerdoti nõ suo seu non
habenti potestatẽ sup eum: qđ patz de pe. et
remis. c. omnis. Argumentũ habet ad hoc
33. q. 2. c. latorẽ. Et hec ẽ sentẽtia Ricar. et
Bona. dis. 17. ¶ Tertio tenet quis itera/
re ꝯfessionẽ ꝓpter remissionẽ siue absolutio
nẽ quãdo scilicet ꝯfessor sup aliquo peccato
absoluẽdo nõ habet facultatẽ. Oportet eni
tũc scđm Ricar. ꝙ pro illo ꝯfitens recurrat
ad superiorẽ 7 ei iterũ recõfiteat illud. Alia
vero pctã de quibꝰ potest absolui a ꝓprio sa
cerdote superiori iterare nõ tenet de necessita
te si oĩa integre dixit ꝓprio sacerdoti. Et in
isto casu absolutio ꝓprij sacerdotis 7 supio/
ris vnã cõplent sufficientẽ absolutionẽ: Dz
tñ absolutio supioris precedere. hec Ricar.
Argumẽtũ extra de pe. 7 remis. significauit
Et notat in directorio iur. li. i. ti. i5. §. 47.
¶ Quarto tenet qs iterare ꝯfessionẽ ꝓpter
ignorãtiam ꝯfessoris. qñ. s. nescit discernere
inter leprã 7 lepram. Et ideo querẽdus est
sacerdos sciẽs ligare 7 soluere. de pe. di. 6. q̇
vult vt dictũ ẽ supra qñ tractabat de cõfes/
soris cõditione. ¶ Quinto tenet qs iterare
ꝯfessionẽ ꝓpter omissionẽ qñ. s. quis omisit
in ꝯfessiõe sciẽter aliqđ pctm̃ ad ꝯfessionez
ptinẽs vel eiꝰ necessariã circũstãtiã. Et idez
etiã si omittat ex ignorãtia vel ꝯgliuiõe ab
eius notabili culpa ꝓcedẽte. Qñ ꝟo sciẽter
omittit nõ solũ ꝯfessio nõ valet 7 debet ite/
rari: sed etiã nouũ pctm̃ mortale cõmittit.
Et no. scđm Ri. ꝙ talis omittẽs tenet cõfes
sionẽ iterare illi vel alteri sacerdoti. ¶ Se/
xto tenet quis iterare ꝯfessionẽ ꝓpter dimis
sionẽ: quando. s. quis dimisit pagere sibi in/
iunctã. Nam vt dicit Alex. 7 Ricar. Si re
cordat de penitẽtia 7 possit refici 7 reficiat
eam nõ tenet iterum confiteri nisi de negli/
gentia omisse penitẽtie. Nã certũ est scđm
Scotũ in. 4. di. i5. ꝙ ex negligẽtia omitten/
do facere penitentiã predictã mortalit pec/
cauit: quia egit ꝯtra preceptũ cõfessoris 7 ec
clesie. Si autẽ de penitẽtia non recordat et
ad alium confessorez vadit vel ad illum qui
amplius de pctĩs suis 7 penitẽtia sibi iniun/
cta nõ recordat tenet totam ꝯfessionem pre
teritã iterare. ¶ Septimo 7 vltimo tenet
quis iterare confessionẽ propter malaz di/
spositionẽ: quãdo scilicet non vult abstinere
ab omnibꝰ peccatis: vel quia confitet sine cõ
tritione: vel sine charitate: vel quia nõ vult
remittere odium: vel satisfacere: seu aliqđ
aliud agere ad quod obligat. His enim ca/
sibus ꝯfessio non valet de pe. dis. 5. c. falsas
7. c. fratres. 7 di. 7. c. nullꝰ. 7 ideo debet itera
ri. Aliqui tamẽ dicũt ꝙ his casibus licz non
valeat ꝯfessio q̃ ad virtutẽ sacramenti 7 re/
missionẽ pctõrũ: valet tamen quo ad partez
sacramẽti. id est ad expressionẽ vocalem. de
pe. 7 remis. c. qđ quidã. vnde cessante illa ma
la dispositione nõ iterũ tenetur quis ꝯfiteri
de iam cõfessis: sed de illa dispositiõe quã ꝓ
tunc habuit. Quorum dictũ potest intelli/
gi verũ si in sequenti ꝯfessione duret effectꝰ
illius expressionis vocalis: quod põt contin
gere si fiat eidem 7 de recenti 7 non aliter.
Nam intelligentia doctorũ ex causis est as/
sumenda dicenti. extra de verborũ signifi/
catione. intelligentia: vnde dicendũ est ꝺm
glosam Ray. Et in vita. q. 66. Quod his
casibus si quis confiteat eidez sacerdoti cui
primus: 7 qui adhuc habeat ad memoriam
peccata sua que audiuit: non tenet reitera/
re confessionẽ: quia sufficit dicere culpã suã
gnãliter de pctis priꝰ cõfessis: 7 pticulariter
de illa mala dispõne ꝙ tũc habuit 7 de pctis
pꝰ modũ cõmissis. Si ãt ꝯfiteat nouo: q̇ vꝫ
nõ audiuit eum: aut etiã pmo si oblitꝰ ẽ q̃ au
diuit debet totum iterũ cõfiteri. 7 sic patet
secunda pars.

¶ Pars tertia vbi declarat ꝙ cõfessio de/
bet fieri cũ discretione.

Tertio notãdũ ẽ ꝙ inter alia ꝯfessio
debet fieri cum magna discretione.
Quia ex de officio custodis. c. i. Oia
cũ discretiõe agant q̃ oĩuz ꝟtutũ noscit eẽ
mr. Etiã Nicho. de lira sup illud Matth.
5. Nõ si sal euanuerit 7c. ait. Nõ sicut sale
omnia condiunt cibaria: ita discretione oĩa

opa nr̃a ordinari debet ⁊ dirigi. Etiã Ber. sermone. 2. sup Cant. Discretio q̄ppe oi v̄tuti ordinē ponit: modū tribuit: decorē ⁊ ppetuitatē cōfert. Est ergo discretio nō tam virtus q̄ quedā moderatrix v̄tutū: ordinatrixq̨ affectuū: ⁊ doctrix mor̄. Tolle hāc ⁊ virt⁹ vitiū erit. Et Isido. in sinonomis ait: Quicqd boni cū discretiōe feceris virt⁹ est: quicqd sine discretiōe gesseris vitiū est virtus enī indiscreta ꝓ vitio reputat̄. Hec ibi. Hac igit̄ discretiōe habita debet penitēs discrete pctōr suorū grauedinē cōsiderare: et grauiora pri⁹ cōfiteri: deinde minora: ⁊ hoc cū maiori maturitate: humilitate: cōtritiōe ⁊ verecūdia q̄ pōt. Argumētū in. c. admonere. 33. q. 2. Nā vbi mai⁹ periculū intēdit̄ ibi ꝓculdubio pleni⁹ est consulendū. extra de electiōe. Ubi periculū. li. 6. Nec velut qdā agere debem⁹: qui multū ponderāt leuia ⁊ transcurrūt grauia: qđ indiscretiōis ignorantie seu malicie ē indiciū. Hanc indiscretionē habuit illa dña romana magne sanctitatis ⁊ fame: que cū haberet vnicū filiū dormientē secū nolens eū cōtristare q̄r aliter volebat se interficere: cōcubuit cū eo ⁊ cōcepit ⁊ peperit filiū ex eo: ⁊ ipsum puerulū occidit filio nesciente: perseuerās in sanctitate sua pctm̄ illud occultū tenēs per decē annos nō est cōfessa. Et videns diabol⁹ q̄ a bonis operibus nō cessaret cogitauit eā extinguere timens ne aliquādo pctm̄ suū cōfiteret̄: ⁊ assumēs formā hoīs trāstulit se ad s̄uiēdū cuidam cardinali adeo bene vt vocaret̄ ad seruitiū pape: ⁊ cum multum a papa diligeret̄ ꝓpter diligēs seruitiū eius: loquēte papa ⁊ cardinalib⁹ de sanctitate hui⁹ mulieris accusauit eam diabol⁹ de crimine p̄dicto: ⁊ citata est ad curiā vt si posset ꝓbari moreret̄: q̄ sic citata cū venisset ⁊ talia audiuisset obstupuit ⁊ timuit nimis: ⁊ accepit terminū respondēdi: q̄ si ille nō ꝓbaret volebat ipsum puniri. Et recedēs cōfessa ē pctm̄ suū cuidā penitētiario cū ꝯtritiōe ⁊ multis lachrymis penitentiā sibi iniūctā peragēs. Appropinquāte aūt die quo rn̄dere debebat: venit ad curiā cū parētib⁹ ⁊ amicis suis. Uocato aūt illo pessimo dixit papa. Ecce mlier quā accusasti. Qui rn̄dit nō eē illā sed istā esse bonā ⁊ sanctā: ⁊ dicēte papa. q̄ oportebat eum sustinere illā penā quā ipsa sustinere debebat: fracto palatij tecto subito disparuit: ⁊ statī cecidit in medio domus cadauer mortuū qđ accepat. O cōfessio scā quō es magne v̄tutis Illi aūt obstupuerūt. Uidēs aūt hoc mirabile mulier: nimis ꝑterrita pctm̄ suū corā oībus manifestauit. Et rogauit papā vt cuncto pplo ad cōmendationē cōfessiōis h̄ miraculū p̄dicaret: q̄ accepta pnia postea sanctissime vixit: ergo aīa mea cōfitere. ⁊c̄.

¶ Dñica eadē infra diē. De acceleratione ⁊ frequētatiōe cōfessionis. ¶ Sermo. 67.

Abijt Jesus transmare galilee qđ ē tyberiadis: ⁊ seq̄bat̄ eū multitudo magna q̄r videbāt signa q̄ faciebat super his qui infirmabāt̄. Joh. 6. Quia iudei frēs charissimi. q̄rebāt Jesum interficere ⁊ nō erat adhuc temp⁹ passionis sue. Et idcirco recedēdo dedit exēplū cedēdi ad tēp⁹ malicie humane ostēdens q̄ aliqn̄ eēt licitū christi fidelib⁹ fugere in ꝑsecutiōe vnde dicunt v̄ba ꝓposita. Quō abijt Jesus trans. m. g. q. ē tyb. Illud. n. mare ē lac⁹ quidā magn⁹ quē ego vidi ꝑ quē trāsit Jordanis fluui⁹. Et vocat̄ mare: q̄r cōgregatiōes aq̄r vocāt̄ maria. Geñ. p̄. Et vocat̄ mare galilee: a ꝓuincia iuxta q̄ trāsit: ⁊ mare tyberiadis ex noīe ciuitatis in littore q̄ antiq̄t⁹ genesareth vocabat̄: vnde ⁊ stagnū genesareth dictū est: h̄ ab herode tetrarcha fuit reedificata ⁊ āpliata ⁊ tyberias vocata in honorē tyberij cesaris. Et seq̄bat̄ eū mltitudo magna. Quidam ex deuotiōe ab eo curati. Quidā maliciose volētes eū cape i s̄mone. Quidā ex desiderio addiscēdi. Et aliq̄ ex curiositate ꝓpter miracula q̄ faciebat: iō subditur: q̄r videbāt signa. ⁊c̄. Infirmi igit̄ spūalib⁹ infirmitatib⁹ ⁊ pctis sequāt̄ christū per verā cōfessionē pctōr̄ vt sanent̄ ⁊ totalit̄ liberēt̄. De q̄ cōfessiōe vltra p̄dicta tria occurrūt in p̄senti s̄mone declarāda. Primū erit de ei⁹ acceleratiōe. 2m erit de ei⁹ frequētatōe 3m erit de eius humiliatione.

¶ Pars p̄ma hui⁹ s̄monis in q̄ declarat̄ q̄ ꝯfessio debet fieri cū magna acceleratione.

Primo igit̄ i isto s̄mone tractādū est de ꝯfessiōis acceleratiōe. ¶ Circa quā solet q̄ri q̄dā dubitatō magna ⁊

Alexander de Ales 4 q. 77 m. 4 ar. p° p^to
Thomas aquinas 4 d. 17 ar. 1 q. 4 o. 4° licet p° quibus q. vndecima p^to
Bonaventura 4 d. 17 ar. 2 q. 2 partis 2^e
Richardus 4 d. 17 ar. 3 q. 6 p^to
Petrus de Tarentasia 4 eadem dis. — Scotus eadem dis. ar. 3 q. 2^a fine

Petrus de palude
Durandus / Joannes
neapolitanus [illegible]
libro quodlibet
per sermone n° 8
confessione ca° 4
Antoninus 3 par.
Summe n° 14 ca°
19 § 3

difficilis ꝛ a pluribꝰ theologis ventilata. Si pctõꝛ in mortali existens statim habita opportunitate sacerdotis teneaẗ pctm̃ suũ cõfiteri sub pena incurrẽdi aliud pctm̃ mortale nouũ. Ad quã difficultatez declarandã hoc priꝰ psupponendũ ẽ: ꝙ est loqui de cõfessiõe dupliciter. Aut q̃tũ ad actũ: aut q̃tum ad ppositũ. Et de isto scðo mõ oẽs coiter tenẽt ꝙ tunc ꝯfiteri teneẗ: qñ ꝯfiteri obligaẗ: ꝛ cõteri astringiẗ: qñ habet memoriã pctõꝛũ: qꝛ vt diximꝰ diffinitio ꝯtritõis ꝯtinet ꝓpositũ ꝯfitendi. Et ideo nõ ẽ dubitandũ ꝙ quãdo peccatoꝛ recogitat culpaz cõmissam vel dei offensam vel qñ offert se tẽpꝰ in quo cogitare debet nõ dolet de pctõ cũ ꝓposito confitẽdi noua̋ culpam incurrit: qꝛ ex quo sibi culpa nõ displicet placere videẗ: qð mortale pctũ ẽ. Quãtũ vero ad actũ ipsiꝰ ꝯfessionis in hoc diuersi diuersa senserũt. Fuit eni triplex modus dicẽdi. ¶ Primꝰ fuit archidiaconꝰ. de pe. di. 3. c. ille rex. ꝛ Inno. de pe. ꝛ remis. c. ois. Hi quidẽ dixerunt ꝯfessionẽ differri nõ debere habita opportunitate ꝯfitẽdi ab his qui sũt i mortali crimie lapsi: alioqñ nouũ pctm̃ incurrũt. Qð ꝓbare nitũẗ. Rationibꝰ auctoꝛitatibꝰ: ꝛ exẽplis. ¶ Primo rõnibꝰ q̃ plurimis: de quibꝰ in p̃senti solum tres assignabimꝰ. ¶ Prima ẽ ista. Nunq̃ cadere i pctm̃ ꝛ sp resurgere a pctõ sũt opposita: ẞ hõ existẽs in gr̃a semp teneẗ ad nũq̃ cadẽdũ: ẞ pari mõ existẽs in mortali culpa sp teneẗ ad resurgendũ ꝛ ita statĩ cũ peccauit. ¶ Secũda in illa cũ tenemur ad aliq̃d faciendũ sine tẽpoꝛis determinatiõe ad illud tenemur q̃ citiꝰ possimus. extra de sen. excõ. a. c. eos. li. 6. ꝛ extra de do. ꝛ cõtu. c. cũ dilecti. Et btũs Tho. 2ª 2ᵉ q. 87. ar. 2. ait: Illud qð sine tẽpoꝛis determinatiõe debeẗ nisi statiz soluaẗ obligat ad pctm̃. Cũ igiẗ ꝯstet nos obligari ad ꝯfessionẽ iure diuino sine determinatione tpis: ergo obligamur ad ꝯfitẽdũ q̃ citiꝰ fieri põt. ¶ Tertia est illa licz aliq̃s sit in mortali pctõ teneẗ tñ vitare casuz in mortale: sed nõ põt vitare mortale si permaneat in cõtẽptu cõfitendi: qꝛ vt dicit Greg. Pctm̃ quod per penitẽtiã nõ deluiẗ mox suo pondere trahiẗ in aliud: ergo existẽs i pctõ mortali mox teneẗ cõfiteri. Et ꝯfirmaẗ illa rõ p illã regulaz famosam. Qð q̃libet teneẗ vitare piculũ pcti mortalis Argumẽtũ de/tur: ex de simo. c. Matthæꝰ. de homici. c. pe. vñ Ecclesiasti. 3. dĩ. Qui amat piculũ peribit in illo. ¶ Scðo hoc idez ꝓbaẗ tribꝰ auctoꝛitatibꝰ. Prima ẽ Isido. de sũmo bono di. Cito corrigiẗ culpa q̃ cito cognosciẗ: tardius aũt sanaẗ vulnꝰ qð iam putrescẽtibus mẽbꝛis curatiõibꝰ adhibeẗ. Scða ẽ Aug. in ꝓspero di. Remedia ꝯuersiõis ad dñz nullis sũt cõtamiatõibꝰ differẽda. Qui eni penitenti idulgẽtiã ꝓmisit dicere crastinũ nõ spopõdit dissimulãti. Hec ille. Tertia ẽ scripture sacre Ecclesiasti. 5. vbi dĩ ne tardes ꝯuerti ad dñm ꝛ ne differas de die in diem. Ex q̇bus oibꝰ cõcludiẗ ꝙ statim habita opportunitate pctõꝛ ꝯfiteri teneẗ. ¶ Tertio ẞ idez ꝓbaẗ exẽplis. Primũ ẽ ade. de q̃ ait Amb. in li. de pe. ꝛ de pe. di. 2. c. adã. post culpam statim de padiso deiecit deꝰ: nõ distulit: sed statim sepauit a delitijs vt ageret penitẽtiã. Hec ille. Scðm ẽ Dauid de q̃ idẽ Amb. ait: in apologia Dauid. de pe. di. 3. c. ille rex. Ille rex tantꝰ ꝛ potẽs nec exiguo q̇dẽ momẽto manere penes se delicti passus e ꝯsciam sed p̃matura ꝯfessiõe atq̃ imẽso doloꝛe reddidit pctm̃ suũ dño. Tertiũ exẽplũ ẽ egrotatiõis morbi letal' q̃ moꝛbo q̇s egrotãs si ita approximat morti ꝙ nesciat si statim vel hoꝛa seq̇ẽti moꝛiaẗ nisi apponat remediũ si scit vẗ põt peccat mortaliẗ. A siliˈ videẗ ꝛ a fortiori: ꝙ egrotãs a moꝛbo aut vulnere spũali q̃ ita vicinus ẽ morti ꝙ nesciat horaz mortis spũalis. s. gehẽne ꝛ scit ꝛ põt apponere remediũ ꝛ nõ apponit peccat mortaliter. Ad decretalẽ vero illã. Dis vtriusq̃ sexꝰ. dicunt ꝙ talis ꝯstitutio intẽdit arctare tempꝰ propter negligẽtiã hoĩuz ꝛ nõ ampliare. cum illud spatiũ nõ ꝯcedit. sz potiꝰ p illud negligẽtiã nolentiũ perimit. Qð ꝛ per silitudinem oñdi põt. Nã extra de here. c. excoicatꝰ. §. q̃ aũt dĩ. Qð hi q̃ ex suspitiõe heresis excoicaẗ si ampliꝰ vno ãno in excoicatiõe per ꝯtumaciã ꝑsisterẽt: post illud tempꝰ velud heretici dãnari pñt. Manifestũ ẽ ergo vno ãno nemini in excoicatiõe ꝑsistere cõcessũ eẽ: ẞ pꝰ ãnũ nõnulle pene sũt in excoicatiõe ꝑsistẽtibus addite. Põt etiã decretali p̃dicto scðm Inno. aliter rñderi. s. ꝙ ipsa dũtaxat locũ habet in illis q̇ tm̃ venialiter peccauerũt: hi vero semel in ãno debẽt ꝯfiteri: nõ ex eoꝝ ꝓpria culpa ẞ ex institutõe eccl'iastica. ¶ Se/ — de heretic

cũdus modus dicēdi ē dñi Bo. in. 4. di. 17.
ar. 2. q. 2. ptis 2ᵉ. qui ait: Q̃ꝺ oiuz boiuz ge
nera tria sũt: religiosi: seculares clerici: ⁊ pu
ri laici: hi q̇dē oēs ad propositũ cōfitēdi te-
nent ut predictũ ē post pctm̃ mortale: dum
memoriā habēt: aliter eorũ cōtritio nō va-
let: sꝫ ad actũ ꝗꝫ citius poterũt religiosi sine
mora tenētur: tum q̃ꝛ oportunitas ꝯfitēdi
eis nũꝗꝫ deficit: q̃ꝛ eorũ vita tota ē penitētie
tēpus. De clericis aũt firmiter iste doctor iu
dicare nō audet: tñ magis existimat subito
post mortale pctm̃ ad confessionē obligari:
q̃ꝛ nō videt contrit⁹ qui portat occultũ tam
longo tēpore vuln⁹: ꝑcipue cũ eis opportu-
nitas ꝯfitēdi vix aut raro deficit. De puris
autē laicis asseret q̇dē ꝙ possint vsqꝫ ad pa
scha differre videt eē periculosũ: ⁊ ꝙ semp
silr teneant qñ se offert opportunitas nimiũ
videt eē durũ: ideo rōnabiliter sentiendũ ē
mediũ. s. Q̃ꝺ nũꝗꝫ differre debeāt nisi qñ ma-
iorē opportunitatē: aut tēporis: aut sacerdo
tis expectant: tunc eniꝫ tute differre possunt
quādo ꝓ vtiliori causa differre vident. Si
ꝟo hi oēs nō ex ꝓpria mortali culpa ꝗꝫ non
fecerũt: sꝫ ex institutiōe ecclesiastica cōfiteri
tenētur vsqꝫ ad pascha: licite differre possũt
nisi ratione statuti vel suscepturi sacramēti
ad qꝺ debite ꝑparare se debent. ¶ Tertius
modus dicēdi ē. Scoti ⁊ Alex. de al. vbi. s.
⁊ Ricar. de mediauilla in. 4. dis. 17. ar. 2. q.
6. ⁊ beat⁹ Tho. ibidē ar. 1. q. 4. Et etiam in
ꝑmo quolibeto. q. ij. Qui dicũt ꝙ penitens
nō peccet mortaliter nō cōfitēdo habita op-
portunitate dũmodo habeat ꝓpositũ confi
tēdi tēpore statuto ab ecclesia Q̃ꝺ ꝓbat tri-
pliciter. ¶ Primo efficaci rōne sic: Quicun-
qꝫ omittit id ad qꝺ ex ꝑcepto tenet opportu-
nitate habita mortalit peccet: ergo si aliquis
pctōr pctō ꝑpetrato nō statim cōfitet qñ co-
piam habet sacerdotis si statim ad cōfitēduꝫ
tenet ⁊ nō cōfitēdo statim peccat mortaliter
qua rōne peccat in hoc instanti eadē rōne pec
cabit in sequēti: ⁊ sic sequit ꝙ multa immo
quasi innumerabilia pctā mortalia cōmit-
tit in die ꝓ vna cōfessionis dilatione: qꝺ vi-
det incōueniēs ⁊ valde dānabile: ⁊ hec ē rō
Alex. ⁊ Ri. ¶ Scḋo ꝓbat ex ꝑcepti obliga
tione: q̃ꝛ ꝑcepta affirmatiua nō obligāt sp̄ ꝫ
ad semp: hoc ē dicere nō obligāt ad statim ꝫ
ad tēp⁹ determinatũ: nō q̇dē ex hoc ꝙ tunc co

mode impleri pñt: q̃ꝛ sic si nō daret aliq̇s ele
mosynā de supfluo qñcũqꝫ paup offerretur
peccaret mortalit qꝺ falsũ est: ꝫ obligat ex ꝫ
qñ tēp⁹ necessitatē inducit vrgētē. Cũ ergo
ꝯfessio sit sub ꝑcepto affirmatiuo nō ē trans
gressor aliq̇s ꝑcepti ꝗꝫtũcũqꝫ differat cōfi-
teri: dũ tñ semel in āno cōfiteat: maxime tē
pore ab eccl'ia instituto qꝺ est. xl.ᵒ Et hec ē rō
Bo. Alex. ⁊ b. Tho. ¶ Tertio ꝫ idē ꝓbat
exēplis ⁊ silitudine: q̃ꝛ lꝫ fili⁹ sp̄ possit hono-
rare patrē nō tñ sp̄ peccat mortalit nō hono
rādo: ꝫ qñ offert se possibilitas ex pte filij et
necessitas ex pte patris ⁊ nō honorat: tunc
mortalit peccat trāsgrediēdo ꝑceptũ de ho-
noratiōe parētũ. Sic a sili posito ꝙ adsit fa-
cultas ꝯfitēdi tũ ex pte loci: tum ex pte sacer
dotis: nō tñ peccat mortalit si statim nō con
fitet. Et hoc est exēplũ. b. Tho. ¶ Ad ꝑmũ
argumētũ in oppositũ qñ arguit ꝙ existens
in grā tenet ad hoc ꝙ nũꝗꝫ cadat: ergo a simili
existens in pctō tenet ad hoc ꝙ sp̄ resurgat.
R. Alex. de al. ꝙ nō ē silr: q̃ꝛ cadere nō pōt si
ne nouo cōtēptu mortali: ꝫ existēs in pctō po
test resurgere sine nouo ꝯtēptu mortali. Pre
terea resurgē importat ꝓficere: cadere autē
deficē: ꝫ nō tenet hō sp̄ ꝓficē ꝫ tenet ad nō de
ficiēdũ sp̄ per lapsũ mortalis Preterea cadere
ꝑ mortale ē sp̄ ꝓhibitũ. Resurgere ꝟo nō sp̄
ꝑceptũ. q̃ꝛ illud ꝑceptũ est negatiuũ ꝫ affir
matiuũ. Dicas ergo ad arᵐ. Q̃ꝺ q̇cũqꝫ op-
posita nō eque ligāt. ꝟbi grā de honorare pa-
rētes ⁊ honorare sũt opposita: ⁊ tñ nũqꝫ de-
hem⁹ de honorare: sic a sili hō sp̄ tenet ad ꝫ
ꝙ nō cadat nō tñ sp̄ tenet ad hoc ꝙ resurgat
dũ tñ sp̄ habeat ꝓpositũ resurgēdi: sicut filij
sp̄ tenēt habere ꝓpositũ parētes honorandi
¶ Ad 2ᵐ qñ arguit ꝙ sine termino obliga
mur ad ꝯfessionē dicas ꝫm Tho. ꝙ aliud ē
detentio rei aliene ⁊ aliud detentio vl' obliga
tio ꝯfessiōis: q̃ꝛ detētio rei aliene īuito dño
suo ꝯriat ꝑcepto negatiuo: qꝺ obligat semp
⁊ ad sp̄: ⁊ ideo tenet ad statim reddendũ: cō
fessio aũt ē sub ꝑcepto affirmatiuo qꝺ nō sp̄
obligat: ergo ⁊c̃. Vel dicas ꝫm Alex. ꝙ il-
lud ē falsũ ꝙ obligemur sine termino ad cō-
fessionē: licꝫ eni nō exprimat termin⁹ in in-
stitutiōe siue in cōfessionis ꝓmulgatiōe: ex ꝑ
mit in executiōis obligatione: vt in illa de-
cretali oīs. Ad 3ᵐ qñ arguit ꝙ q̇libet tenet
vitare casũ in mortale ꝑ illud Greg. positũ

q̄ p pniam nō. rc. R. Alex. q̄ act⁹ trahēdi
dicit inclinationē ad pctm̄ siue ad actū pcti
nō tn̄ ruinā in ipsū: ad pmū nō tenet hō sp:
q2 sic teneret ad fugā venialiū q̄ habilitāt ad
casū: ad scōm tenet sp: 7 sic patet illud. Ad
auctes vo rn̄dit Alex. q̄ nō ē pbibitio in il/
lis auctoritatib⁹ q̄ importāt obligationē ne/
cessitatis ſ; poti⁹ cōsiliū vtilitatis. In sacra
eni scriptura multa pponūt p modū impe/
rij q̄ psuadēt illō q̄ ē ɔsilij. Et eodē mō pōt
dici ad exēplū ade 7 Dauid: vl' pōt dici q̄ illa
exēpla nos nō cogūt ſ; inducūt: vel pōt etiā
dici q̄ adā 7 dauid statim cōfessi sūt pctm̄
suū: q2 ab eis exigebat vt patz: ſ; a nobis nō
exigit nisi tpe statuto ab ecclesia. Ad tertiū
aūt exēplū qn̄ arguebat a sili de morbo cor/
porali. R. Ri. vbi. s. in rn̄siōe pmi argumē/
ti: q̄ cōtēnere salutē spūalē pōt dupliciter in
telligi: aut directe 7 positiue p aliquē motū
volūtatis deliberatiue: 7 hoc ē pctm̄ morta
le: aut negatiue 7 hoc ē nō q̄rere salutē spi/
ritualē sollicite. Et hoc nō ē pctm̄ mortale ſ;
circūstātia pcti: nisi in aliq̄ determinato ca/
su in q̄ si nō q̄reret sollicite peccaret mortali
ter omittēdo. Dicas ergo ad argumētū du/
pliciter. Primo q̄ alit ē de morbo corpali et
aliter de spūali: q2 morb⁹ corpalis nisi per re
mediū medici extinguit sp inualescit impe/
tus: Morb⁹ aūt spūalis pcti. s. extinguit p
cōtritionē cū pposito cōfitēdi ad quā semp
tenet 7 tūc nō ē in periculo: q̄ ppter nō ē sile
in vtroq̄ morbo. 2°. mō sic: si ille q̄ egrotat
morbo letali nō pcuret q̄ curetur nō ppter
hoc peccat mortalit: ſ; si cōsideratis cōsiderā
dis nō pcuret. Silr si q̄s egrotat morbo spūa
li 7 cōstet sibi de piculo 7 nō pcuret q̄ curet
p ɔfessionē nō peccat mortalit ſ; illis ɔcurrē
tib⁹ ex quib⁹ orit nou⁹ cōtempt⁹: si tūc nō p/
curat detegendo medico spūali actu habita
opportunitate sacerdotis vel pposito nō ha/
bito: tūc infallāter peccat mortaliter. Ex q̄
bus oib⁹ cōcludēdū ē de mēte illorū doctor
Ricar. Alex. 7 beati Tho. q̄ nemo tenet cō
fiteri nisi semel in anno scilicet tēpore q̄dra/
gesimali pter q̄ in quinq̄ casib⁹ quib⁹ occur
rentib⁹ fieret nou⁹ cōtempt⁹ habita oppor/
tunitate non cōfitendo. ¶ Prim⁹ ē ratione
sacramēti quādo. s. vult celebrare: euchari/
stiā sumere illud aut sacrū ordinē suscipere.
His eni in casib⁹ debet subito habita oppor
tunitate cōfiteri: vt etiā vult Pe. de tarā. in
4. di. 17. 7 Tho. in quadā q̄ōne notabili: et
in quolibet. iuxta illud ad Chori. xi Probat
aūt se ipsū hō 7 sic de pa. illo edat 7 de ca. bi/
bat nisi forte ait Ri. de ppinquo expectet aliū
cui deuoti⁹ atq̄ securi⁹ cōfiteri se credat: sic
eni expectās tāq̄ vere penitēs nullo iure isti⁹
doc. sentētia coicare pbibet. ¶ Secūdus ē
rōne periculi vt qn̄ ē in iminēti piculo mor
tis: vt tpe pestis: grauis infirmitatis: guer/
rarū: famis: 7 nauigatiōis: 7 h⁹mōi. q2 Ec/
clesiasti. 18. scriptū ē. Ante iudiciū. s. mort
interroga teipsū per cōfessionē. ¶ Tertius
est rōne dubij quādo. s. pbabiliter videt am
plius anno illo copiā sacerdotis habere non
posse tēpore. s. ab ecclesia statuto: seu 7 ɔfes
sorē idoneū: vt si q̄s in aliquo pctō deliquit
de quo absolutio ad papā ptinet 7 nunc ha/
bet copiam penitētiarij pape tenet illi ɔfiteri
opportunitate famulāte. dicit tn̄ Tho. in q̄/
dā q̄ōe de quolibet: q̄ laudabile est q̄ pctōr
q̄ citius pōt pctm̄ suū cōfiteat: per accidens
aūt tēp⁹ ab ecclesia statutū siue dilatio meri
toria eē pōt dūmodo vltra annum nō diffe
rat: q2 vt ait apl's. ad Gal'. 6. Dū tēp⁹ habe
m⁹ operemur bonū: 7 Boeti⁹ signat A pa
ppria aptās officijs de⁹. ¶ Quart⁹ ē rōne
stimuli qn̄. s. ɔsciā stimulat illico post pctm̄
cōfiteri: quia oē q̄ō fit cōtra cōsciētiā. s. pre/
cepti vel pbibitiōis edificat ad gehennā: vt
habet extra de restitutiōe expoliator. c. l'ras
§. penl'. extra de simonia. c. p tuas. 7 de sen. ex
cō. c. in inq̄sitionib⁹ 7 pscriptionib⁹. c. fi. de
scrutinio in ordine faciēdo. c. vnico. 28. q. i.
edificat ad ge. glo. ibidem dicit. Q ē q̄ō fit ɔ
ɔsciam nō erroneā edificat ad gehennā. Si
ex his. de pe. di. 4. c. omne q̄ō. ibi eni habet
ad litterā. Et ideo oia mala debet poti⁹ q̄s
pati 7 bona opari q̄ facere ɔtra ɔsciam. 32
q. 2. c. ita ne. ¶ Quint⁹ ē rōne statuti qn̄. s.
vltraq̄ statuat cōsiliū gn̄ale societas quedā
vel religio rōne suorū statutor frequēti⁹ cō
fiteri tenet: precipue qn̄ vouit talia obser/
uare statuta: q2 scriptum ē vouete 7 reddite
dn̄o deo vr̄o. Et sic patet pars prima.

Pars secūda hui⁹ sermonis in q̄ declarat
q̄ cōfessio debet frequētari.

Secūdo circa ɔfessiōis frequētatō ſ;
solz q̄ri vtr liceat ɔfessionē freq̄nta
re: q̄ō pōt fieri duob⁹ modis. Uno mō vt si

frequenter ceciderit in pctm̄ per confessionē
frequēter resurgat: ⁊ hoc est laudabile quia
septies cadit iustus in die ⁊ resurgit. ꝓuer.
24. de pe. di. 3. septies. Alio mō vt pctā ea-
dem pctōr ꝯfiteat: ⁊ tūc dico q̄ nō est neces
se vt qui semel bene cōfessus est iterato ꝯfite
atur pctā sua: nisi in aliquibꝰ casibꝰ: de qui-
bus dictū est. s. dū agebat de cōfessiōis itera
tione. Attamē multū vtile est ⁊ laudabile
extra illos casus idē peccatū pluries confite
ri: ⁊ hoc sm̄ Tho. in. 4. di. 17. ar. 3. q. 8. pro
pter quatuor rationes. Primo ꝓpter erube
scentiā cōfessionis. Nam erubescētia ꝯfessio
nis in penā satisfactoriā cōputat: ⁊ iō quan-
to plus confitet tanto plus erubescit ⁊ tāto
plus satisfacit. Secūda causa ē ꝓpter effica
ciam clauis sacerdotalis: tanta ē eniz virtꝰ
clauiū q̄ hō posset toties cōfiteri q̄ ab oī pe
na liberaret. Tertia cā est ꝓpter orōnez sa-
cerdotis ꝓ sibi ꝯfitēte intercedētis. Quar-
ta cā est ꝓpter deuotionē confitētis ad quā
titas alicuius rei ordinate ad finẽ: suo fini de
bet eẽ cõueniens. Exẽpli gratia. Cũ eni me
dicina ordinet̃ ad sanitatẽ: quãtitas medici
ne tanta debet esse prout ẽ conueniẽs sanita-
ti. Sic a fili i orõne p̃cipue attẽdit̃ orãtis de
uotio: ⁊ iõ vt ꝑ orationẽ possit deuotio diu
cõseruari: oratio dꝫ eẽ prolixa vel diuturna
si aũt orõnis diuturnitas siue ꝓlixitas tediũ
aut fastidiũ faciat: tũc oratio nõ est diutur
nius protrahenda: sed orãs debet se alijs re
bus occupare. Unde sup illo ṽbo Mat. 6.
Orantes nolite multũ loqui. Aug⁹. sic ait.
Absit ab oratiõe multa locutio sed nõ desit
multa precatio. ¶ Tertio oratio nr̃a debet

esse continua rõne intentionis. Intẽtio enĩ nostra debet eẽ vt oĩa in gloriã dei faciam⁹. Ita dicit apl's. j. Chor. io. Quicq̃d facitis in gloriã dei facite. Unde Augusti. Tũc recte laudas deũ qñ nõ solũ verba sed opa in gloriã dei facis. Unde ñ solũ vox tua sonet laudes dei sed etiã opa tua cõcordent cum voce tua. Cũ eni voce cantaueris silebit aliqñ vita tua: sic g̃ canta vt nũq̃ sileas. Hec ille. Ex quibus verbis colligit: q̃ intẽtio opi: ⁊ op⁹ intentioni deberẽt correspõdere: vt vtrũq̃ fiat in gloriã dei: sed intẽtio diuini honoris ⁊ glorie continua debet eẽ: g̃ ⁊ oratio. ¶ 4º oratio nostra debet eẽ continua rõne collati muneris. Lz eni psona actualit ab oratiõe desistat: tñ ex virtute orõnis tria bona cõseq̃t s. maiorẽ deuotionẽ: quia post orationez hõ remanet magis deuotus: elemosynarũ largitionẽ: q̃a homo post orõnẽ remanet pius ⁊ sic elemosynas facit: ⁊ aliorũ intercessionẽ inquãtũ suis beneficijs ⁊ elemosynis alios prouocat vt p se orent: que tria sũt magna dei beneficia. ¶ 5º ⁊ vltimo oratio debet eẽ continua rõne statuti tẽporis. dicit eni glo. sup illo verbo. j. Thessal. 5. Sine inter. or. qñ horis ⁊ tpibus statutis nõ desistit orare: ⁊ hoc ẽ semp orare: vt dicit Luc. i8. Oportet sp. Dicendũ est aũt eum semp orare ⁊ nõ deficere qui horis canonicis nõ desistit orare: vel quia oĩa que iust⁹ facit ⁊ dicit hz deũ pro oratione reputant: Uel quia eternũ bonũ habitu semp desiderat: vbi nota q̃ quando xpus dicit: Oportet semp orare ⁊c. nõ intendit q̃ nunq̃ interrũpat actus orationis sed q̃ nõ interrũpat quasi nunq̃ resũptur⁹ sicut faciũt quidã qui si statiz nõ exaudiunt a dño ab oratione desistunt. ¶ Confirmat predicta Aug⁹ li. 2. cõtra maximianũ. 9. c. dicẽs. Nullus dies: nulla hora: nullũ momentũ tẽporis inuenit quo a scis orationes deo vbiq̃ nõ fundant. Ab alijs hic ab alijs alibi: cũ tñ ab orõnibus nullũ sit tẽpus immune. i. qñ quidẽ diebus ac noctib⁹ cũ alij cibo accepto reficiunt: alij quodlibet aliud agũt alij dormiunt: nõ vtiq̃ desinit quos sanctũ desideriũ orare cõpellat. Et sup. 37. ps. idez ait. Nõ dicit apl's sine intermissione orate. Nunquid sine intermissiõe genua flectim⁹ corpus prosternimus: aut manus leuamus: vt dicat sine intermissione orate: hoc puto sine intermissiõe non possum⁹ facere: Est g̃ alia ratio. s. sine intermis. que est desideriuz. Quidq̃d aliud agas si desideras supnã q̃etẽ non intermittis orare: si vero vis intermittere orare ñ intmittas desiderare. Cõtinuũ desideriũ tuũ: cõtinua est vox tua. Tacebis si amare destiteris: sed si semp manet charitas semp clamas: si semp clamas semp desideras: sed si semp desideras semp oras: Hec ille. Et sic patet qualit oratio debet eẽ continua ⁊ qualit nõ. ¶ Insup aduertendũ est circa determiatiõnẽ tẽporis orõnis assignãtur tres. s. hore a Bernardo pueniẽtes orõni s. hora matutina: vesptina: ⁊ nocturna. Hora matutina ẽ apta orõni: quia tũc a curis exterioribus adhuc sum⁹ ieiuni. Unde pph̃a ait. Mane astabo tibi ⁊ videbo. Et Sap. i6. Oportet puẽire solẽ ad benedictõnẽ. Quãte aũt efficacie sit oratio matutina ostendit Job. 8. Si diluculo psurrexeris ad deũ ⁊ oipotentez fueris deprecat⁹: statiz euigilabit ad te. Naz sicut filij israel mane colligebant mãna. Exo. i6. Ita dulcedo spũs scti tali hora ipetrãda ẽ. Monemur etiã ista hora orare. Exẽplo xpi de quo Mar. j. Diluculo valde surgens Jesus abijt in desertũ locũ ibiq̃ orabat. Hora etiã vespertina cõpetens ẽ orationi: quia tũc inuenimur ab impedimentis digesti. Unde pph̃eta ait. Diri. oratio mea sicut incen. in conspe. tu. ele. ma. me. sa. ves. Monemur etiã ista hora orare. Exẽplo xpi de quo Mat. i4. legit. Dimissa turba ascẽdit in montẽ solus orare. Uespe aũt facto solus erat ibi. Hora etiã nocturna. i. in media nocte cõuenienter ẽ orandũ propt quietem mentis ⁊ corpis. Uñ propheta ait. Media nocte surge. ad con. tibi. Monemur etiã ad hoc exẽplo xpi. Luc. 6. vbi. q̃ erat pnoctans in oratione dei. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secũda huius sermonis in qua declarat quõ habere se debeat orans in oratione.

Secũdo in isto sermone querit de determinatione gestus ipsi⁹ orãtis. s. de versione ad oriẽtẽ: genuflexione ⁊ huiusmõi si congrue fiant. Adhoc Ru. Alex. vbi. s. q̃ oratio marie prout ẽ sacramẽtalis ⁊ satisfactoria habet virtutẽ ipetrandi ⁊ etiã significãdi rationẽ: virtus eni ei⁹ impetrandi residet penes orantis deuotionem ⁊ feruorẽ: sed oratio significandi penes illud

quod exterius apparet. Unde hugo in .2°
de sacris. parte. 9. in prin. sic ait. Sunt qdã
sacramẽta in ecclesia in qbus ⁊ si nõ princi-
paliter salus cõstet: tñ ex eis augeẗ inquãtũ
deuotio exerceẗ: ⁊ ex eis quedã constãt in re
bus: qualia sũt aqua aspersionis: susceptio
cineris: benedictio ramorũ: cereorũ: ⁊ huiꝰ
modi. Aliqua in factis constãt qualia sũt si
gnaculũ crucis: exsufflatio exorcizationis:
expansio manuũ: incuruatio genuũ: ⁊ huiꝰ
modi. Aliqua in dictis constãt sicut ẽ trini-
tatis inuocatio: ⁊ huiꝰ mõi. Hec ille. Signa
igitur corꝑalia que sũt ĩ oratiõe vt iã patet
ad significãdum sũt. Et quia duo sũt ĩ ora-
tione. s. qui orat ⁊ qui oraẗ duo ꝑ huiꝰ modi
signa exteriora significanẗ: vnũ ex parte dei
s. cõuersio ad orientẽ: in quo significaẗ ꝙ sicͭ
ex illa parte oriẗ sol ⁊ lux diuia nobilissima
inter oẽs creaturas corꝑales: sic ad illũ qui
super omnes creaturas ẽ excellẽs ẽ orõ diri
genda. Unde Augꝰ li. 2. de sermone dñi in
monte sic ait. Cũ ad orationez stamus con-
uertimur ad orientez vnde celũ surgit: non
tanꝙ ibi habitet deus q̃si ceteras mũdi par-
tes deseruerit qui vbiq̃ pñs ẽ: nõ locorum
spatijs sed maiestatis potẽtia: sed vt admo-
neaẗ animꝰ ad naturã excellentiorẽ se cõuer
tere. i. ad deũ cum ipsuz corpus quod terre-
nũ est ad corpus excellentiꝰ. i. celeste ꝯuerti-
tur. Hec ille. Quedaz etiã sũt signa ex parte
nostra in oratiõe: ad significandũ: sicut sũt
incuruatio genuũ: vbi significaẗ vera humi-
litas ⁊ reuerẽtia: expansio manuũ vbi signi-
ficaẗ dñice passionis credulitas ⁊ ei exhibẽ-
da obediẽtia ⁊ tonsio pectoris vbi significaẗ
debita de pctis pñia: que oĩa non tam sũt de
orationis necessitate ꝙ sunt de cõgruitate: ⁊
sic patet pars secũda.

¶ Pars tertia huiꝰ sermonis in qua decla-
ratur: vtrũ in omni loco sit orandum.

Ertio queriẗ vtrũ in oĩ loco sit orã-
dũ. Ad qđ simpliciẗ rñdeẗ hz Ale.
ꝙ duplex ẽ orãdi modꝰ publice. s. seu canõi-
ce ⁊ priuate: ⁊ vterq̃ modus in oĩ loco fieri
põt: q2 nullus locꝰ a laude dei excludiẗ. Uñ
ꝓpheta ait. In oĩ loco dñationis eius. Be-
nedic aĩa mea dño. vbi ⁊ glo. sic ait. Ubi nõ
dñatur. ibi non benedicaẗ: vbiq̃z est: vbiq̃z
bñdicaẗ: nullus excusatur: sicut ğ nulla cre-
atura: sic nullus locꝰ a laude dei excipiẗ. Hec
ibi. Eodẽ mõ dicẽdũ ẽ quãtũ est ex parte lo-
ci de ipsa orõne. ¶ Aduertẽdũ est tñ ꝙ ora-
tiones priuate que secrete debẽt fieri inẗ orã-
tez ⁊ deũ: iste maxie hñt fieri in secreto loco
seu priuato. Unde Isido. li. 3. đ sũmo bono
c. 3. ait. Oratõ priuatis locis opportuniꝰ fũ
ditur magisq̃z optatũ ipetrat dũ deo tm̃ te-
ste depromiẗ. Alie autẽ orationes q̃ canoni
ce sunt sicut psalmodia ⁊ huiꝰ mõi que ab ec-
clesia instituta sũt melius fiunt in ecclesia ad
hoc ordinata. Unde propha ait. In eccle-
sijs benedicite dño. Et Mat. 21. dñs dice-
bat. Domus mea: domus oratiõis vocabiẗ
Patet exẽplũ. 3. Reg. 8. de Salomone qui
dixit templũ esse oratiõis locũ. Uñ Dama.
li. j. c. 16. ait. Diceẗ ecclesia locus dei hic ẽ in
glorificationẽ eius velud quoddã templum
determinauimꝰ: in quo ⁊ eas q̃ ad deuz sunt
intercessiones facimꝰ. Hec ille. Conceden-
duz est igitur ꝙ in oĩ loco est orandũ: sed ꝑn
cipalius in ecclesia dei: ⁊ hoc propẗ q̇nq̃z ra
tiões. ¶ Primo ꝑpter forme gñalis obser-
uationẽ: quia in ecclesia nihil aliud debet fi
eri nisi exercitiũ orationis. Uñ Augꝰ super
illud. Domus mea ⁊c̃. ait. Nemo ĩ oratorio
aliq̇d agat nisi id ad quod factũ est. Et iđ. 43
di. c. in oratorio. diciẗ. In oratorio ꝑter orã-
di ⁊ psallẽdi cultũ: penitus nihil agaẗ vt no
mẽ huic ⁊ oꝑa ingiter ĩpensa cõcordẽt. Hec
ibi. ¶ Secũda rõ est propẗ mutuã mẽbroꝝ
ad orandũ inuitationẽ: quia in ecclesia vnꝰ
inuitaẗ ex deuotione alterius. Unde Col.
3. apl's ait. Cõmouẽtes nos metipsos ĩ psal-
mis ⁊ hymnis ⁊ cãticis spũalibꝰ: cãtantibꝰ
in cordibus vestris deo. ¶ Tertia ẽ propẗ
loci deuotionẽ: quia ecclesia ẽ locus ad deuo
tionez excitãs. Unde Chriso. sup illud. Do
mus mea ⁊c̃. sic ait. Ingressus Jesus vrbez
primo tẽpluz adijt dans formam religiosis
vt quocũq̃z imus: primo ad domũ oratio-
nis si ibi est accedamus: ⁊ per orationez deo
cõmendati sic ad negocia agenda succedamꝰ
Hec ille. Ex cuiꝰ verbis patet ꝙ in ecclesijs
magna est deuotionis excitatio: tũ quia deo
spũaliter cõmendamur: tũ quia formaz reli
gionis imitamur: vt in prima ratiõe tracta-
tum ẽ. ¶ Quarta rõ est ꝑpter angeloꝝ ma-
iorẽ frequẽtationẽ ob dñici corꝑis reueren-
tiaz ⁊ honorẽ. Quod figuratũ ẽ Gene. 18.
vbi Jacob lapidẽ erexit in titulũ: qui signi-

ficat ecclesiã. Etiõ dixit. Lapis iste vere do
mus dei: vbi vidit angelos in scala ascẽden-
tes ⁊ descẽdẽtes: quia in ecclesia descẽdunt
angeli ⁊ ascendũt deferẽtes orationes ꝓcan
tiũ in conspectu dei. ¶ Quinta ⁊ vltia rõ ẽ
ꝓpẽ faciliorẽ ĩpetratrionẽ. qð satis datur
intelligi. 3. Reg. 8. vbi orabat Salomon: ꝙ
dñs vellet clamantes ad se in suo tẽplo exau
dire di. ad dñm. Si populus agens pniã ⁊
confitens noĩ tuo venerit ⁊ adorauerint de-
precatiqꝫ fuerit in domo hac: Exaudi in ce
lo ⁊ dimitte populo pctm̃. ⁊ sequit̃. c. 9. ꝙ do
minꝰ rñdit. Audiui orationẽ tuã ⁊ sc̃ificaui
domũ hãc quã edificasti mihi: eruntqꝫ oculi
mei ⁊ cor meũ diebꝰ cũctis ibi. Uisis igitur
⁊ sufficiẽter determinatis que dicta sunt de
oratione. s. quõ exaudiũtur bõi ⁊ mali: ⁊ cui
facienda est oratõ: ⁊ quõ ⁊ pro q̇bus fieri de
bet: necnõ quid ⁊ quo loco ⁊ tẽpore orare et
petere debeamus. Uacemꝰ totis viribꝰ ora
tioni ⁊ cõtemplatiõi vt sic merita nr̃a cumu
lantes ad illaꝫ patriaꝫ peruenire mereamur
vbi ille qui pro nobis orauit ⁊ nos orare do
cuit: cũ pr̃e ⁊ spũ scõ suo viuit ⁊ re. ⁊c̃. amẽ.

¶ Feria quarta post dñicã de passiõe: de re-
stitutionibus ¶ Sermo. 78.

Ego vitam
eternã do eis ⁊ nõ peri
bunt in eternũ. Jo. 10.
Ad cõplemẽtũ huius
cõpendij de pnia frẽs
charissimi sequit̃ post
tractatũ de satisfactio
ne facienda deo: aliqua ꝑtractare de satisfa-
ctione facienda homini que maxime ꝯsistit
in restitutione bonorũ alienorũ. Nã inter ce
tera que ad salutẽ nostrã sũt necessaria hoc
s. restituere aliena ꝑmaxime necessitatis exti-
mat̃: sine qua restitutione oĩs penitẽtia ina-
nis ⁊ vana reputat̃: per illã regulã famosis-
simã. ꝺ re. iu. li. 6. c. peccatũ. s. Nõ remittit̃
pctm̃ nisi restituat̃ male ablatũ: vt ergo dis
ponere te possis ad veraꝫ penitẽtiã ꝑagẽdã,
⁊ in futura septimana digne ad sacraꝫ coĩo
nem suscipiendã aliqua breuiter de restituti
one alienorũ his diebus ꝑtractabimꝰ. Quã
restitutionẽ qui facere voluerint de eorum
erunt nũero: de quibus loquitur dñs in ver
bis propositis di. Ego vi. eter. do eis. s. satis
facientibꝰ: restituentibus: ⁊ nõ ꝑibũt in eter
nũ. De restitutionibus igit̃ tractãtes ꝑmo et
principaliter. Quid sit restituendũ videre li
bet. Tria nãqꝫ sunt bona que possumꝰ ꝓxi
mo auferre: que ablata restituere necesse est
Bona fortune: bona fame: bona aĩe: relin-
quendo bona nature siue corꝑis causa breui
tatis. In p̃nti igit̃ sermõe solũ de fortune bo
nis pertractabimus: pro q̇bus dat̃ ista regu
la generalis. Qð oẽ dãnũ quod q̇s dat: aut
causa efficax est vt det̃ satisfacere obligatur
Ex qua regula tres considerationes annotã
tur. Prima ẽ ꝙ restitui debẽt oĩa ablata ꝑ
rapinã. Secũda ẽ ꝙ restitui debẽt oĩa abla
ta per furtũ. Tertia ẽ ꝙ restitui debent oĩa
ablata per vsuram.

¶ Pars ꝑma huius sermonis in q̃ declarat̃
ꝙ restitui debẽt ablata ꝑ rapinã..

PRimo igit̃ ĩ isto sermone dico ꝙ oĩa
ablata ꝑ rapinã debẽt restitui. Naꝫ
oẽs raptores: ꝑdones: ⁊ pirrate: ⁊ cõ
similes deteriores sũt ꝙ̃ ipsi fures sicut pa-
tet. 14. q. 5. c. penale ẽ. vbi Augꝰ. ait. Pena
le ẽ occulte auferre: multo maioris pene ⁊ vi
sibilit̃ eripe. Hec ibi. Aiteni phs. 5. Ethi.
ꝙ furtũ distinguit̃ a rapina: quia furtũ est
occultũ: rapina ꝟo violenta: que duo habẽt
rõnẽ peccati ex hoc ꝙ acceptio est inuolũta-
ria ex parte eiꝰ cui aliquid subtrahit̃. Inuo
lũtariũ aũt dr̃ dupliciter ꝺm phm. 3. Ethi.
s. per ignorantiã ⁊ violẽtiam. Etiõ aliaꝫ ra
tionẽ peccati habet furtũ: ⁊ aliã rapina. Un̄
btũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. 66. ar. 9. probat rapinã
grauiorẽ furto rõne triplici. ¶ Primo vt
q2 dictũ est: in vtraqꝫ ẽ inolũtariũ: ita tñ ꝙ
in furto ẽ aliq̇d per ignorãtiã: in rapina aũt
ꝑ violentiã. Magis aũt est inuolũtariũ ali
quid ꝑ violentiã ꝙ̃ ꝑ ignorantiã: q2 violen
tia directius opponit̃ volũtati ignorãtia: et
iõ rapina grauiꝰ ẽ furto. ¶ Secũdo q2 ꝑ ra
pinã nõ solũ infert̃ dãnũ in rebꝰ ꝫ etiã agit ĩ
quãdã ꝑsone ignominiã ⁊ iniuriã: ⁊ hoc pre
ponderat dolo vel fraudi que ꝑtinet ad fur-
tũ. ¶ Tertia q2 grauiꝰ punit̃ rapina ꝙ̃ fur
tũ vt patet in. d. c. penale. Quecũqꝫ igit̃ per
rapinã ablata sunt: restituere necesse est. vt
habetur in. l. duobus. § si quis iurauit. ff.
de iureiurando. Et in. l. si te. C. quod me-
tus causa. Sed aduertendum est: ꝙ ad ra
pinam pertinet res inuentas non restituere

sed retinere. vnde. 14. q. 5. c. si quid dr. Si qd
inuenisti ⁊ nõ reddidisti rapuisti: quãtũ po
tuisti fecisti: quia nõ plus iuenisti. Qui alie
nũ negat tolleret si posset: deus cor interro
gat nõ manũ. ⁊ i. c. multi. Hiero. ait. Mul
ti sine pctõ putant esse si alienũ quod inuene
rint teneant ⁊ dicũt: Deus mihi dedit: cui ha
beo reddere? Discant hoc ꝗ peccatũ simile eẽ
rapine: si quis inuẽta nõ reddit. Unde. ff. de
furtis. l. falsus. §. qui alienũ dicit. Qui alie
nũ quid iacens in terra lucrifaciẽdi cã sustu
lit furti astringit sine scit cuius sit siue igno
rauerit. Et hoc quidẽ rõnale est: qr ex q̃ scit
rem nõ eẽ suã supponere debet eẽ alienã. vt
habetur. l. j. C. de thesauris li. 10. ⁊ C. vnde
vi. l. conquerebat. ¶ Sciẽdũ est tñ ꝺꝫ Ri.
in. 4. di. 15. ⁊ Tho. vbi. s. Et Alex. in. 3. pte
in tracta. de ꝑceptis. ꝑcepto. 7. ꝙ quedã sũt
que nunꝙ in bonis alicuius fuerũt: sicut la
pilli ⁊ gẽme que sũt in littore maris: ⁊ talia
iure naturali statim inuẽtoris fiũt. Quedã
autẽ res inuẽte fuerũt õ propinquo alicuius
hominis ⁊ tũc si quis eas accipit nec aĩo reti
nendi sed restituendi dño cuius erãt nõ com
mittit rapinã: alit sic: sicut patet in capitulis
supra allegatis. Hoc idẽ affirmat Alex. i. 3.
ꝑcepto. 7. ꝙ si q̃rit q̃d de thesauri sub terra
inuẽtis faciendũ est: cũ non sit eorũ aliquis
vere possessor. R. ꝺm leges. ff. de acqui. re.
do. l. si is. in prin. insti. de re. diui. §. idẽ lapil
li ⁊. §. thesauros ⁊. C. de thesauris. l. j. li. x.
ꝙ si inuentor tales thesauros iueniat i agro
alieno nõ data opera medietatẽ tm̃ tenetur
dare dño agri: si aũt data opa restituat to
tũ: ⁊ iõ dicit Bal. in rubrica. ff. õ rerũ diui.
ꝙ si aliquis in fũdo suo repit pecuniã in for
mã thesauri in quodã vase sub terra abscon
so: tunc habet locũ predicta distinctio: secus
si repit pecuniã spsam: quia tũc illã tenetur
indistincte restituere. ¶ Nõ si querat iter
quid debeat facere inuẽtor huius rei. Dicen
dũ ꝺm Sco. ꝙ rem inuentã alicui ꝑsone pu
blice custodiendã debet tradere: ⁊ sine ali
qua fictione cõpetentem opã dare: vt repe
riat eum q̃ rem amisit: ⁊ si illũ reperiet ⁊ qd
illius fuerit ꝑ circũstantias certius fiet resti
tuet illi: sed si talis nõ repiatur debet ab iuen
tore pauperibus erogari pro anima illius cu
ius res fuit. quia ꝺm Sco. cui non põt tẽpo
raliter reddi debet ei spiritualiter satisfieri

vel si ipse indigens foret: eam retinere potest
⁊ hoc ꝺm quosdam auctoritate penitentiarij
sui siue diocesani. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secũda vbi declarat ꝙ omnia abla
ta per furtum restituenda sunt.

Secundo dico ꝙ omnia ablata ꝑ fur
tum restitui debẽt. iuxta omnẽ mo
dũ ꝺm quẽ omnia ablata ꝑ rapinã
restituenda sunt: sicut in precedẽtibus capitu
lis de raptoribus dictũ est. ¶ Sed hic orit
dubium: Quid faciet ille qui nõ potest reha
bere rem suam ⁊ debitũ suũ per viam iu
ris ⁊ iusticie: nũquid poterit sibi ipsi solue
re per occultũ furtum. Ad hoc respondet
Henricus de Gandauo i quolibeto suo di.
ꝙ talis non peccat nec in modo recuperãdi:
nec retinẽdo rem sibi recuperatã: ex quo nõ
potest per publicã iusticiã ipsã recupera
re. Et huius sententie videtur esse Augus.
14. q. 5. c. non sane. di. Nõ sane quicq̃d ab in
uito sumitur iniuriose aufertur. Nam ple
riꝗ nec medico volunt reddere honorẽ suũ
nec operario mercedem: nec tamẽ hoc quod
ab inuito accipiunt per iniuriam accipiunt.
Idem videtur sentire Inno. in. c. olim. de re
sti. spo. in secũda opione. in glo. super verbo
verum. ¶ Sed aduertendũ ꝺm alios ꝙ ꝑ
dicta habent intelligi nisi occurrat aliquod
istorũ periculorum. Primũ periculũ est:
scandali fraterni: quia proximo ĩnocẽti pro
furto posset imponi qui culpã non haberet
¶ Secundum periculũ est proprie ĩfamie
qua quis fur de facili posset credi. ¶ Terti
um ꝑiculũ est proprie ꝑsone vl' vite: qr si hoc
ꝑ testes efficacius probaret tãꝙ fur iuste pu
niri posset. ¶ Quartũ ꝑiculũ est ipsius aĩe:
quia si daret sibi iuramentũ si abstulisset rẽ
ablatã: aut sciret q̃ eã clanculo recepisset de
facili ꝑiuriũ incurri posset. Et iõ statutũ est
ne q̃s faciat sibi iusticiã. C. ne quis in cã pro
pria. l. j. Primo ne liceat vnicuiꝗ raptori vel
furi dicere. Ego nõ rapui sed qd mihi debe
bat tm̃modõ mihi solui. Scdõ ne discordie na
scerent si ꝑter ordinatũ iudiciũ de rebus alte
rius vnus q̃sꝗ sibi soluere posset. Tertio q̃a
vnus q̃sq̃ sibi soluẽdo ꝑciũ rei sibi debite plus
debito de facili extimaret: ⁊ ꝑciũ rei alterius
minus debito de facili extimaret. Un̄ Deu
trono. 16. scriptum est: Iuste quod iustum
est exequeris. Dicendũ est ergo ꝙ talis cre

ditoꝛ dꝫ ꝓcurare p viã publicã sibi satisfieri qꝺ̇ si nõ põt tm̃ in duob⁹ casib⁹ ꝓpt̃ pericula p̃dicta de reb⁹ debitoris sibiipsi restituẽ põt: ⁊ hoc etiã intellige si clarũ est qꝺ̇ debeat hr̃e sec⁹ aũt si esset dubiũ. Primo. s. qñ casu rex ipsi⁹ debitoris efficit̃ dispensatoꝛ. 2°. qñ res aliq̃ debitoris ad ipsũ p aliã viã licite euenit. Qꝺ̇ si querat̃: si hõ hoc nõ cõsiderãs sibi soluit nũquid peccat aut restituere obligetur? Dicẽdũ ꝙ nisi i p̃dictis duob⁹ casib⁹ hõ sic sibi satisfaciens sp peccat ꝓpter piculũ cui se exponit. Argᵐ extra de cle. excõ. mi. c. illud ⁊ de tali pctõ pniaꝫ debet facere. Satisfacere aũt nõ tenet̃ nisi plus sibi debito exsoluisset vel nisi in nõ satisfaciẽdo aliqꝺ̇ de predictis piculis imineret. Argᵐ ad hoc extra de noui opis nũcia. c. cũ ex iniũcto. §. sup eo. Ratio p̃dictoꝝ est: q2 si sic retineret vel ꝯ ꝓximũ vl̃ ꝯ se puerteret iusticiã nãlẽ: cũ ꝓpter rẽ tẽpo ralẽ postponeret rẽ maioꝛẽ. s. famã vitam ⁊ animã suã. ¶ Sed diligẽter aduertendũ ẽ ad declarationẽ dictoꝝ in istis duab⁹ ptib⁹. Qꝺ̇ nõ solũ p̃ncipales raptoꝛes ⁊ fures obligant̃ ad restitutionez: sed etiã qui in dãnis ipsoꝝ dant cãm efficacẽ. i. sine qua verisimiliter p̃sumi põt ꝙ tale damnũ nõ contigisset per illã regulã famosam que habet̃ in vi. ct clam da. c. si culpa. ⁊. ff. de vi bonoꝝ rapto. l. pretoꝛ. §. penul. ⁊. ff. locati. l. videamus. §. finali. Et. ff. de edili. edi. l. ꝙ si nolit. §. si mã cipiũ. ff. ad legez aquiliã. l. qui occidit. §. in hac. vbi dicit̃. Qui occasionẽ dãni dat. dã. da. videt̃. Sed cuius verbi intellectũ oẽs tales cooperatoꝛes talẽ prestantes cãm efficacem insolidũ restituere obligant̃ nisi per reliquos cooperatores institutio fiat: ⁊ si tota fiat ab vno tunc s̃m Sco. ⁊ Hosti. quilibet alius tenet̃ ei ad tantũ quãtũ sua partialis cooperatio satisfacere obligat̃. Et s̃m Tho. Si principalis in facto soluit oẽs aliȷ. s. qui fuerunt ab eo inducti liberati sunt. ¶ Est etiã notandũ: ꝙ si hõ nõ est coopatus in totũ sed solũ in aliquã partẽ nõ tenet̃ restituere nisi tm̃ illã partẽ. Multi igitur sunt qui dant cãm efficacẽ rapine ⁊ furto: aliq̃ dant facto siue auxilio. Unde si aliquis coitatus est raptoꝛẽ qui nullatenus sine sua societate iuisset ad rapinã: vel etiã si iuisset rapere nõ potuisset s̃m Inno ⁊ Hosti. extra de homici. sicut dignũ talis tenet̃ insolidũ: si aũt illã rapinã sine ipso oĩno etiã fecisset: tũc tenet̃ de illa pte que ad eũ puenit. Aliq̃ dant cãm efficacẽ cõsilio: vt cũ quis prestat consiliũ ad rapinã ⁊ furtũ: aut cũ quis dat consiliũ ꝙ homo nõ restituat aliena: sine quo cõsilio talia non fierent. Argᵐ a simi. extra de sen. excõ. c. nup. in glo. Concoꝛ. Rica. in. 4. dis. 15. Aliqui dant cãm efficacez scripto vt p falsum testamẽtũ seu instrumẽtũ vl̃ aliaꝫ scripturã falsam. Si quis dãnificet̃ iniuste ille qui scripturã falsificat satisfacere obligat̃ insolidũ. l. i. ff. de magistratib⁹ cõueniẽ. ⁊ in. l. qui tabulas. ff. de testa. Aliqui dant cãm efficacẽ statuto: faciẽtes statuta grauia siue leges iniquas in dãnũ ꝓximoꝝ. Naꝫ tenent̃ restituere oẽ dãnũ quod ex illis statutis secutũ ẽ. Siĺiter oẽs predicta statuta obseruãtes s̃m Duranᵐ tenent̃ restituere oĩa illa que occasione obseruationis eoꝛũ facte p eos aliȷ iniuste lucrati sunt. Aliqui dant cãm efficacẽ p̃ceptione siue cõmunicatione. Unde aduertendũ ꝙ ille qui iubet fieri p̃oꝛ ⁊ principalioꝛ cã est quã executoꝛ precepti: ⁊ p cõsequẽs plus influit ex quo quidẽ est forti⁹ obligat̃. xi. q. 3. c. iulianus. ⁊. c. si is qui p̃est. Aliqui dant cãm efficacẽ diffamatione dicẽtes aliquẽ spoliatiõe dignũ ⁊c̃. siue adulatione laudando malefactoꝛẽ quasi strẽnuũ ad hoc. 93. dis. c. si inimic⁹. Aliqui dãt cãm efficacem nõ defendendo siue nõ obuiando: vnde s̃m Sco. Si quis ex officio tenetur a dãno alteruꝫ defensare ⁊ negligit potens sine piculo ꝓprie persone: insolidũ restituere obligatur: huiusmodi sunt medici: notariȷ: officiales: ꝓcuratores: stipendiariȷ: ⁊ capitanei. Nam capitaneus habens multos stipendiarios ad restitutiones tenet̃ de omni dãno qꝺ̇ iniuste inferũt si obuiare põt ⁊ nõ facit vt habet̃ in. l. quoniã multa. C. ad legẽ iuliã de vi publica vel priuata. Si q̇s aũt obuiare põt ⁊ non facit: non habens ad hoc officiũ licet moꝛtaliter peccat: tamẽ restituere non tenet̃. Aliqui dant cãm efficacẽ nõ manifestando. Nam s̃m Sco. si quis requisitus in iudicio vt manifestet furta vel rapinas: si nõ iminet sibi periculuꝫ status vel psone talis inq̃ꝫtũ nõ manifestãdo dãnũ dẽ quod inde sequit̃ leso satisfacere obligatur. Ad hoc facit extra de furtis. c. qui cum fure. ⁊. xi. q. 3. c. quisquis. vnde s̃m Bal. in. l.

presbyteri. C. de epis. 7 cle. Non solum fal/
sus testis est ille q̇ loquit̃ falsū: sed etiā q̇ no
uit veritatē 7 tacet cuȝ interrogat̃. Aliqui
dant causam efficacē nō iuste grauādo: sicut
ille q̇ habet ponere collectā ꝫm cuiuslibet fa
cultatē aliquos alleuians: 7 reliquos iiuste
grauans. Talis inq̄ tenetur de illato dāno
satisfacere lesis si eos repire pōt: 7 quicquid
inde lucratus est paupibus dispēsare. Si āt
repire non pōt lesos: debet oīa p̄dicta paupe/
ribus erogare. Aliqui dant cām efficacē re
ceptione siue cōseruatione. Nam si quis re/
cipit siue cōseruat ablata ne inueniri possint
7 restitui insolidū obligat̃. ff. de receptatori
bus per totū Titu. 7. C. ad. l. iuliaȝ de vi pu
blica in. l. crimen. 7. xi. q. 3. q̇ consentit. Ali/
qui dant causam efficacē ēptione. Nā si q̇s
sciat rem alienā ablatam 7 illam emit ani/
mo retinendi obligatur restituere dn̄o suo.
ff. de conditione furtiua. l. in re furtiua. 7. C
de furtis. l. manifestum. extra de re. spo. in
. c. grauis. Et hoc intellige ꝙ restitui debet
sine precio: obstat enim sibi sua turpitudo.
Dicit tamē Alex. i. 4. Q̄ō talis pōt rem suā
restituere vendēti: vt recipiat preciū q̄ō ipse
dedit. Magis eni pōt prouideri sibi q̄ alte
ri: debet tamē adducere furē ad hoc vt resti/
tuat ea bona domino rei. Si āt emit ablata
credens iuste esse possessa: si postea nouerit
rem istā fuisse raptā restituere obligat̃. Ali
ter nō. C. de furtis. l. 2. Tenet̃ etiā existētes
satisfacere fructus: de cōsūptis aūt nō tenet̃
vt. l. fructus. l. si ex diuerso. §. finali. ff. de rei
vendica. Si aūt quis emat ablata vt reddat
ipsa dn̄o suo qui verisimiliter nō erat aliter
habiturus: tūc vtiliter gesserit negociuȝ dn̄i
rei: poterit totū recupare preciū 7 interesse
suū. Et breuiter quicq̇d sibi adest ex illis vt
merces: fructus: vel sil̃e restituere obligat̃: et
quicq̇d sibi abest vltra p̄ciū moderate expen
se repetere pōt. Si aūt ille dn̄s rei nō inue/
niat̃: tunc quicq̇d res ipsa valet vltra illud
q̄ō emptori ipsi debet̃ paupibus erogandū ē
7 hoc ꝫm Ray. publice fiat vt suspicio eui/
tet̃ impediēdo ne. s. Aliqui dant cām effica
cē quis aliq̄ō officiū vel bn̄ficiū: vel aliquod
donū vel lucrū optineat: tunc eni ꝫm Tho.
2a 2e q. 62. aut talis ipediens ipediuit euȝ
iuste: vt si intendēs honorē dei vel vtilitateȝ
ecclesie pcuret ꝙ det̃ alicui digniori: 7 tunc
in nullo tenet̃: aut ipediuit iiuste. s. propter
odiū 7 vindictā 7 silia: 7 tunc si non erat ad
huc firmatū ꝙ daret̃ ei tenet̃ ad aliquā cō/
pēsationē pensatis cōditionibus psonarum.
Si autē iam determinatū erat ꝙ daret̃: im/
pediens tenet̃ ad restitutionē equalentē ꝫm
suā facultatē. Ricar. tamē in. 4. dis. 15. cir/
ca hoc distinguit: quia aut homo facit hoc
intētione dānificandi aliū: aut cōsulēdo vt p
prie vtilitati. Primo modo tenet̃ ad resti/
tuendū eo modo quo dictū est. Secūdo āt
modo nō tenet̃. Nam. ff. de re. iu. l. nemo di
citur. Nemo dānū facit nisi qui facit q̄ō ius
facere nō habet. Aliqui dant causam effica/
cē cōsentiēdo ꝙ in tali debet quādo sine tali
consensu talis dānificatio subsecuta nō esset
Patet hoc. 2. q. i. notū sit. Idē quoq3 dicen/
dū ē: si aliquod dānū illatū sit nomine tuo:
7 tu hoc sentiēs habens ratū: tūc insolidum
obligaris ꝫm Ray. xi. q. 3. qui cōsentit. 7 ex/
tra de restitutione spo. c. cū ad seculū. quia
ꝫm Sco. talis dictus ē consensus interp̄tati
uus. Aliqui dant cām efficacē participādo
qui. s. de rapina vel furto edunt vel dono ali/
ter recipiūt. Nam oīa restituere obligantur
quod tamē intelligendū ꝫm Hosti. nisi con/
sumpta essent anteq̄ intelligerēt illa de rapi
na fuisse. C. de rei vendi. l. certū est. Aliqui
postremo dāt cām efficacē occultando vl̃ de
struēdo: sicut sūt notarij q̇ occultant vel de/
struūt testm̄: vn̄ nō soluūtur legata ad pias
causas nec alia debita nec fiunt restitutiōes
Nam tales si taliter destruūt quod reperiri
possunt tenētur ad restitutionē oīuȝ p̄dicto
rū. Si autē solum occultent grauissime pec
cant: nec absolui possunt nisi illa reuelēt: nō
tamē credo eos ad restitutionē teneri: cum
heredes creditoribus semp remaneant obliga
ti. Hoc idem intelligendū est de quibuscūq3
alijs scripturis siue mercatorū libris 7 con/
siliibus. De restitutione aduocatorū: procura
torū: iudicū iniuste sentētiātiū: male accu/
santiū 7 testificantiū: lusorū: 7 cōsimiliū 7
etiā prauorū mercatorū: dicit̃ in sermonario
de tribus pctīs principalibus tractatu de aua
ricia: ideo hic causa breuitatis omitto. Et
sic patȝ pars secunda.

¶ Pars tertia in qua declarat̃ ꝙ restituenda
sunt oīa oblata per vsuram.

Tertio dico ꝙ oīa ablata p vsurā re/

stitui debet tāq̄ male ablata ꝑ regulā gene-
ralē in exordio dictā. Sed hic oriūt tria du
bia. ¶ Primū ē si vsurarij tenēt restituere
q̇cq̇d ex rebus vsurarijs lucrati sūt. Ad qḋ
dicendū ē ſm Sco. in. 4. dis. 15. ⁊ Ric. ibidē
⁊ Tho. vbi. s. ⁊ Alex. lombar. ꝙ res ab vsu
rarijs ꝑ vsura seu vsuris recepta: aut est de
sui natura lucrosa aut non. Primo mō si est
lucrosa sicut sūt dom⁹: vinee: agri ⁊ cōsilia:
tūc nō tm̄ res ipsa sed etiā earū ꝓuentus re
stituēdi sūt. Rō est: q2 tales fruct⁹ sunt rerū
quaꝝ alius dn̄s ē: pōt tn̄ inde deducere exp̄e-
sas ⁊ suas opas moderatas. 2º aūt modo si
res non est lucrosa: quia. s. fuerunt denarij:
frumentū: vinū: oleū: ⁊ silia: tūc sufficit re-
stituere qḋ receptū est: vnde si vsurarius ex
pecunia vsuraria negociat̄ ⁊ lucrat̄: vel in-
de p̄dia emit ⁊ fructus ꝑcipit non tenēt re-
stituere: q2 tale lucrū nō est pecunie fructus
sed hūane industrie act⁹ ⁊ possessiones inde
empte semꝑ de iure ad periculū vsurarij cur
runt. ¶ Est tn̄ aduertendū ſm Alex. lom
bar. ⁊ p̄dictos doc. Q2 dānū qḋ accidit iiu
riā passo dupliciť accidere pōt. Primo mō
ꝑ se ⁊ directe dat̄ ab vsurario dānū iniuriā
passo: ⁊ tūc vsurari⁹ satisfacere obligat̄: q2
. s. in expoliatione talis pecunie incurrit dā-
nū: quia necesse fuit sibi vēdere possessionez
vel accipe ab alio pecuniā sub vsur]: vel quia
domū suā ꝓpter hoc vilius vendidit ⁊ silia:
tūc in tali casu vsurari⁹ hoc dānū restituere
obligat̄. Rō hec est: q2 vsurari⁹ illius dāno
causam efficacē p̄stat ꝑ regulā in ꝑte prece-
dēti dictā. Secūdo mō dat vsurari⁹ dānuz
iiuriā passo ꝑ accidens ⁊ indirecte: q2. s. nō
secut⁹ est homo aliquā vtilitatez: siue aliqḋ
lucrū qḋ ex pecunia intendebat vel cōsequi
potuisset: ⁊ tale dānū restituere non tenet̄:
q2 pecunia de sui nā̄ nō habet ꝑtē: ⁊ hec snia
est verior ſm Sco. ¶ 4m dubiū est si ille q̇
pecuniā mutuauit vsurario ad fenerandū
obligat̄ restituere vsuras: quas vsurari⁹ ex
illis lucrat⁹ est. Ad qḋ dicenduz ſm Alex.
lōbar. ⁊ Guiel. ꝙ non obligat̄ ſm quosdaz
nisi inq̄tū ꝑuenit ad eum: nec insuper i duo
bus alijs casibus: vt puta cum quis societa-
tē contrahens cū alio ad exercendū fen⁹: vł
cū quis vsurario dat pecuniā ꝓ lucro parti
cipando: mouent̄ etiā tales ad hoc sentien-
dū ꝓpter differentiā que est inter rapinaz ⁊

furtū ex vna ꝑte: ⁊ vsurā ex alia ꝑte: ⁊ penes
voluntariū ⁊ inuolūtariū. Ex qua q̇dē dif-
ferentia ortū habet q̇ḋ in his casibus potior
est cōditio vsurarij q̄ raptoris vel furis: q2
rapina ⁊ furtum cōtra voluntatē dn̄i perpe
trant̄. Et ideo in huiusmodi restituere obli
gant̄ qui ad hoc prestat causam efficacē nō
autē in vsura. ¶ Tertiū dubiū est. Si acci
piēs mutuū ad vsurā mortaliť peccat. Ad
hoc respondet̄ ſm Tho. vbi. s. ⁊ Ric. in. 4.
dis. 15. Q2 duo necessaria sunt ad hoc ꝙ ho-
mo sine peccato mortali tale mutuū accipe
possit. Primo ꝙ qui hoc mutuū prestat nō
sit inductus ab alio: sed a seipso parat⁹ sit ad
tale mutuū dādū. Si autē inducat̄ semꝑ
qui inducit mortaliter peccat: quia coope-
ratur mutuanti ad iniusticiā exequendā si-
ne cuius cōsensu non fieret. Preterea ꝙ ꝓri
mus peccet mortaliter vt ipse inordinatā af
fectionem expleat prauū ⁊ impiū esse vide-
tur. Nam ⁊ si hō esset i necessitate extrema
mortale pctm̄ esset aliquē remittētē inducē
dare mutuū ad vsuraz: imo poti⁹ liceret ne
cessaria ꝓ cōseruanda vita illi rape violen-
ter. Cui⁹ rō est: q2 i extrema necessitate oīa
sunt coīa. ff. ad. l. rodiā. de iactu. l. 2. §. cū in
eadē. extra de furtis. si quis ꝓpter necessita-
tem. ꝓpterea taliter accipiēs minime peccat
sed taliť inducere ad mutuū dādū sine mor
tali culpa nō pōt fieri. 2º ꝙ homo sine mor
tali culpa possit mutuū accipere necesse ē ꝙ
cogat̄ ex necessitate: ꝓ quāta aūt necessita-
te hoc licitū sit nō est facile diffinire. Sz vt
dicit Ricar. vbi. s. ar. 2. q. 5. in fine nō exigi
tur illa necessitas que est extrema: sz quādo
homo notabiliter dānificaret̄ vel notabilē
penuriā pateret̄ si non acciꝑeret ad vsuram.
Ex q̄ manifeste apparet ꝙ cū tale mutuum
suscipitur ad voluptates explendas in vani
tatibus: lasciuijs: ⁊ ludis: ⁊ silibus: vel vt ho
mo lucret̄ amplius vt ditetur semꝑ morta-
le peccatū est: patet etiaz ꝙ qui ꝓ augenda
substantia depositi nomine vel ad discretio
nem inducunt aliquas personas seu viduas
ad tale sibi dandū: cum ex timore conscien-
tie id agere nollent semꝑ peccāt mortaliť:
quia ad malum incitant ⁊ inducūt. ¶ Q2
autē cum duob⁹ predictis ꝯditionib⁹ accipe
hui⁹modi mutuū sit licitū ꝓbat̄ tripliciť,
p̄ rōne. Nā sicut eadē actio respectu agētis

pōt esse mala ⁊ respectu patiētis ⁊ consulēꝺ
pōt esse bona quādo. s. nō cōsulit eam nisi in-
ꝙtū bona sic accipe mutuū ad vsurā pōt eē
licitū licȝ prestare sit malū: pōt enī recipiēti
ꝑ se ⁊ absolute displicere illa vsura: ⁊ pōt cō-
sentire in illā solam ei⁹ redditionē absqȝ hoc
ꝙ cōsentiat in acceptionē vsure inꝙtū vȝ ē
vitiosa: ⁊ tunc licȝ talis ꝯtus mutui fiat ex
vtriusqȝ cōsensu: nō est tñ a cōsensu isti⁹ in-
ꝙtū est vitiosus nisi ꝑ accidēs solum. ¶ 2º
idē ꝓbaꝛ auctoritate Aug. di. Nō aliud est
bñ vti malo: aliud male vti bono: Bñ siqdē
vti malo nō ē pctm̄. Ex q̄ pȝ ꝙ bñ vti vsu-
rarij malo sicut facit talię mutuū accipiens
nō est malū. ¶ 3º hoc idē ꝓbaꝛ exēplo ei⁹dē
Aug. in epl'a ad Plebitulā di. Nō aliud ē
inducere idolatrā vt nō iuret solū sed etiā in
idola iuret qḋ illicitū est: atqȝ aliud ē recipe
iuramētū ꝑ idola factū ab idolatra nolente
aliter iurare qḋ quidē licitū ē: q2 vtitur ma-
lo bñ. Siliter dicendū est i ꝓposito. ¶ Nō
si queraꝛ si mediatores ꝓcurantes vt detur
alijs ad vsurā mortaliter peccēt. Dicenduȝ
breuiꝛ ꝭm Ricar. vbi. s. ꝙ dupliciter pecca-
re pñt. Primo si mutuū q̄runt ꝓ his qui nō
indigent. 2º si ꝓximū mutuare sub vsuris
nolentē inducūt. argm extra de homi. c. sicut
dignū. §. qui ꝟo. Rō huius est: q2 ꝭm phm
2º Ethic. Mediū sapit nām extremorum.
Si aūt tales stant pro ꝑte in lucro vsurarij
nō tm̄ peccant sed etiā in solidū restituē obli-
gantur: si tñ sunt ad hoc sic cooꝑati ꝙ absqȝ
cooꝑatione eorū illa vsuraria ꝓstatio facta
nō esset. Hinc est ꝙ ꝑ regulā p̄dictaȝ. Qui
cām dāni dat nō solū vsurarij restituere te-
neꝛ sȝ etiā eoꝝ coadiutores. Primo obligāꝛ
notarij. De quib⁹ distinguendū est ꝭm Ge-
rardū obdonē. Nō si scieꝛ faciūt istrumēta
de debito vsurarū ac si sit debitū legitimū:
tunc quidē reddere teneꝛ vsurā acceptam si
vsurarij nō restituāt: nisi forte hoc facerēt
in fauorē receptoris mutui ꝭm quosdā. Nō
aūt aliter teneanꝛ rō est: q2 eoꝝ instrumētū
ē efficaciter cooꝑatū ad hoc vt vsurario ta-
lis vsura soluaꝛ. Si ꝟo in instrumēto est fa-
cta expressa mētio de vsura: tunc si quidem
nō teneńꝛ nisi vbi esset cōsuetudo ꝑ talia in-
strumenta cogere in iudicio debitores ad sol-
uendas vsuras: q2 tunc etiā modo predicto
obligarenꝛ: ⁊ sicut tales ꝭm Hostien. ꝑiuri:

infames qui nō possunt esse testes: ⁊ quibus
sunt oēs actus legitimi interdicti. extra de
testibus. c. ex parte. ⁊. c. licȝ ex quadam. ⁊. c.
vltimo. Cōcor. Archi. 46. di. sicut. 2º obli-
ganꝛ vsurarū testes qui scienter instrumē-
tis vsurarū cōsenserunt esse testes: ⁊ peccāt
⁊ satisfacere obliganꝛ ꝭm distinctionē q̄ fa-
cta est de notarijs: cum cōstet instrumentuȝ
sine testibus nullaten⁹ robur obtinere. Ter-
tio obliganꝛ socij vsurarioꝝ vel factores q̇
stant ad mutuatim dandū in ipsorū perso-
na inꝙtū apud eos residet pricipalis aucto-
ritas: tales inꝙ nisi principales restituāt sa-
tisfacere obliganꝛ ꝭm Gerardū obdo. Ser-
uitores aūt qui ad solam manualē traditio-
nē mancipati sunt: ita ꝙ si ipsis contrahunꝛ
vsure: q̄uis ipsis presentibus pecuniaqȝ tra-
dentibus fiat: licȝ mortaliter peccēt restitue-
re non teneńꝛ nisi solū illa que sibi de vsuris
redimissent. Postremo restituere obliganꝛ
tutores. curatores: vel ministri: ⁊ quicūqȝ
alij gerendo negociū alienū ꝓ alijs feneran-
tur: tales inꝙ ad restitutionē tenentur ꝭm
Alex. lombar. ⁊ Rodo. quia taliū contra-
ctuū fuerūt ministri ⁊ auctores ⁊ sic ad tale
lucꝝ prestiterūt cām efficacē. Pupillus aūt
facta ꝓtestatiōe ꝙ nihil vult habere de vsu-
ris sed suū inꝉesse p̄dicta restituē nō teneꝛ ꝭ
ei⁹ tutor nisi vsuraria quātitas excedēt mo-
deratū lucrū ⁊ interesse: tunc cui sugfluū re-
tinere non posset ꝭm illud restituere deberet
tutori: qui tutor restituere debet vsuras ⁊ si-
bi imputet īprudentiā suā. Si aūt pupillus
recipiat sine ꝓtestatiōe p̄dictas vsuras obli-
gatur ipsas restituere: sȝ cōtra tutorem age-
re pōt ⁊ ab eo suū petere interesse. Si ꝟo tu-
tor nihil dicat de vsuris: demūqȝ lapsu tēpo-
ris dicit illud lucrū fuisse vsurariū: tūc pu-
pillus ei credere non teneꝛ: nec illud restitue-
re obligaꝛ ꝭm quosdam. Ratio est quia pu-
pillus nō approbauit ꝙ ille fecerit nec de vsu-
ris aliquid dixit tēpore quo debebat: ꝓpterea
tutor ille restituere obligaꝛ. Obliganꝛ etiā
restituere vsuraꝝ reacquisitores ⁊ retento-
res: de quibus diceꝛ in tractatu de vsuris i
sermonario de p̄ceptis: que breuitatꝭ causa
hic omitto. Rogemus ergo omnipotentem
vt cōcedat nobis hic transire per ista tempo-
ralia vt non amittamus eterna in seculorū
secula. Amen.

¶ Feria q̄nta post dn̄icā passionis de cōuer
sione Marie magdalene. ¶ Sermo. 79.

R Emittūtur
tibi pctā tua. Scribūtur
hec v̄ba Luc. 7. Est ve-
ritas ⁊ sn̄ia p scōs appro-
bata. K. charissimi ꝙ quā
to magis aīa sup̄na ⁊ spi-
ritualia degustat: tāto magis t̄rena tp̄alia ⁊
carnalia cōtēnit ⁊ abhoiat: hui⁹ modi rō ex-
pressa est: q̄r aīa nr̄a tāte nobilitatis existit
vt sine gaudio ⁊ dulcedine p̄manere nō pos-
sit: sed solū a duab⁹ p̄tib⁹ cōsolari posse eui-
dēter apparet: vł. s. de sup̄nis ⁊ sp̄ualib⁹ ⁊ di
uinis: vel de inferiorib⁹ t̄renis ⁊ carnalib⁹: q̄
duo sic se habēt vt inter se ꝯtraria existant:
vt q̇ in vna p̄te velit delectari ab alia recede
re necesse ē: q̄r s̄m ph̄m. x. Methaphisi. cō-
traria mutuo se expellūt: nec sił ⁊ semel p̄nt i
esse eidē subiecto. Qui igił cōtēnit p̄ntia et
terrena: necesse ē vt cōsoleł de sup̄nis: ⁊ ecō-
uerso. Qui ḡ adheret sp̄ualibus ⁊ diuinis a
carnalib⁹ se subtrahit. vn̄ Grego. Gustato
sp̄ū desipit oīs caro. Patēt ista p exēplū pec
catricis magdalene: q̄ ꝙuis pulchra ⁊ iuue-
nis: ꝙuis diues ⁊ delitiosa ac carnalib⁹ ⁊ la
sciuijs hui⁹ mūdi dedicata: gustata suauita
te dulcedinis sp̄ūs ex p̄dicatiōe ⁊ verbis xp̄i
ei⁹ cor inflāmātib⁹: ꝯuersa ē ad eū despiciēs
oīa adeo vt a xp̄o dicta sint ei v̄ba p̄posita:
Remittūł. ⁊c̄. De qua in p̄nti sermōe ad ex
emplū pctōꝝ vt cōuertanł tria i p̄nti euāge
lio cōsiderabim⁹. Primo ei⁹ offensionē: ibi.
Ecce mulier erat in ciuitate. ⁊c̄. 2. ei⁹ ꝯuer
sionē: ibi. vt aūt cognouit. ⁊c̄. 3° ei⁹ gratifi-
cationē: ibi: Remittūł tibi pctā tua.

¶ Q̄ō Maria magdalena fuit maxima pec
catrix.

P Rimo in isto sermone dico ꝙ Ma-
ria magdalena fuit maxima pecca-
trix. q̄ō ōn̄dił ex trib⁹. ¶ Primo ex euāgeli
sta q̇ dicit: Ecce mulier erat in ciuitate pec.
Primo eni dicit: Ecce: q̄ō est aduerbiū de-
monstrādi: ⁊ interdū demōstrał aliq̇d ma-
gnū: vt patz Esa. 7. Ecce virgo cōcipi. ⁊c̄.
Ecce ḡ mulier plena pctis: vana: dissoluta
arma diaboli: expulsio paradisi. Deinde dic̄
erat q̄ō ē verbū imp̄fecti tp̄is q̄ō signat con-
tinuatōēs i pctis: q̄ ē pessima conditio. q̇a vt
dicit Grego. ⁊ Chryso. Humanū ē pecca
re: angelicū emēdare: diabolicū perseuerare
Postea addit in ciuitate: q̄ō siḡt manifesta-
tionē peti q̄ grauat pctm̄ p̄pter malū exem-
plū. Postremo subiūgit peccatrix: q̄ō siḡt
deformitatē ex ipsa vi vocabuli ¶ 2°. ōn̄dił
hoc idē ex phariseo q̇ dixit si hic p̄pheta eēt
a deo sciret vtiqꝫ q̄ ⁊ qualis eēt mulier q̄ tā-
git eū: q̄r peccatrix ē. Et nota q̄ō dixit. que:
ad denotādū q̄ō in pctis cōis erat alijs: sed
adiūgit: ⁊ qualis: p̄pter illud q̄ō in ea erat
maximū respectu alioꝝ. ¶ 3°. hoc idē ōn̄dił
ex ipsa magdalena q̄ vt cognouit pctm̄ suū
nō erubuit in epulis flere: ⁊ ita vehemēs fuit
in ea dolor: q̄ō oīa ⁊ seipsā nihil reputabat
nisi flere pctā: ⁊ nō attēdebat: quia se indi-
gnā existimabat: q̄ sūt oīa signa ꝙ i ea erāt
maxima pctā. vn̄ Grego. in omeł hui⁹ euā-
gelij. Cogitāti mihi de Marie p̄nie magis
flere libet ꝙ aliq̇d dicere. Cui⁹ eni vel saxeū
pect⁹ ille hui⁹ peccatricis lachryme ad exem-
plū p̄nie nō emoliūt. Cōsiderauit nāqꝫ q̇d
fecit: ⁊ noluit moderari q̇d faceret. Super
ꝯuiuātes ingressa ē: nō iussa venit: inter epu
las lachrymas obtulit. Discite q̄ dolore ar-
det q̄ flere inł epulas nō erubescit. Nā quia
semetipsā erubescit int⁹ nihil esse credit q̄ō
verecūdareł foris. Hec ille. Sꝫ magna que-
stio vētilata ē ⁊ ventilał a doct. Si Maria
magnadelena peccauit carnalił corp̄e suo et
teneo ꝙ sic cū multis alijs: hoc idem p̄bans
Rōne: auctoritate: ⁊ exēplo. Primo rōe sic:
pharise⁹ erat pctōr in corde ⁊ sup̄bia i corde
dico: q̄r pharisei sibi cōsciam nō faciebāt ni-
si de pctis actualib⁹ nō de cōcupiscētijs. Et
iō rep̄hēdebat eos dn̄s. Mat. 5. Nisi abūda
uerit iusticia v̄ra pl⁹ ꝙ scribarū ⁊ phariseoꝝ
nō i. i re. c. Erat etiā pharise⁹ obuolut⁹ pctō
sup̄bie q̄ō maxie mōstrauit i iudicando xp̄m
⁊ reputādo mariā maiorē peccatricē se ipso
q̄ō cōfirmat Grego. in omeł. p̄dicta dicens
Ecce pharise⁹ veracił apud se sup̄b⁹ ⁊ fallaci
ter iustus. Egram rep̄hendit de egritudine
medicū de subuētiōe: qui ipse quoqꝫ de elatio
nis vulnere egrotabat ⁊ ignorabat. Hec ille.
Et nihilomin⁹ vidēs Jesus cor pharisei vo
lēs excusare magdalenā: nō dixit ꝙ magda
lena min⁹ peccasset ipso: sꝫ dixit ad illū. Si-
mon habeo tibi aliq̇d dicere: at ille ait: Ma
gister dic. Et r̄ndēs Jesus dixit. Duo debi-

tores erāt cuidā feneratori: vnꝰ debebat de-
narios qngētos: 7 aliꝰ qnquaginta. Non ha-
bētibꝰ illis vnde redderent donauit vtrisqꝫ.
Quis ergo eū plus diligit? Rñdēs Simon di-
xit ei: Estimo qꝛ is cui plꝰ donauit. At ille
dixit ei: Recte iudicasti. Qd exēpluꝫ posuit
Jesus volēs attribuere debitū qngētoꝝ Ma-
gdalene 7 debitū qnqginta pharisео. Cui
marie remissū est magnū debitū ppē maio-
rē dilectionē: qd patꝫ ex sequētibꝰ: qꝛ cōuer-
sus ad mulierē dixit Simoni: Uides hanc
mulierē? Intraui i domū tuā aquā pedibꝰ
meis nō dedisti: hec autē lachrymis rigauit
pedes meos: 7 capillis suis tersit. Osculuꝫ
mihi nō dedisti: hec āt ex quo itrauit nō ces-
sauit osculare pedes meos. Oleo caput meū
nō vnxisti: hec aūt vnguēto vnxit pedes me-
os: ppē qd dico tibi. Remittūt ei pctā mul-
ta. i. plura 7 maiora qꝫ pharisео: qm dilexit
multū. Cui aūt minus dimittit minus dili-
git. Et qd ē hoc dicere nisi qꝫ adeo supabūda-
uit delictū marie illud pharisei quātū super-
abundant qngenti qnquaginta: qd nō esset
nisi maria peccasset carnaliter sepe 7 grauiꝰ
cū in alijs vt pꝫ grauiꝰ peccauerit pharisеꝰ
ergo pꝫ ppositū. ¶ 2º idē pbat auctoritate sā-
ctoꝝ doctoꝝ. Ambro. eni de cōflictu vitioꝝ
7 vtutū in rñsione fidei cōtra desperationē ait:
Ecce maria magdalena inumeris fornica-
tionū generibꝰ grauata: ad fontē pietatis an-
xia currēs dñiqꝫ vestigia rigans lachrymis:
capillis detergēs deosculansqꝫ 7 lābens: vn-
guēto pungēs ablui meruit. Itē Augꝰ. ad
heremitas i sermōe de prudētia inqt: Maria
illa meretrix in domo Simonis meretricis
hitū deposuit: 7 plorās ad pedes saluatoris
vestē sibi inouauit. Itē Hiero. in epla ad Ju-
liā de viduitate seruanda. Meretrix ista in
euāgelio baptiȝata: lachrymis suis 7 crine q
multas aias añ deceperat pedes dñi tergēs sal-
uata ē. Et ad Lucinā de pnia itē ait: Me-
retrix lachrymis pedes dñi saluatoris lauat
7 crine detergit. Et ad Rusticū pſbyteꝝ de-
nuo ait. Mulier qꝫ illa meretrix i euāgelio
q Jesu pedes lachrymis lauat 7 crine deter-
git manifeste depingit ecclam de gētibꝰ con-
gregatā. Hec ille. Itē Chryso. in sermone de
passione sup Math. inquit: Accessit mere-
trix vas alabastri manibꝰ portās: 7 vnguē-
tū sup caput dñi effudit: grandē fideꝫ: mul-
tā reuerētiā: mirandā correctionē ostendit:
paulo añ meretrix publica: subito pcedit 7
abrupta pctis portū serenitatis agnouit: 7
qñ pstituta lupanar exiuit: tūc discipulꝰ ge-
hēnā intrauit. Itē Her. Publice hec Ma-
ria pstituta fuit: vili pcio cōtenta. Nec vos
frēs pudeat eiꝰ ignominiā audire: nec tedeat
vos pferre: qꝛ totū ei cedit in honorē 7 no-
bis i exemplū. Preterea Greg. in omel. huiꝰ
euāgelij sic dicit. Hanc vero quā Lucas pec-
catricē mulierē: Joānes mariā noiat: illam
esse credimꝰ mariā: de qua Marcꝰ septē de-
monia eiecta fuisse testat. Et qd p. 7. demo-
nes nisi vniuersa vitia designāt? In qbꝰ etiā
luxuria numerat. Qui. 7. demones mysti-
ce i mariā repiri possūt. Primū. n. diabolū
habuit in facie ipsā pilādo 7 furādo qd ē ma-
ius pctm qꝫ adulterari. de cōse. dis. 5. c. ~~forni~~
fu-care. Secūdū diabolū habuit in ore luxu-
riose cantādo: cantilenas incitātes ad luxu-
riā 7 ad amorē vitiosū: qd ē pctm mortale.
Prime Chor. 15. Corrūpūt bonos mores col-
loqa mala. 3m diabolū habuit i crinibus et
capillis dealbatis 7 artificiatis qd ē morta-
le sm Alex. in. 4. pte vt patebit. j. de coione.
4m diabolū habuit in oculꝭ: multotiēs iuue-
nes aspectibꝰ ad cōcupiscētiā attrahēdo: vñ
mlta pctā oriūt iuxta illud Eccle. 25. For-
nicatio mulieris i extollētia oculoꝝ: 7 in pal-
pebris illiꝰ cognoscet. 5m diabolū habuit i
vestibꝰ pōpatice vestiēdo: iux illud Apoc. 17.
Uidi mulierē sedētē plenā nomibus blasfe-
mie. 6m diabolū habuit i pedibꝰ coriȝādo 7
ad luxuriā puocando. Gressus eni eiꝰ deli-
ctis pleni sūt. 7m diabolū habuit i pectore 7
collo ipsū nudū 7 coloratū oñdēdo. Et iō d
ista muliere plena pctis dicitur. Prouer. 6.
Ecce mulier occurrit illi ornatu, meretricio
pparata ad capiēdas aias: garrula 7 vaga:
quietis ipatiēs: nec valēs in domo consiste-
re pedibus suis. Sequit: pcaci vultu blan-
dit: q oia vt patꝫ intuēti seruiūt luxurie: ergo
patꝫ ppositū. ¶ Tertio hoc idē pbat exē-
plo ipsius ecclie scē q non facit iniuriā alicui
sancto 7 scē. Naꝫ martyri facit officiū mar-
tyrij: virgini facit officiū virginitatis. Sed
de magdalena nō facit officiū de virgine: ergo
cum nō habuerit virū videt qꝫ fuerit infe-
cta pctō carnali. Si eni tm mētaliter peccas-
set vt aliqui cū tantā pniam ostēderit pmio

virginitatis ꝓpẛ hoc priuari nō debuit nec
honore virginū carere. Preterea maria posi
ta ē in exemplū oī scelerato pctōri: qđ nō eēt
cōgruū si nō fuisset maxima peccatrix omni
genē pcti: patz ꝙ pars prima in qua declara
ta est quā grauis fuerit offensio magdalene

¶ Pars secūda huius sermonis in qua de
claratẛ quomodo maria magdalena cōuer
sa fuerit.

SEcūdo igiẛ in isto sermone de con
uersione magdalene tractātes in ex
emplū alioꝝ vt eo modo cōuertanẛ tria oc
currūt ꝓponēda. Primū dr̄ suppositio 2ᵐ
dr̄ ordinatio. 3ᵐ dicitẛ applicatio. ¶ Pri
mo igiẛ dico ꝙ ad vidēdū qualiẛ possimus
ꝑfecte cōuerti cū maria magdalena ẛm Frā
ciscū de maironis in tractatu de contritione
magdalene tria ꝓsupponēda sunt. ¶ Pri
mo suppositū ē ꝙ in volūtate nr̄a duo actꝰ
repiunẛ cōtrarij. s. actus volēdi ⁊ actꝰ nolē
di. Primꝰ ē ad bonū consequēdū. Secūdus
ad malū fugiēdū: sicut in intellectu ē actꝰ af
firmandi ꝓpẛ verū: ⁊ actus negādi ꝓpẛ falsū
Ita apud voluntatē ē actꝰ velle ꝓpẛ bonuz
⁊ nolle ꝓpẛ malū. Actꝰ aūt volēdi se habet
ꝑ modū tēdētis in obiectū: ⁊ actꝰ nolēdi per
modū fugiētis ab obiecto: qꝛ nālis iclinatio
volūtatis ē ad bonū cōsequēdū ⁊ ad maluz
fugiendū. Idcirco isti duo actꝰ cōtrarij sūt
volūtati dati: qui licz sint ex nā: tn̄ ex culpa
sunt aliqualiter debilitati: vn̄ Salomō: qa
hanc debilitatē sentiebat Eccle. 3. dicit. Da
bis seruo tuo cor docile vt sciat discernere in
ter bonū ⁊ malū. s. eligēdū ⁊ fugiēdū. ¶ 2ᵐ
suppositū ē ꝙ istos duos actus volūtatꝫ cō
trarios cōsequēẛ in volūtate due cōtrarie
passiones: qꝛ. s. actū volēdi sequiẛ delectatio
⁊ actū nolēdi sequiẛ tristicia. vn̄ sicut tristi
cia est de illis rebꝰ que nolētibꝰ eueniūt: ita
delectatio ecōuerso. Nō actū nolēdi natura
liẛ sequaẛ tristicia habeẛ. i. Macha. 4. vbi
dicitẛ. Q̄ꝫ Lesias cōsternatꝰ ē animo: qꝛ nō
talia qualia voluit facta sunt. Et ꝙ actū vo
lendi cōsequaẛ delectatio: habeẛ in psal. vbi
dicitẛ: Exultent ⁊ letenẛ qui volunt iusticiā
meā. ¶ Tertiū suppositū est ꝙ quāto ma
ior est actus volendi: tanto maior sequiẛ de
lectatio: ⁊ quāto maior est actus nolēdi: tā
to maior sequiẛ tristicia: cuius signū est: qꝛ
in equalibus bonis aliqui inequaliter dele
ctātur: ẛm ꝙ inequaliter desiderant illa bo
na: ⁊ inequalibus malis inequaliter tristan
tur ẛm ꝙ inequaliter odiunt illa mala. Et
ideo sicut felicitas est sūme volita: ita in ea
sūma delectatio repitur: ⁊ sicut miseria est
sūme nolita: ita sūma tristicia in ea reperiẛ
¶ Secundū ꝙ in ista parte ꝓponendū est
dicitur ordinatio: quia quatuor. s. sūt actus
in anima nostra ordinati: qui requirunẛ ne
cessario ad veram cōuersionē ⁊ peccati mor
talis ablutionē. ¶ Primus est actus recor
dationis patrati sceleris. Nullus eniz vnꝙ̄
de peccato penitet nisi peccatū patratuz ad
memoriā reuoceẛ: vnde episcopo ephesi qui
lapsus fuerat scribiẛ Apoc. 2. Memento
vnde excideris ⁊ age penitentiā. Hoc idem
docebat Seneca. 7. liº. de naturalibꝰ qōnibꝰ
di. Obijciat. s. senectus annos inter studia
vana consumptos ad danda etatis male ex
empte: labor sartiat occupationes precidan
tur: patrimonij longe cura soluaẛ. Si cui
totus animꝰ vacet ad contemplationem sui
saltē in ipso fine respiciat ac sibi instabit: et
quotidie breuitatē tēporis metiens: quicq̄d
admissum est delicti vite ꝓsentis vsu recol
liget. Hec ille. Et sic patz ꝙ ad eliciendū ve
rā pniam necessaria est peccatoꝝ recordatio
¶ Sed aduertēdū ē ꝙ debemꝰ pcti recorda
ri sub q̄druplici respectu. Primo vt ē diue
grē ꝑemptiuū: qꝛ in eius aduentu aīa spolia
tur donis spūalibus. 2º vt est diue maiesta
tis offensiuū: qꝛ altissimus odio hꝫ pctōres
Eccle. 12. 3º. vt est superne glie amissiuū: qꝛ
nullus existēs in pctō mortali habet heredi
tatē in regno dei. 4º vt ē infinite pene lucra
tiuū: quia pena ꝯdigna pcti mortalis est ge
hēna inextinguibilis. Et ideo ꝑ istā quādru
iuria illata creditoribꝰ veniā postulare: ecō
uerso quadaz inflata arrogātia dicūt ei. Si
ego non fuissem perijsses tu ⁊ familia tua fa-
me: ⁊ taliter eis minātur vt ipsos tacere ne-
cesse sit: ⁊ bōa sua nō repetere: ⁊ hac fallacia
decepti miseri peccatores cuz debeānt resti-
tuere aliena: pacificant solū clamores exte
riores. De clamore autē consciētie proprie q̄
eis propinquior est ⁊ eos sequit̄ vsq; ad iu-
diciū sempiternuz nihil curant. Si quando
tn̄ de alienis remordeat eos consciētia sua:
ex quo creditores nihil ab eis petunt: illis sa-
tisfacere minime curant. ¶ Tertia insuper
deceptio dicit̄ excecatiua. Sūt nāq; pleriq;
qui grauiter infirmant̄ proponūt aliena re-
stituere si ꝯtingat eos mori: nō autē si a mor
te euadent. Tales nāq; volunt inire pacem
cū deo si eos mori cōtingat: secus aūt si eua-
dant: sed pro certo tales noscāt ꝙ deus siue

moriant̃ siue euadant cuȝ eis minime pacem
facit iuxta illud Esa. 58. Nõ est pax impijs
dicit domin⁹. ¶ Quarta quoqȝ deceptõ vo
cari potest diminutiua. Naȝ sunt nõnulli q̃
iuxta posse creditorib⁹ nõ soluũt quod tenẽ
tur: sed certam pecunie sũmaȝ prefigunt: vñ
eoruȝ male ablata restituãt̃: sed aliter fecit
Zacheus qui vt dictum est. s̃. reddidit qua
druplum. ¶ Quinta autẽ deceptio dicẽda
est distributiua: que est illoruȝ qui cum ali
qua certis personis restituere obligant̃: vo
lunt in pias causas dispensare vel erigere: ⁊
dotare capellas: vel multiplicare calices cũ
insignis suis ⁊ huiusmodi: de quib⁹ satis di
ctum est sup̃ in tractatu de elemosyna: ideo
causa breuitatis hic omitto. ¶ Sexta dece
ptio dicitur defraudatiua. Sepe eniȝ cõtin
gere solet q̃ male ablatoꝝ heredes nõ curãt
illa satisfacere: eo q̃ ab eis nõ sunt impie ac
quisita: cuȝ tamen obligẽtur restituere om
nia mala ablata que ad eos peruenerunt du
rante hereditate ſm Ray. ⁊ Jo. an. in nouel
la. 16. q. 6. c. si episcopum. extra de pigno. c.
ex presentiũ. in fine. de solutio. c. j. de vsu. c.
tua nos. de rap. c. in litteris. de sepul. c. fina.
de sentẽ. excõmu. c. nobis. ¶ Septima ⁊ vl
tima deceptio dicit̃ retributiua: Sunt nem
pe quidaȝ homines taliter ex cupiditate in
sensati: q̃ filios suos vel alios relinquũt re
stitutores male ablatoꝝ suorũ: cum p̃ seip̃os
restituere possint: putant eniȝ stulti alios fa
cere qd̃ ipsi facere noluerũt. Pensent vtiqȝ
in seipsis q̃ pauca bõa faciant pro parẽtib⁹
suis: et similiter non dubitent sibi fieri: quia
Luc. 7. dominus ait. Eadeȝ mẽsura q̃ mẽ
si fueritis remetietur ⁊ vobis. Hac igit̃ sug
gestione diabolica decepti relinquũt substã
tiam filijs suis: que nõ soluȝ est causa dãna
tionis sue: sed ⁊ filioruȝ: sicut Osee. 9. dicit̃
Effraym qui interpretat̃ crescens ducit ad
interficienduȝ filios. Nimis nẽpe isipiẽs di
ci potest qui non potius aliqua pecunia vitã
eternam sibi procuret q̃ heredibus suis sup
plicia sempiterna. Quaprop̃ melius esset
absqȝ liberis decedere q̃ vna cum eis in eter
num perire. Ait eni Grego. ꝑ Mor. super
illud: Nati sunt ei septeȝ filij ⁊c̃. Ad auarici
am cor parentũ allicit fecunditas prolis: eo
enim ad ambituȝ cõgregãde hereditatis ac

cenditur q.. o multis heredibus fecundatur.
Unde Tal.. philosoph⁹ interrogatus qua
re nũq̃ accepisset vxorẽ: Rñdit prop̃ amo
rem filiorum. Et sic patet pars secunda.

¶ Pars tertia sermonis in qua ponũtur . 7
inductiones ad restitutioneȝ faciendam.

Tertio in isto sermone vidende sunt
suasiones seu iductiones ad restitu
tionem faciendã promouẽtes: q̃ sũt
etiam septeȝ. ¶ Primo eni debet homo re
stituere aliena: quia sicut restituit sibi de
us propterea diabolice suasioni minime cre
dere debet qui suggerit sibi vȝ si aliena resti
tuas eris pauper ⁊ mendicus. Quomõ eniȝ
paup̃ esse põt qui deuȝ habet? Et vere nimis
auarus est cui nõ sufficit deus. Aug⁹. n. ait.
Satis diues est christiana religio: que i pos
sessore omniũ oĩa possidet: q̇a sicut ꝓpheta
dicit. Domini est terra ⁊ plẽitudo eius. Qui
eniȝ habet deum: habet omnia que sunt dei.
¶ Secũdo debet homo restituere aliẽa: q2
restituitur sibi ipsa anima que plus valet q̃
corpus: propterea saltẽ tantũ restituere de
bet quantũ dimitteret si captus esset a suis
capitalibus inimicis: cum etiã in iniquiori
bus manibus captus sit: quia in vngulis de
moniorũ. Propterea Daniel. 4. in persona
talium ait. Leuaui oculos meos in celũ. s.
vt obedirem deo in satisfaciendo: ⁊ sensus
meus. i. spũs meus restitut⁹ ẽ mihi. ¶ Ter
tio debet homo restituere aliena: quia sic re
stituũtur ei merita sua que ante vsuraȝ aut
rapinam lucratus fuerat. Naȝ bona facta i
gratia mortificant̃ per consequenteȝ culpã
sed reuiuiscunt per recuperataȝ gratiam: si
cut scriptum est. Sepe reuiuiscunt que mor
tificata fuerunt: vt patet. s̃. in tractatu de pe
nitentia in generali: vnde talibus loquit̃ do
min⁹ p̃ Joelẽ. c. z. di. Reddã vobis agnos
i. bonos fructus quos comedit locusta: bru
cus ⁊ rubigo. i. demones. si. s. restitueritis ali
ena. ¶ Quarto debet homo restituere alie
na: quia sic restituũtur ei oẽs spirituales fra
tres quos idẽ amiserat dum iniuste retinuit
aliena. Unde Ecclesiasti. 24. Que coicatio
sancti ad caneȝ? vere vtiqȝ canis est iniuste
rapiens ⁊ retinens aliena: propterea non ha
bet cõmunionẽ cum aliquo viro dei: sed cuȝ
restituit iniuste detenta fiũt illi dilectissimi

fratres. ¶ Quinto debet homo aliena restituere: quia sic restituũtur ei ecclesiastica bona. Naz particeps fit omniũ bonorũ que in ecclesia sancta fiũt: sicut in persona talis ꝓpheta inquit. Particeps ego sũ omniũ ti. te ⁊ cu. man. tua. ¶ Sexto debet homo restituere aliẽa: quia sic restituit̃ sibi bona fama que supra multas diuitias estimãda ẽ: vt dictuz est supra. Naz sic apta est ⁊ clara facie: ⁊ sine rubore postq̃ꝫ aliena restituit ꝙ potest homo: nõ tm̃ coraz deo sed etiaz coraz hominibus compere. vnde de talibus per Zacha. 10. dñs loquit̃ di. Conuertaz eos ⁊ miserebor eorũ: ⁊ erunt. s. famosi sicut fuerũt añq̃ꝫ proieceraz eos. ¶ Septimo ⁊ vltimo debet homo restituere aliena: quia sic acquirit sibi regnuz glorie sempiterne: vbi sũt diuitie infinite ⁊ eternaliter durature. Diuitie eni tẽporales si non restituũtur in presenti: saltez per mortez semel relinquende sũt: ⁊ tũc verificatur illõ quod Ecclesiasti. 10. scribit̃. Cũ morietur homo hereditabit serpẽtes bestias ⁊ vermes. Ista etenim tria diuidũt sibi bona occupantis ip̃e aliena. Primo serpentes sunt maliciosi ⁊ sanguinei: qui serpentia malicia bona tẽporalia ip̃e acquisita sibi multipliciter: ⁊ maxime in morte diuitis occupant ⁊ hi serpentes merito nũcupantur: quia veluti Gene. 9. scriptũ est. Serpens erat callidior cũctis animantibus terre: sic tales ꝑ maliciosaz auariciam incorporant sibi talia tẽporalia bona. Secundo autez bestie que a vastando nominate sunt: dicuntur infernales demones: sicut propheta ad dominũ ait. Ne tradas be. a. cõ. ti. Et he bestie rapiunt illius mali diuitis animaz. Tertio ꝓ vermes rodũt atq̃ꝫ consumũt corpus: ergo sicut dominus Math. 16. ait. Quid prodest homini si vniuersuz munduz lucretur: anime ꝓ sue detrimentuz patiatur: A quo detrimento infernali per veraz alienorum restitutionem liberet nos ille qui restitutor ⁊ dator est omnium bonorum predictorũ. Qui cum patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum: Amen.

¶ Feria secunda post dominicam Palmarum: quando: cui: ⁊ quomodo debet fieri restitutio ¶ Sermo. 84.

Domus impleta est ex odore vnguenti. Scribũtur hec verba Jo. 12. Cum discũberet Jesus fratres charissimi in Bethãia ĩ domo Symõis leprosi: Maria accepit libraz vnguẽti nardi pistici preciosi: ⁊ vnxit pedes Jesu ⁊ extersit capillis suis pedes eius: ⁊ vt dicũt verba proposita domus impleta est ex odore vnguenti. Quod exemplũ mystice figurat animaz que est templuz spiritus sancti j. Chor. 6. Que dum accipit vnguentum penitentie satisfaciendo veraciter deo ⁊ hominibus: tunc repletur ex odore ipsius penitentie per infusionez sibi gratie date: sed pꝰ q̃ꝫ in superioribus multa iaz dicta sunt de sa satisfactione restitutionis bonoruz alienoꝝ Restat ad aliqualem cõpletionez ⁊ perfectiorem cognitionem huius materie: vt etiam tria de restitutiõibus in presenti sermone cõsideremus. Primuz est quãdo fieri debet restitutio. Secundum est cui fieri debet restitutio. Tertiuz est quõ fieri debet restitutõ

¶ Pars prima huius sermõis in qua declarat̃ qñ hõ aliẽa restituere obligat̃ et qñ non.

Prio igit̃ ĩ isto sermõe ad vidẽdũ qñ hõ aliẽa restituere obligat̃ ponit̃ tal' regula ꝫ Sco. in. 4. di. 15. q. 2. s. nõ licet alienũ iuito dño suo aliq̃ tp̃e detinẽ nisi circa hoc dñs ĩ iudicio erret. Pro q̃ regl'a declarãda tria nõbilia ãnotant̃. Primũ de acq̃sitis ĩiuste. Scõz õ acq̃sitis iuste. Tertiuz õ necessitate lñe. ¶ Primũ qñt nõbile õ acq̃sitis ĩiuste tale ẽ. ꝙ debita acq̃sita ex ĩpio lucro cuiꝰ mõi sũt rapie: furta: vsure: symonie ⁊ ꝯsilia: mox ꝓ posse sũt soluẽda. Cuius rei triplex rõ assignat̃ ꝫ Tho. Ale. lõ. ⁊ Sco. Pria rõ ẽ respcũ deiꝰ p̃cipiẽt: lz. n. affirmatiua p̃cepta ip̃iꝰ dei ñ obligẽt ad sp̃ tñ ad hoc obligãt p̃cepta negatiua. ⁊ q̃ꝫuis p̃ceptũ õ restitutõe faciẽda ꝫ formã videat̃ affirmatiuũ: ĩplicat tñ aliqõ negatiuũ q̃ q̃s ꝓhibet̃ detinẽ alienũ. ⁊ iõ vt dcm̃ ẽ ĩ p̃cedẽti ꝫmõe sic auferre alienũ ẽ mortaleꝫ p̃ceptũ dñi negatiuũ. Nõ furtũ facies. ita ⁊ tenẽ alienũ. ⁊ iõ sicut necessariũ ẽ ꝫuare negatiua p̃cepta: ita necessarium est nõ tenere aliena inuito dño suo. Et per cõsequens vel actu stati redere: vel

velle reddere cum fuerit oportunū. Secun
da ratio est respectu proximi: quia eadem in
iuria est ⁊ rem alienam inuito dño retinere:
sicut eam inuito dño auferre. extra de resti.
spo. c. sepe. vbi vltima glo: inquit. Iura p eo
dem reputant auferre ⁊ detinere iniuste. ar-
gumentū etiaʒ ad hoc. 16. q. j. c. de crimine.
Tertia ratio est respectu sui: quia vt homi-
nem vere penitere possit: stati cessanduʒ ē ab
actu cuiuscūqʒ mortalis culpe: nō tm̄ exteri
ori sed etiaʒ iteriori: iuxta illud Ecclesiasti.
21. Quasi a facie colubri fuge peccatū: tenet
ergo homo se ponere in tali statu iuxta posse
ꝙ sibi remittat peccatuʒ: quod nō fit nisi re-
stituat male ablatuʒ: vt dicuʒ ē. Sicut igit
tenens adulterā nō est capax penitētie sed ir
risor: ⁊ si talis ad penitētiam venit peccatū
peccato addit: ſm Sco. vbi. s. sic detinēs ali
enuʒ volūtate ⁊ facto partis: penitētie nō ē
capax. ¶ Ex his que dicta sūt lucide patet
ꝙ homo absolui nō debet: nisi prius aliena
restituat iuxta posse: quod pbat triplici ra-
tione. Primo propt cōtinuationē: quia nul
lus absolui potest ꝙdiu est in continuatione
mortalis culpe: sed talis accedens ad sacra-
mentū simpliciter fictus est: quia qui iniuste
possidet alienum semper ē in continuatione
peccati donec reddiderit illud si reddere pōt
Secūdo propter obdurationē: quia cōstat:
ꝙ qui pōt ⁊ non vult stati restituere nō ē ve-
re contrit⁹: sed quodāmodo indurat⁹. Naʒ
vere cōtritus recedit ab omni culpa mortali.
Nullus autē absolui pōt queʒ constat non
esse contrituʒ: ergo nec talis pōt absolui: ⁊ si
absoluatur absolutio nulla est: et grauit pec-
cat absoluens: quia absoluit impenitentē in
penitentie sacramēto. Tertio propt ligatō
nem: quia obligatus ad restitutioneʒ semp
ligatus manet ſm iudiciuʒ dei quousqʒ resti
tuat quantū potest: ergo quātūcunqʒ absol-
uatur a sacerdote absolut⁹ nō est. Null⁹. n.
est absolutus quē dominus non reputat ab-
solutuʒ: ergo restitutio necessario absolutio-
nem precedere debet. Proinde cecus est om-
nis sacerdos qui aliter quantūcunqʒ absol-
uit: et ad restitutioneʒ obligat euʒ: cuʒ expe-
rientia patienter clamet ꝙ tales omni anno
promittunt restituere ⁊ nunꝙ aut raro con
fessori promissuʒ seruant. Si quis autē acce
dat ad confessioneʒ atqʒ aliena restituere p
ponit: tale propositum non sufficit pro futu-
ro: ex quo in presenti restituere potest: sicut
ad iustificationem peccantis minime suffice
re potest propositū ipsius contritionis. s. de
futuro: quia peccatuʒ quo ad restitutionem
tenetur: lʒ pretérituʒ sit: est tamē in actu ma
nēs ⁊ donec restituat: semper etiā fit nisi cū
eo concordauerit cui obligatus est ſm mo-
dum de quo dicemus. j. Non debet igit pec-
cator absolui donec constet de restitutione
actu de facto completa aut cito complenda:
ita ꝙ iam ille cui restituenda est illaʒ teneat
⁊ de hoc sacerdos veraciter sit securus inter
omnes autē grauissimos offensores in hoc
extimandi sūt qui relicta ad pias causas non
restituūt vt tenētur: contra quos terribili-
ter clamant tria cōsilia que habētur. 13. q. 2.
c. qui oblationes. cuʒ duobus capitulis seqn
tibus. ¶ Secunduʒ notabile est de acquisi-
tis iuste. In quibus quideʒ restituēdis attē-
dende sunt circūstantie contractuuʒ vel pa-
ctorum: aut interuenientiuʒ iuramētorum
prefigentiuʒ certum tēpus. In talibus eniʒ
non sic stricte debitor obligatur vsqʒ ad ne-
cessitatem extremaʒ se mox omnibus expoli-
are vendendo centum pro. 25. sicut obliga-
tur in primis. Nam ſm Sco. vbi supra. vbi
restitutio est nimis notabiliter dānosa non
tenetur homo ad statim restituendū: sed suf
ficit ꝙ salteʒ affectu statim restituat. Ratio
huius est: quia non est presumendum ꝙ be-
nignitas iuris et equitatis impie velit inter
pretari aut nimium dure. In his tamen re-
gulariter tenendum est par necessitas: vel
dānificatio creditoris pari vel minori neces
sitati seu dānificationi debitoris semper pre
ferenda est: Hoc enim dictat atqʒ exigit be-
neficij et gratitudinis ratio. ¶ Tertiuʒ no
tabile est d necessitate licētie. Triplex nāqʒ
differentia debitorum est. Quidam licʒ pos
sit satisfacere aliena: tamen pro leuiori gra-
uamine suo vellet terminum solutionis: Et
istis correspondet vna licētia que dicitur ob
tēta: quia hi qui habent vnde debita soluāt
nisi eis prolongandi notabiliter vltra tēp⁹
debitū libera licētia a creditoribus petita cō
cedat satisfactionem ⁊ solutionē talem licite
differre non pñt: iuxta prefatā regulā Scoti

que quidẽ licẽtia tũc libera dici põt quando
bis q̃tuor caret.s. timore: pudore: seu vere-
cũdia: desperatione vel aliqua spe: vtputa: q2
ab eo cui remittit͛ sperat͛ p̃stare aliq̃d mutuũ
vel aliq̃d tẽporale seruitiũ sibi fieri. Quidã
ꝟo sũt q̃ cũ magna difficultate ptẽ debiti sol
uere possunt: ⁊ istis rñdet quedã li. ẽtia q̃ d͛
quesita: q2 dilationẽ debiti querere debent: ⁊
sufficit in ꝯscia ẽt si nõ obtineãt. Est tñ disti
guẽdũ ꝓꝫ Alex. lõbar. q2 aut creditor pl⁹ q̃
debitor indigẽs est: aut vterq̃ equaliter sũt
ĩdigẽtes: aut creditor nõ multũ indiget. In
p̃mo ⁊ secũdo casu restituere obligat͛ sine di
latione: q2 nullus debet facere ꝓfectũ suũ de
re aliena cũ dãno eius cui⁹ est eo inuito. In
vltimo ãt casu si debitor tñ indiget q̃ si cre
ditor sciret indigentiã ei⁹ ꝓm verã rationẽ ⁊
charitatẽ fraternã nõ deberet sibi claudere
viscera pietatis: tũc differre restitutionem
põt: etiã si creditor dilationẽ solutiõis nega-
ret. Rõ hui⁹ est: quia tunc habet dilationis
licẽtiã interp̃tatiuã. Si aũt sunt plures cre-
ditores: ⁊ vn⁹ nõ vult dare dilationẽ: sed pe
tit q̃ debitor cedat bonis: tunc ꝓm Ray. stã
dũ est maiori parti. Maior ãt pars dici de-
bet vbi maius ⁊ forti⁹ ẽ debitũ. Si ꝟo pars
sit debitũ maior creditorꝝ numero standũ ẽ.
Si aũt oĩa paria sint clemẽtior sentẽtia eli-
gi debet. i. de danda dilatione. C. de cessiõe
bonorꝝ. l. fi. Quidã quoq̃ absq̃ magno scã-
dalo satisfacere mĩme possunt. Et istis cor-
respõdet alia licẽtia que dr̃ interp̃tata. Nã
hi absq̃ magno incõuenienti satisfacere nõ
possunt: ⁊ dũ tale incõueniẽs ĩminere videt͛.
differẽdi satisfactionẽ hñt licẽtiã interp̃ta-
tã: si tñ habẽt voluntatẽ restituẽdi quando
oportunitas erit. In his igit͛ casib⁹ nõ obli-
gat͛ hõ stati restituere actu. s. qñ nõ põt re-
stitui absq̃ graui periculo infamie. seu scan
dali plurium vl͛ paucorꝝ: seu ꝑiculo mortis
sui vel suorꝝ: aut mortalis culpe que q̃dez ex
inuolutiõe multorꝝ q̃si semꝑ venire solet. Et
ideo ꝓm Sco. vbi. s. in istis casibus licet dif-
ferre restitutionẽ exteriorẽ posita tñ iterio-
ri. s. volũtate restituẽdi cũ venerint circũstã
tie oportune: nec dño rei inordinate etiã or-
dinate ⁊ male volẽte statim retrahere suũ: ⁊
ꝑ cõsequẽs cõtra rectã rõnẽ. Est tñ retinens
detẽtor iniustus. Naꝫ ⁊ depositũ de cui⁹ red-
ditiõe strictissima lex habet͛. l. fi. C. depositi
iuito dño voluntate inordinata põt licite re
tineri. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secũda hui⁹ sermonis in q̃ declara
tur cui debeat fieri restitutio.

Secũdo inuestigandũ est cui debet fie
ri restitutio. Nã ꝓm Alex. lombar
res restituẽda tripliciť male accipit͛
Et de hoc ẽ tex. l. i. ff. de cõdi. ob tur. causam
¶ Primo igit͛ res restituẽda accipit͛ cũ cul
pa accipiẽtis ⁊ nõ dantis: sicut patꝫ in rapi-
na: furto: ⁊ vsura: ⁊ tunc restituenda est illi
cui⁹ res fuit: q2 nõ amisit dominiũ: vnde. 14
.q. 5. c. non sane. scriptũ est. Qui ꝟo contra
ius societatis humane furtis: rapinis: calũ-
nijs: oppressionibus: inuasionib⁹ aliqua ab-
stulerint reddẽda poti⁹ q̃ donanda cẽsem⁹
Zachei publicani exẽplo qui dixit: Si quem
defraudaui reddo quadruplũ. Aũ qñqꝫ cõ
tingere posset q̃ dans amittit dominiũ rei
date. Nam ille q̃ nũmos mutuat cuidã cuꝫ
pacto q̃ teneat͛ ire ad suũ molendinũ ⁊ hui⁹
modi cõmittit vsuram ⁊ restituere obligat͛
nõ dico premiũ suũ: sed cõmoditatẽ quã ide
consecut⁹ est: que extimari debet iudicio bo-
ni viri: ꝓm Jo. an. in regula. pctm̃. de re. iu.
lib. 6. Si ꝟo querat͛ cui tale restitui debet.
Rñdeo q̃ debet pauperib⁹ erogari nõ illi q̃
iuit ad molẽdinũ: q2 in nullo ꝓpter hoc fuit
grauat⁹. Preterea ille qui dedit mutuũ p̃n
cipaliter ꝓpter lucrũ vsurã mentalẽ cõmi-
sit extra de vsuris. c. ꝯsuluit ꝓpter q̃ ea q̃ ex
inde recipit retinẽ nõ põt: q2 ꝯ legẽ dñi fecit
q̃ Luc. 6. ait: Mutuũ date nihil inde spe-
rantes. Insuper ⁊ ille qui ꝓpter mutuũ pre-
miũ dedit: rehabere nõ põt: quia id a se volũ
tarie abdicauit: ꝓpterea pauperib⁹ erogan
dũ: ad hoc extra de homicidio. c. sicut dignũ
⁊ de vsu. c. cũ tu. ⁊. c nõ sane. 14. q. 6. ¶ Se
ꝟo restituenda res aliquãdo accipit͛ cũ cul-
pa dantis ⁊ nõ accipiẽtis: puta q2 mala intẽ
tione dedit: tñ accipiens bona intẽtione ac-
cipit: sicut cõtingit sepe de furibus ⁊ raptori-
bus ⁊ vsurarijs qui ex vanitate ⁊ pompa fa
ciũt elemosynas: ecclias cõstruũt: ⁊ dotãt ca
pellas ⁊ filia de ĩ pie acq̃sitis nõ satisfaciẽdo
de certis: ⁊ tunc distinguendũ est. quia si id
q̃d extitit datũ fuit in potestate dantis ⁊ de-
dit ꝓ luxuria vl͛ cã impia: sꝫ recipiẽs recepit

intẽtiõe bona: tũc recipiẽs retinere põt. Si autẽ nõ: q2 alienũ dedit vl' id super quo nõ habuit potestatẽ dandi: tunc reddendũ est illi cuiꝰ est: vel illi qui habet ptãtẽ in eo quod datũ est. Nemo eni põt plus iuris in aliũ trãsferre ꝙ̄ ipse dignoscit̃ possidere. ff. de re. iu. l. nemo pl'. ⁊ extra de dona. c. pastoralis. Qui autẽ donare nõ possunt sunt isti. s. furiosus q̇ cõparat̃ infanti. 15. q. i. c. merito. extra de homicidio. c. si furiosus. Siliter seruus aut filius de dona. int̃ vi. ⁊ vx. l. quintꝰ. Nec monachꝰ vl' claustralis argm̃ 12. q. i. c. nolo. ⁊ c. nõ dicatis. 24. di. c. abbati. de statu mona. cum ad monasteriũ. Nec administrator bonoꝝ eccl'asticoꝝ que sũt paupeꝝ põt donare alijs ꝙ̄ pauperibꝰ. 16. q. i. c. fi. Aliter raptor est. Nec minores. 25. annis. C. si maior factus ratũ habuit. l. fi. Et multo minꝰ si donat pupillus qui alienare nõ põt cũ auctoritate tutoꝝ. ff. de acq̇rẽ. reꝝ dñio. l. pupillus. Nec ꝓdigus. ff. de curatore furiosi. l. iulianꝰ. Omia ergo supradicta ꝟm Sco. a talibꝰ habita ⁊ donata restitui debẽt illis qui dominiũ habẽt: nisi ꝓbabiliter ꝓ̃sumat̃ ꝙ talis donatio illis placuerit. ¶ Scḋo autẽ res restituenda aliquãdo accipit̃ cũ culpa vtriusqꝫ. s. dãtis ⁊ accipiẽtis: ⁊ tunc nõ est restituẽda illi qui dedit: nec tñ põt retineri. Rõ huiꝰ est q2 impietas dantis reddit eũ indispositum ad recipiendũ: ⁊ impietas recipientis reddit eum indignũ ad retinendũ. Tale igitur datuꝫ vtriusqꝫ culpa dupliciter cõtingere potest. Aut sine iniuria aliena. Aut cũ iniuria aliena. Primo acquirit̃ res cũ vtriusqꝫ culpa. s. sine iniuria aliena. Et de hoc subdunt̃ aliq̇ casus. ¶ Primꝰ ẽ cũ iudex habens certum salariũ vendit iustũ iudiciũ: ⁊ testis verũ testimoniũ: quicq̇d accipiũt vltra salariuꝫ restituere debẽt. argm̃ extra de vi. ⁊ ho. cleri. c. cũ ab oi. ⁊ 14. q. 5. c. nõ sane. vbi Augꝰ. ait: Non ideo debet iudex vendere iustũ iudiciũ quia vẽdit aduocatꝰ iustũ patrociniũ: ⁊ iurisꝑitus verũ consiliũ. Illi eni inter vtrãqꝫ ꝑtẽ ad examinãdũ exhibunt̃: isti ex vna ꝑte cõsistũt. Hec ibi. Qõ si querat̃: quibꝰ predicti satisfacere debẽt. Rñdet̃ ꝟm Alex. lombar. ꝙ aut dans illa dat cũ bona intentione: vt. s. ius sibi ⁊ equitas cõseruet̃: ⁊ tũc ipsi dãti reddi põt. Aut eo aio dat vt aium iudicis ⁊ testis corrumpat ⁊ sibi inclinet: ⁊ tunc debet pauperibꝰ erogari quicquid inde acceptũ est seu illi i cuiꝰ iiuriã data sũt si iniuste sit iudicatũ. Siliter quicunqꝫ alij officiales certũ salariũ habẽtes si vltra illud aliq̇d extorquẽt cũ culpa dantis pauperibꝰ erogare debent: ⁊ notat Io. an. ⁊ Archi. in ꝓ̄dicto. c. non sane. xi. q. 3. c. qui recte. ⁊ Inno. extra de imunitate eccle. c. q2 pleriqꝫ. Insuꝑ ⁊ Ray ⁊ Hosti. Similiter quicũqꝫ dat aliquid alicui vt iniustã cãm seu aduocationeꝫ pro eo ducat: aut iniustũ bellũ faciat ⁊ huiusmodi. Nihil eni horũ põt licite retineri: nec tñ est reddendũ danti sicut dictũ est: sed pauperibus erogandũ: eo ꝙ cum vtriusqꝫ culpa sit datũ. ¶ Secundꝰ casus ẽ de his q̇ pecuniã recipiũt ab accusatis de crimine seu ab alijs carceratis anteꝙ̄ cõtra eos sentẽtia proferat̃: ⁊ officialis ad eoꝝ preces liberat illos: de quibus dicendũ est: ꝙ si tales accusati sunt inocẽtes ⁊ tunc distinguendũ est: quia aut illi int̃cessores sũt officiales salariati: ⁊ tunc nõ possunt recipe: ⁊ si receꝑerint illis a q̇bus acceꝑunt restituere obligant̃. Aut non sũt officiales salariati: ⁊ tunc possunt retinere nec satisfacere obligant̃: imo merent̃ si cum charitate faciant. iuxta illud Prouer. 24. Erue eos qui ducunt̃ ad mortẽ. Si autem tales accusati ⁊ carcerati culpabiles sunt et merito condẽnandi: ⁊ tunc hꝰmodi int̃cessores talẽ pecuniã retinere nõ possunt: sed est pauperibꝰ dispẽsanda rõne ꝓ̄dicta: ⁊ grauissime peccant hꝰmodi: quia iusticiã ipedientes eã quodãmodo ꝑsequũt̃. ¶ Tertius casus est de his qui recipiunt mutuũ sub vsuris vl' inducẽtes nolẽtẽ tale mutuũ dare vl' sine necessitate. Nam ambobꝰ istis cõcurrẽtibꝰ seu altero eoꝝ lucrũ de mutuo iam acceptuꝫ non debet restitui eis: sꝫ pauperibus dispẽsari. Et hoc quãdo mutuãti inotescit talit̃ mutuũ fuisse acceptũ: al's lucrũ de mutuo dantibus illis restitui debet. Vñ vidua q̄ cognoscit se precibꝰ alicuius seductaꝫ: vt daret illi mutuũ sub vsuris. vel illuꝫ accepisse sine necessitate: nõ debet illis restituere sꝫ pauperibus erogare. ¶ Secundo acquirit̃ res cũ dantis ⁊ accipientis culpa atqꝫ cum iniuria aliena: ⁊ tunc ipsa res restitui debet ei i cuiꝰ iniuriam data est, hoc autẽ tripliciter fieri

potest. Primo accipitur cum iniuria vni⁹:
vtputa cum vxor cōmittit adulteriū ꝓpter
pecuniam: tunc debet huiusmodi mulier se-
crete talem pecuniā restituere viro suo: cū
etiā dotē perdat ⁊ viro applicanda sit. extra
de diuortio. c. olim. Si autem aliqua solu-
ta mulier sciēter recipit pecuniā pro adulte-
rio ab alterius marito: talis pecunia restitui
debet vxori in cuius iniuriā data est. Si vero
⁊ vir ⁊ mulier sunt ambo matrimonio astri
cti: ⁊ propter pecuniā alter in alterū cadat:
qui pecuniam recipit: illam compari suo re-
stituere obligatur: quia plus iniuriat̄ com-
pari suo ꝙ̄ alieno: licꝫ in hoc vterqꝫ patian-
tur iniuriam. Item si quis hominē pro pecu
nia occidit talis pecunia heredi interfecti re-
stitui debet. Secundo autē accipitur cum in
iuria pluriū sicut contingere solet de officia-
li alicui⁹ domini seu ciuitatis: qui si aliqua
recipit p̄dicto modo restituere debet ipsi do-
mino seu cōmunitati: quia in eius iniuriaꝫ
talis pecunia recepta est. Tertio quoqꝫ con
tingere potest ꝙ res accipit̄ cum iniuria ali
cui⁹ ecclesie: ⁊ tunc illi ecclesie dari debet in
cuius iniuriā recepta est. extra de simo. c. de
hoc autē. vbi mandat̄ pecuniam dari eccle-
sie: que simoniace recepta est. Idē quoqꝫ ꝓ-
batur ibidē. in. c. audiuimus. ⁊ in. c. consule-
re. ⁊. 17. q. 4. c. si quis ī atrio. 27. q. i. c. si qs
rapuerit. Similit̄ qui accedūt ad infideliū
ciuitates cum mercibus prohibitis: lucrum
quod inde habuerūt s̄m quosdam exponere
debent in subsidiū eorum qui pugnant pro
fide: vel qui capti sunt inter īfideles: tamen
s̄m alios hoc est consiliū non preceptuꝫ licꝫ
restituere teneantur tale lucrū conuertendo
in pias causas. Et sic patet pars secunda.

Pars tertia huius sermonis in qua decla
ratur quāta prudentia ⁊ discretione aliena
restitui debent.

Tertio in isto sermone videnduꝫ est
quō aliena restitui debent. Triplex
enim discretio siue prudentia obser-
uanda est. Prima in precijs. Secunda in re
medijs. Tertia in indulgentijs. ¶ Prima
discretio est in precijs obseruanda. s. que ꝑ
rei restitutione ponenda sunt: circa que est
sciēdū: ꝙ si ille cui res restitui debent tantū
distet ꝙ reddens plus expenderet in faciēdo
rem deportari ꝙ̄ valeret: ita ꝙ res non faci
liter ꝑueniret ad illum cui deberet: tunc non
oportet eam mitti: sꝫ restituens triplici re-
medio vti pōt. Primū est ꝙ expectet̄ ꝑsona
cui reddi res debet: si quando credat̄ haberi:
vel si spes est ꝙ ꝑ mutuū possit ei transmitti
etiā expectandū est. Secūdū remediū est ꝙ
interim ꝙ expectat predictos rem illā apud
alios a se reddendā vel mittendaꝫ reponat.
Pensande tamē sunt circunstantie rei. Nā
s̄m Guiel. tam parua esse posset quantitas
ipsius rei reddende: ⁊ tam diues ⁊ largus il
le cui restitui debet ꝙ ei transmitti nō opor-
teret: sed esset pro illius anima pauperib⁹ di
spensanda. Tertiū remediū est: quia quādo
multū ꝓbabiliter presumit̄ creditorem non
esse āmodo redituruꝫ: necesse amplius op-
portunitatē mittendi: debet pro anima cre-
ditoris pauperib⁹ dispensari. Et hoc nisi red
dens timeat ꝙ si creditor ipse rediret posset
in foro iudiciali ab ipso id repetere ⁊ rehabe
re. Si tamen creditor propinquos habet de
bet eisdem res illa satisfieri s̄cdm Scotum:
quia presumitur lege nature ꝙ talis magis
vellet restitutionem propinquis suis fieri ꝙ̄
alijs. ¶ Secunda prudentia siue discretio
obseruanda est in remedijs. Nam si reddē-
do predicta pericula infamie: scandali: mor-
tis corporalis: ⁊ culpe mortalis vitari non
possunt: triplici remedio in restituēdo pru-
denter homo vti potest. Primo scilicet re-
stituere per seipsum: scilicꝫ ponendo in cre-
ditoris capsam vel domū caute et pruden-
ter rem sibi ablatam: vel tantū de suo quā-
tum expostulat satisfactio iusta: ita tamen
ꝙ verisimiliter credatur: ꝙ non veniat ad
alterius manus. Secundo remedio vten-
dū est: scilicꝫ satisfacere per intermediū: ita
tamen caute ꝙ creditor nesciat debitorem:
nec etiam causam pro qua id sibi restituat̄:
⁊ talis intermedius sit fidelis: vnde debitor
bene videat cui reddenda tribuat. Si enim
nuncius sibi retineret illa: debitor talis non
esset propter hoc absolutus: quia damnifi-
catus semper remanet dominus rei sibi ab-
late. Caueant etiam qui habent incerta
distribuere pauperibus ne dent illa questo-
ribus ⁊ ceratanis: sed potius distribuant

hospitalibꝰ pauperibꝰ ⁊ infirmis. 3º remedio
vtendū est qđ est satisfacere ꝑ donū. Nam
si predicta pericula aliter vitari non possunt
sufficit ꝙ satisfaciat ei ꝑ donū: sic tamē ꝙ ex
ipso modo donandi debitor nullam gratiā
inde reportare intendat: quin potiꝰ si aliter
posset preeligeret illud reddere per modum
solutionis: aliter enī non sufficit eis satisfa-
ctio talis doni. ¶ Tertia prudentia siue di-
scretio est in indulgentijs. Circa quā poni-
tur ista regula ſm quosdā: ꝙ omne debitū
quod a creditore indulgere libere pro reddi-
to: vel soluto habet̃. Sed aduertendum ꝙ
ad hoc ꝙ ista indulgētia sit grata apud deū
aliqua requirunt̃ ex parte indulgentiam re-
quirentis siue postulantis: aliqua ex parte
indulgentiā largiētis. ¶ Primo ex parte in-
dulgētiā postulantis hec tria necessaria sūt
Primo. s. ꝙ iuxta posse creditori satisfaciat
corde. i. ꝙ cordialiter velit satisfacere. Naz
cor quod gloriat̃ ex voluntate aliena haben-
di ⁊ possidendi vel retinendi alleuiat̃ ex vo-
lūtate aliena satisfaciendi. Secundo ꝙ ei sa-
tisfaciat ore. i. ꝑ se vel per interpositā perso-
nam se offerendo ⁊ dicendo aperte satisface-
re velle iuxta posse. Tertio ꝙ ei satisfaciat
opere. i. iuxta posse ⁊ sine aliqua fictione rē
restituendā in manibus creditoris ponēdo.
¶ Secundo ex parte largiētis indulgentiā
necessaria sunt ista quatuor que dicta sunt
in prima parte huius sermonis. s. ꝙ talis in-
dulgentia siue remissio nō fiat ex metu: sicut
indulgere atq; remittere solent subditi ter-
rarū dominis aut quibuscūq; potentibus.
Secundo ꝙ non fiat ex verecūdia: sicut ple-
rūq; vsurarijs fieri solet: quibus creditores
ex verecūdia moti partē vel totū remittūt.
Tertio ꝙ non fiat ex desperatione. Nā ple-
riq; remittunt partē vel totum: quia de sol-
uendo desperant. Quarto ꝙ nō fiat aliqua
spe tēporali vt dictū est vbi supra: vt ergo
debitor sit apud deū de huiusmodi remissio-
nibus bñ tutus debet sic soluentem exequi
quātū. s. ex parte sua, aut se ad istam ita dis-
ponere ꝙ sibi constet tam de suo firmo ꝓpo-
sito ad reddendū si creditor remittere nollet
ꝙ̄ de debiti libera ⁊ gratuita remissione seu
datione facta ab eo cui debetur: quod tunc
clare cognoscit̃ si pecunia sine malicia et fi-
ctione vel sufficiens pignus libere ponat̃ in
manibus creditoris: aut fit instrumentum
obligatoriū ⁊ condigna cautio: vel cum me-
diante aliqua persona religiosa fit volunta-
ria ⁊ libera concordia inter debitorē ⁊ credi-
torem: ita ꝙ nulla de precedentibus condi-
tionibus adsit: tunc remissio ista grata ē co-
ram deo ⁊ hominibus: ita ꝙ concedatur pec-
catori gratia in pñti ⁊ glia ī futuro. Amen

Feria tertia post dominicā palmarū De
obligatione cōmunionis sacratissimi corpo-
ris christi. Sermo. 85ꝰ.

Sumite hoc
est corpus meū. Scribū-
tur hec verba Math. 14.
Appropinquantes frēs
charissimi ad hoc sacra-
tissimū festum resurrecti-
onis domini nostri Jesu christi: in quo so-
lent omnes fideles ⁊ debent ſm statutum ⁊
preceptum sancte matris ecclesie suscipere ⁊
cōmunicare eximiū sacramentū eucharistie
quod si quis facere nō disponit non est vere
penitens nec contritus: quia male dispositꝰ
⁊ ad sacramentū penitentie fictus accedit.
Quapropter in isto nostro opere de peniten-
tia sepius nominato congruū videtur his
diebꝰ de ista sacra cōmunione ꝑtractare: ab
eius obligatione ad quā hoc tempore tenen-
tur fideles inchoando: de qua possunt intel-
ligi verba christi proposita apostolis ⁊ oi-
bus fidelibus dicentis: Sumite hoc est. ⁊c.
Sed aduertendū est ſm sententiā catholi-
corū doctorū: ꝙ inter fideles diuersi diuer-
simode ad hoc sacramentū obligant̃. Ali-
qui enim obligantur illud spūaliter ⁊ sacra-
mentaliter sumere ⁊ cōficere: sicut sacerdo-
dotes qui totiēs obligant̃ cōmunicare: quo-
tiens ab eis fit cōsecratio vt habetur de cōse.
dis. 2. c. relatum. vbi dicitur. Quale erit sa-
crificium cuius nec ipse sacrificans parti-
ceps esse dignoscit̃: quasi di. Non est com-
pletū sacrificiuz. Hoc patet ex ipso domino
qui instituēdo hoc sacramentū nō solū pa-
nē cōsecrat sed sumpsit cōsecratū: ꝓpt̃ igit̃
efficaciā sacramēti q̄ cōpletur in sumptione

sacramētali illicitū est cōsecrare sine sūptiōe
ꝓpter etiā signū hui⁹ sacramēti qḋ exꝓmit
ī sūptiōe sacramentali ꝗ̄ sacerdotes efficere
debent. vñ Aug⁹. de cōse. dis. 2. c. dū frāgit.
inquit: Dū frangit hostia: dū sanguis de ca
lice i ore fideliū sumit: q̇d aliud ꝙ̄ dñici cor
poris in cruce īmolatio eiusq̄ de latere san
guinis effusio designat? Hec ibi. Aliq̇ obli
gant solū illud credendo spūaliter sumere:
⁊ aliq̇ tp̄e venerari ⁊ honorare: sicut i dieb⁹
festiuis p̄ceptū est ab eccl'ia missā audire de
uote: sicut oēs fideles legitime nō īpediti: vt
patz de cōse. dis. 2. c. missas. ⁊ c. oēs fideles.
sed de hoc tractabit alibi i tractatu de missa
Aliqui obligant ad hoc sacr̄m credendū ⁊
amādū: sicut sūt fideles se int̄ infideles inue
niētes q̇ hui⁹ sacramenti nec misse nullo mo
do pñt habere copiā. Aliqui obligant illud
spūaliter: ⁊ sacramētaliter sumere. s. xp̄iani
vtriusq̄ sexus postq̄ ad ānos discretionis
ꝑuenerint. De quib⁹ in isto sermone tractan
tes tria cōsiderant. Primū erit de coīonis
obligatiōe. 2ᵐ erit de coīonis exceptuatōe.
3ᵐ erit de nō coicantiū dānatiōe.

¶ Pars prima sermonis in qua declarat fi
deles quiq̄ qñ coicare obligent.

P Rimo igit in isto sermōe q̄rit vtrū
necesse sit ad salutē mādūcare corp⁹
xp̄i. ¶ Ad cui⁹ dubij declarationē
p̄mittēdū ē ſm magistꝝ in. 4. dis. 9. Q̄ḋ du
plex est māducatio: spūalis: ⁊ corꝑalis: que
distinctio sumit a triplici p̄ncipio. Primo a
dispositione sumētiū: q2 quidā accedūt ma
le dispositi: ⁊ hi māducāt sacramētalit: q̇dā
bñ ⁊ hi spūaliter. 2º sumit a modo sumēdi: q2
quidā suscipiūt ore corꝑis: ⁊ hi sacramenta
liter ⁊ corꝑaliter. Quidā v̄o ore cordis ⁊ hi
spūaliter suscipiunt. 3º sumit ab ipso sacra
mēto: q2 duplicē habet rē. s. sacr̄m: ⁊ vim sa
cramēti: quaꝝ vna pōt recipi sine altera: sic̄
duplex est baptism⁹. s. fluminis: ⁊ flāminis.
¶ Māducatio igit spūalis attēdit i recogita
tione hui⁹ cibi. s. carnis xp̄i ꝓ nobis exposite
in p̄ciū ad redimēdū: ⁊ in cibū ad reficiēdū.
¶ Māducatio v̄o corꝑalis siue sacramētalis:
in hoc attēdit dū recogitans charitat amo
re ei qḋ cogitat iūgit ⁊ sic incorꝑat: ⁊ dum
incorꝑat reficitur ⁊ magis assimulat. Q̄ḋ si
solū māducat actu sine charitate ⁊ deuotōe:
talis māducatio solū est corꝑalis ⁊ sacramē
talis: ñ. s. ut sacr̄m suscipiat. hec ſm Bona.
in. 4. dis. 9. ar. i. q. i. 2º ⁊ 3º in corꝑe q̄ōnū.
Dicēdū igit ad dubiū ſm Alex. de al. in. 4.
ꝑte sūme i tractatu ḋ eucharistia. Q̄ṙ loquē
do de māducatiōe sacramētali hoc sacr̄m nō
est sacr̄m salutis q̄tū est de sua p̄maria insti
tutōe: sed si ē: hoc ē de mandato suꝑaddito:
v̄bi grā. Eccl'ia cōstituit ut fideles cōmuni
cent semel i anno ⁊ ī morte: qḋ si q̇s negligit
nō est sine cōtēptu ⁊ peccat mortalit. Q̄ḋ si
dicat Jo. 6. dr̄. Nisi māducaueritis ca. fi. ho
⁊ bi. ei⁹ sanguinē nō ha. vi. i vobis. Rñdeo
ſm dictū Alex. q̄ hoc intelligit de mandu
catōe spūali que ē ꝑ fidē vt dictū ē: sine qua
nemo adult⁹ saluat: ⁊ sic intelligit illud Jn
no. Necessario māducād⁹ ē agn⁹ ut a vastā
te angelo ꝓtegamur. s. de māducatōe spūali
ſm euāgeliū: ⁊ sacramētali ſm institutōnē
eccl'ie. vñ Aug⁹. li. 2º de v̄bis dñi sermōe. x.
de māducatiōe spūali ait: Noli parare fau
ces sz cor. Et de ꝯse. di. 2. c. vt q̇d paras. idē
ait: Ut q̇d paras dētē ⁊ vētrē? Crede ⁊ mā
ducasti. Credere enī in eū hoc ē panē ⁊ vi
nū māducare. Qui credit in eū māducat eū
Et in epistola ad Bonifaciū episcopū idez
ait: Nulli aliquatenus debet esse ambiguū
vnūquēq̄ fideliū corꝑis ⁊ sanguis dñi tūc
esse ꝑticipē: qñ in baptismate mēbrū efficit
xp̄i: nec alienū ab illi⁹ panis calicisq̄ cōsola
tiōe: etiā si anq̄ panē illū comedat calicēq̄
bibat de hoc seculo migrauerit ī vnitate cor
poris restitut⁹: sacramēti q̇ppe illius parti
cipatiōe ⁊ bñficio nō priuat: qñ se habē qḋ
illud sacr̄m significabat inuenitur. Hec ille.
Attamē q2 christ⁹ sacramētaliter dedit illō
sacr̄m ap̄lis suis di. Math. 26. Hoc facite
in meā cōmemoratione. Cōgruū fuit ⁊ vti
lissimū vt etiā fideles oēs: nō solū spūaliter
sz etiā sacramētaliter illud coicarent. Idcir
co ap̄li in p̄mitiua eccl'ia statuerunt oī die fi
deles coīonē hui⁹ sacr̄i ꝑcipere qñ feruor fi
dei flāmescebat: ⁊ deuotio sanguinis christi
iesu recēter effusi in fideliū mētib⁹ buliebat:
vnde Calixt⁹ papa. de cōse. dis. 2. c. peracta
sic describit. Peracta cōsecratiōe oēs coicēt
q̇ noluerint ecclesiasticis carere liminibus.
Sic enī etiā statuerūt ap̄li ⁊ scā romana te
net ecclesia: sz frigescēte charitate ꝗ̄ statutū
abrogatū est. ¶ Si aūt quereret Utrū ex
pediat coicare singulis dieb⁹: q2 videt q̄ sic

Fit enim hō̃ efficit dignior ꝙ̃ erat ex vnico ac-
cessu si digne accedit: ꝗ̃ digni⁹ accedit qñ se-
cūdo vadit ꝙ̃ qñ primo accessit: hoc dico si
nō sit defect⁹ in ꝑparatiōe ex ꝑte accedentis.
Nā ⁊ Ambro. ꝑ li° de sacris ait: Panis q̄ti-
dian⁹ est: accipe quotidie qd̄ q̄tidie tibi ꝓsit.
Ad hoc rn̄det ſm Bona. ⁊ Alex. de al. vbi
.s. Q̄ hec q̄stio determinanda ē habita cōsi-
deratiōe ad fidē ⁊ deuotionē accedentis. Si
enī ex cōtinua deuotiōe ⁊ desiderio cōtinuo
de assequēdo effect⁹ hui⁹ sacramēti aliq̄s sin-
gulis dieb⁹ accederet: estimo ꝙ valeret sibi
frequētia hui⁹ sacramēti: ⁊ sic itelligit illud
argumētū. Si etiā ex timore sue indignita-
tis frequēt desisteret estimo ꝙ illa reuerētia
⁊ timore ꝓficeret. Propter hāc distinctionē
dixit: Credo dixisse Aug^m de cōse. di. z. c.
quotidie. Quotidie eucharistie cōionē acci-
pere: nec laudo nec vitupo. Nec laudo si nō
est ꝯtinua deuotio: nec vitupero si adsit ex h̄
maior deuotio. Nā pōt esse i bonis sacerdo-
tib⁹ ꝙ quotidie cōicare generet fastidiū: ⁊
ꝓpter familiaritatē ⁊ assiduitatē etiā inde-
uotionē: ⁊ tūc si aliq̄s hoc sentiat: laudabile
est ꝙ se abstineat aliqñ a cōione ⁊ celebrati-
one: vt postea in eo augeat deuotio ⁊ reuerē-
tia. Pōt etiā esse ꝙ in aliquib⁹ ipsa frequen-
tia augeat deuotionē ⁊ reuerētiā: ⁊ tūc lau-
dabile est q̄tidie accipe. Vñ ibidē seq̄t Aug
in ꝑallegato. c. quotidie. Dixit quispiā non
q̄tidie accipiendā eē eucharistiā: alius affir-
mat quotidie: faciat vn⁹quisq̄ qd̄ ſm fidē
suā pie credit eē faciēdū. Neq̄ enī litigaue-
rūt infra se: aut quisq̄ eoꝝ se alteri ꝑposuit
Zache⁹ ⁊ ille centurio: cū alter eoꝝ gaudens
i domo sua suscepit dn̄m. Alter aūt dixerit
Dn̄e nō sum dign⁹ ut intres sub tectū meū
ambo saluatorē honorificātes ꝗ̄uis nō vno
modo: ambo pctīs miseri ambo miam cōse-
cuti. Et nota ꝙ illud dictū Ambro. de ꝯse.
dis. z. Si quotiēscūq̄ effundit sanguis xp̄i
in remissionē pctōꝝ effundit: debeo merito q̄
sp̄ pecco sp̄ medicinā accipe. ⁊c. sic itelligit
Debeo me sp̄ ꝓstare habilē ad accipiēdū. vñ
alibi idē Ambro. ait. Accipe q̄tidie qd̄ q̄ti-
die tibi ꝓsit: sic viue vt merearis q̄tidie accipe
Hec ille. Ergo pz ꝙ cōgrue illud decretū de
q̄tidie cōicando abrogatū ē. Et iō rōne ꝑdi-
cta statuit postea eccl̄ia vt oī die dn̄ico cōio-
nē accipent fideles: vñ in ꝑdicto. c. q̄tidie.

postq̄ Aug⁹ dixit: quotidie eucharistiā ac-
cipere nec laudo nec vitupo. Sequit oībus
tn̄ diebus dn̄icis cōicandū hortor: si tamen
mēs i affectu peccādi nō sit. Hec ibi. ¶ Hic
orit dubiū: vtrū magis expediat frequēter
ad sacrā cōionē accedere: ꝙ̄ q̄si sp̄ cessare ob
reuerentiā sacramēti. Ad hoc rn̄det Alex.
vbi s. Q̄ ꝑ se loquendo magis expedit ali-
cui digne accedere ꝙ̃ expediat eidē cessare:
ꝗ̄uis occasionaliter magis expediat cessare
ad tēpus cā maioris deuotionis vt dictū ē.
Dicendū ꝗ̃ sine ꝑiudicio ꝙ simpliciter ma-
gis vir sc̄us in accedēdo frequēter ꝙ̃ in cessā-
do q̄si semp. Et rō huius multiplex est. Pri-
ma ⁊ potissima est assecutio effectuū sacri.
Alia ē diligens preparatio accedētis: quia
ꝗ̄tūcūq̄ sit ꝑfectus qñ intēdit accedere pre-
parat se vt digne accedat: ꝓut sustinet hūa-
na fragilitas vl' infirmitas. 3ª est cōfidētia
diuine bonitatis quā multū acceptat domi-
nus: Vñ eximio ait Alex. ꝙ qñ aliq̄s con-
siderat magnitudinē hui⁹ sacramenti: et ex
hac ꝯsideratiōe mouet motu reuerētie ⁊ ti-
moris ad cessationē: q2. s. cessat: ⁊ qñ habita
cōsideratiōe cōfidēs de bonitate diuina ⁊ mi-
sericordia ꝑparat⁹ accedit: ꝙ meret tantū
hac ꝯfidentia ⁊ ꝑparatione quātū illa reue-
rētia ⁊ timore. Et ideo q2 tūc tēporis vige-
bat adhuc memoria passionis in cordib⁹ fi-
deliū: ꝗ̄uis nō ita sicut in primitiua ecclesia
oī die dn̄ico statutū erat cōionē accipere vt
dictū est. s. Sz quia quāto magis elongati
sūt a tēpore passionis ei⁹ tanto etiā plus re-
friguit memoria passionis i cordib⁹ fideliū
statuit postea eccl̄ia tn̄ ter in anno cōicādū
.s. in paschate: natiuitate dn̄i: ⁊ penth. vñ d
cōse. dis. z. c. ⁊ si nō frequēti⁹. Fabian⁹ papa
inq̄t: Et si nō frequēti⁹ saltē ter in anno oēs
cōicent: nisi forte q̄s maiorib⁹ q̄busdā crimi-
nib⁹ ipediat: in pascha videlz penth. ⁊ nati-
uitate dn̄i. ⁊ in. c. seculares. ibidē scribitur:
Seculares q̄ i natali dn̄i: pascha: ⁊ penth.
nō cōicauerint catholici nō credant: nec int
catholicos habeant. Hec ibi. Sz q2 supabū-
dauit malicia charitas adeo frigefacta ē: ꝙ
ad hūc solū t'minū venim⁹ ꝙ i paschate tn̄:
⁊ in morte obligamur ꝑ eccl̄ie cōstitutionē
sacr̄m eucharistie sumē. Sicut pz ꝑ Inno.
tiū de pe. ⁊ re. c. omnis. vbi dr̄. Omis vtri⁹q̄
sex⁹ fidelis: postq̄ ad ānos discretiōis puene

rit: oīa sua solus pctā saltē semel in āno fideliter ꝯfiteat̄. ⁊c̄. suscipicꝯ reuerēt̄ ad minꝰ i pascha eucharistie sacr̄m: nisi forte de ꝓprij sacerdotis ꝯsilio ob aliquā cām rōnalē ad tēpus ab eiꝰ pceptōe duxerit abstinēdū. Hec ille. Si q̄s tñ voluerit coīcare in cena dñi: nō est ꝓhibēdꝰ. Nā de ꝯse. dis. z. c. in cena scribit. In cena dñi a q̇busdā eucharistie pceptio negligit̄: q̄ q̄m in eodē die ab oībꝰ fidelibꝰ exceptis ijs q̇bꝰ ꝑ grauibꝰ criminibꝰ inhibitū est pcipiēda sit eccliasticꝰ vsus demōstrat: cū etiā penitētes eadē die ad pcipiēda corporis ⁊ sanguinis dñi sacr̄a recōciliētur Hec ibi. Concor. in his Bona. ⁊ Ric. in. 4. dis. iz. ar. 6. q. i. Addētes ꝙ q̄uis nō sit necesse coīcare nisi semel i āno: tñ frequētatio coīonis ꝓutilis ē: q2 sicut i corꝑe fit q̄si q̄dā deꝑditio ꝯtinua nālis hūiditatis ꝑ actionē nālis caloris: q̄ de cā oportet pluries cibum sumere ad restaurationē deꝑditionis: ne deꝑditio continua mortē inducat. Siccum ex corruptōe ꝯcupiscētie i nobis ⁊ occupatione circa exteriora fiat deꝑditio deuotiōis ⁊ charitatiui feruoris: debemꝰ pluries suscipe hoc sacr̄m: ꝑ cuiꝰ susceptionē causat̄ i aīa spūale nutrimētū: ne ꝑ nimiā deꝑditionē si non ad esset restauratio paulati hō ad mortē ꝑduceret̄ spūalē. Et sic patz pars prima.

Pars secūda in qua declarat̄ q̇ sint exemptia pceptione coīonis.

Secūdo vidēdū ē q̇ nō obligant̄ ad pceptionē coīonis. ¶ Primo enī scḋm Alex. non ē sacr̄m illud dandū stultis ⁊ amētibꝰ ⁊ vsu rōnis oīo carētibꝰ: q2 corpꝰ xp̄i nō ē coīcandū nisi habētibꝰ discretionē ⁊ sciētibꝰ discernere int̄ hūc cibū celestem ⁊ aliū ⁊ ꝑparare se aliq̄ mō: vt cū reuerētia ⁊ deuotiōe sumāt. Talibꝰ aūt q̇ ita agitantur frenesi vel furia ꝙ verbis ⁊ factis in cōtumeliā ꝓrūpunt creatoris nullo modo dandū ē nisi q̄ñ ꝯtingeret eos habere lucida int̄ualla ¶ It̄ hoc sacr̄m nō ē dandū ꝑuulis: ⁊ si i baptismate v̄tutibꝰ p̄ditis ⁊ ab oī macula pctī purgatis: vt voluerūt aliqui: ⁊ etiam hodie obseruāt q̇dā heretici. Quapp̄t scḋm Alex. ad hoc ꝙ aliquis digne sumat corpꝰ xp̄i necesse ē ꝙ sit virtutibꝰ p̄ditus q̄tū ad habitꝰ eorꝝ ⁊ q̄tū ad alia que eū ad deuotionē ⁊ reuerētiā excitant: ad q̄ requirit̄ vsus rōnis q̇ caret in paruulis. vñ Augꝰ ait. ꝙ cibꝰ iste ē grandiū. s. in fide: paruuli aūt ⁊ si habeant habitū fidei ex gratia baptismali: vt dictū est: nō tñ dicendi sunt grandes in fide. Quapꝓpter scḋm Alex. tria ꝯsideranda sunt i paruulo ad hoc vt cōmunicet̄ ei hoc sacramentū. Primo cōsideranda est pueritas: vt sit .s. x. vel. xi. annoꝝ. Secundo ꝯsideranda est discretio. Nisi enim puer discretionis iudiciū habeat: ⁊ maxime ꝙ discernat differētiā inter hoc sacramentū ⁊ cōmunē panē: non est inducendus ad sacram cōmunionē. Ait enim Augꝰ. de ꝯse. dis. z. c. nos autē. de differētia istius panis sic. Nos autē sub spē panis ⁊ vini quā videmus res inuisibiles. i. carnem ⁊ sanguinē honoramꝰ. q. d. ad hoc ē necessaria magna discretio. Tertio ꝯsiderāda est in puero deuotio. Nam si in eo appareat ꝙ cū deuotione suscipiat sacrā cōmunionē ducēdus ē ad illam. Sed multi sunt xp̄iani qui quolibet anno cōmunionē accipiūt: sed alios quos ad illā inducere debent nō inducunt. ¶ Unde sciēdū est ꝙ quilibet paterfamilias ex p̄cepto diuine ⁊ fraterne charitat̄ ⁊ similiter materfamilias tenent̄ nō dico cogere sed rōnabiliter inducere filios ⁊ filias ⁊ quātūlibet de sua familia ad sacrā coīonem suscipiēdā: saltē semel ī anno. Rō huius est q2 debent diligere ꝓximū suum sicut semetipsos. vt habet̄ Math. zz. Et Luc. x. Immo nō solū ex hoc precepto tenent̄ ad hoc inducere illos: sed etiā ꝙ diebus preceptis audiāt missas: scilicēt festa: ꝯfiteāt̄ pctā: ieiunēt sicut obligant̄. Hinc ecclastici. ⁊ sapiēs p̄cipit di. Filij tibi sūt erudi illos: ⁊ īcurua eos a puericia eoꝝ. ⁊c̄. Et sic pz pars secūda.

Pars t̄tia vbi ponūt̄ pene quas incurrūt nō coīcantes semel in anno.

Tertio ad roborationē p̄dictoꝝ sciendū ē ꝙ q̇ saltē semel ī āno nō coīcāt h̄ sacr̄o eucharistie multas penas īcurrunt. ¶ Primo enī eijciēdi sūt ab īgressu eccl̄ie sic̄ pz dicto. c. oīs. vbi pꝰ p̄dicta v̄ba seq̇t̄. Alioquin ⁊ viuens ab ingressu ecclesie arceatur: ⁊ moriens ecclesiastica careat sepultura. Et de ꝯse. dis. z. c. si quis. Si q̇s intrat ecclesiam dei ⁊ sacras scripturas audit: ⁊ pro luxuria sua auertit se a coīone sacr̄i: ⁊ in obseruādis mysterijs declinat cōstitutā regulā disciplinē: istū talē ꝓijciendū de ecclesia catholica decernimus esse donec pn̄iā agat: ⁊ ostēdat fructū penitentie sue: ut possit cōmunione p̄cepta indulgētiā ꝓmereri. Hec ibi. Hosti

in publico: ſꝫ bene in occulto et p̄uato. Que
dam est suspitio ꝓbabilis qualis est: si inuen
tus est solus cũ sola frequenter in simul loq̇
Et ꝓpter hanc suspitionẽ nõ debet sacerdos
dimittẽ dare Eucharistiã. 2. q. i. c. deꝰ. Que
dam est suspitio temeraria que ex rõnali cã
cõsurgit: cuiusmodi est illa q̄ conficta est ru
moribus maledicoꝝ hoiũ ⁊ obtrectatoꝝ. xi.
q. 3. c. in cũctis. ⁊ pro tali suspitione nõ est ne
ganda cõio. ¶ Tertiũ dubiũ est an liceat
peccatori petẽti Eucharistiã: quia nõ est di
gnus dare hostiã nõ consecratã: quia ex pre
dictis videret᷑ aliquibꝰ ꝙ sic: quia sic vitaret᷑
scandalum ⁊ Eucharistia nõ inhonoraret᷑
ꝑ ꝓiectionẽ eiꝰ in sentinã. Ad hoc ait Alex.
ꝙ debet ei dari Eucharistia eo mõ quo di
ctum est: nõ aũt hostia nõ ꝯsecrata. Cũ quia
hoc vult dñs: vt patet exemplo suo in iuda
Cũ q2 nescit᷑ an iustificabit eũ deꝰ. Cũ q2
sĩlatio talis nõ ꝓficeret: q2 ille oĩno peccaret
credẽdo se corpꝰ Christi accipe. Cũ q2 sac̄
mentũ v̄itatis nõ dꝫ sĩlari simulatione falsi
tatis. Nã ex̄ de cele. mis. c. de hoie. dãnatꝰ est

quidā p̄ſbr q̄ finxit ſe celebrare ⁊ nō celebra
uit: quia deo illuſit ⁊ populū decepit. vn̄ ibi
dem dr̄ ꝙ falſa ſunt abijcienda remedia que
veris ſunt periculis grauiora. ꝙ ſi dicat̄: Si
medicus corporalis medicinam mortiferā
daret egroto ⁊ inſtanter petenti eſſet homi
cida ⁊ peccaret mortalit̄: ḡ ⁊c̄. Ad hoc. R.
ꝙ in p̄dictis caſibus vbi daret medic⁹ ſpiritu
alis Eucbariſtiā que eſt medicina mortife
ra ipſi peccatori fieret proditor ⁊ ſcandaliça
ret ipſū ⁊ alios. Nullū autē iſtoꝝ cōtingeret
medico corporali ſi negaret infirmo medici
nam mortiferā. Nam bn̄ licet medico corpo
rali infirmitatē corporalē prodere: nō autē
ſpirituali ſpiritualē: quia nō eſt ſimile hinc
⁊ inde. Viſa ḡ obligatione tanti ſacramēti:
⁊ quāta mūdicia ſuſcipi debeat digne vt poſ
ſimus ad eum ſuſcipiendū nos p̄parare de
bemus: vt i p̄ſenti gratiā: ⁊ in futuro gloriā
per ipſum accipere mereamur: qd̄ hodie pro
nr̄a vtilitate inſtitutū eſt ab eo. Qui cū pa
tre ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ reg. in. ſe. ſe. Amē.

¶ Feria ſexta in paſceue de ſacratiſſima paſ
ſione dn̄i nr̄i Jeſu chriſti. ¶ Sermo. 88.

Aſpicientes
in auctorē fidei ⁊ ꝯſūma
torē Jeſū: qui poſtpoſi
to ſibi gaudio: ſuſtinuit
crucē ꝯfuſione contēpta.
Ad heb. 12. De rebus ma
gnis acturi frēs dilectiſſimi: ⁊ de ſublimib⁹
⁊ eximijs tractaturi: ⁊ de excedentib⁹ faculta
tem ingenij noſtri locuturi auxiliū ſuperna
le implorandū eſt. Et oīpotens de⁹ qui res
penitus deſperatas ⁊ oīno difficiles ꝑficere
⁊ ꝯſūmare virtutis ſue magnitudine poteſt:
vt id in nobis efficiat exorandus eſt. Cum
igit̄ ſcḋm aplm̄. 2. ad Cor. 3. Non ſim⁹ ſuf
ficientes a nobis quaſi ex nobis aliquid boni
cogitare: ſꝫ ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Et in
iſta tenebroſa nocte cōſiderare habeam⁹ tra
ctare ⁊ p̄dicare de ſublimiori ⁊ excellentiori
⁊ pluſq̄ laborioſa materia ⁊ difficili: que in
tota cōpage ſcripturaꝝ ſacraꝝ ⁊ oībus ſācto
rum theologoꝝ voluminib⁹ reperiatur: vide
licet amariſſima ⁊ p̄cioſiſſima: necn̄ deuotiſ
ſima ac flebili ⁊ lachrymoſa paſſiōe dn̄i nr̄i
Jeſu xp̄i: mag̃ licet tacere q̄ loq̄: audire q̄
p̄dicare: flere q̄ alios ad fletum cogere: cū

in me ipſo proprijs virib⁹ deficiā: ⁊ aliunde
auxiliū inuenire nequeā. Nam incipiendo a
pedibus vſq̄ ad caput oīa mēbra mea ꝯquaſ
ſata ſunt: ita vt videat̄ lapis molaris ſup cor
pus meū cecidiſſe. Deeſt mihi oīs corporal̄
fortitudo: quia hodie potentiſſim⁹ rex mun
di eſt ita debilis factus ꝙ cū audio dicentē:
Deus deus me⁹ vt quid dereliquiſti me. Arri
guit tota cōpago corporis mei ꝯtēplando p̄
cioſiſſimū ſanguinē illū anxietate future paſ
ſionis ſue in illo horto vbi aliqn̄ fui ex oībus
poris ſanctiſſime carnis ſue in terrā vndiq̄
ꝓſiluiſſe. Nā tibie mihi deficiūt: genua mea
infirmata ſunt a ieiunio: brachia mea rela
xant̄ caput meū eſt languidū ⁊ doloratum:
vox mea rauca: pectus meū eſt debilitatū: cō
tabeſcit in me venter meus: lingua ⁊ ſi eſſet
quantūcunq̄ diſerta mihi tremit: ita vt in
hac nocte balbutiēdo loquat̄. Deficit enim
eloquiū meū: quia hodie predicator veritatꝭ
in cruce ſuſpendit̄: labia mea dentibus inhe
rent: raucefacte ſūt fauces mee: adeo vt ne
queam ipſa aperire: ⁊ de tanto myſterio pre
dicandi operam dare. Os vtiq̄ meū amari
catur: conſiderans os dn̄i Jeſu felle acetoq̄
potatū. Aures in hac die ſurdeſcūt: audien
do illas terribiles voces. Oculi mei caligant̄
nec nō obtenebrant̄ dn̄m ſuū velatū vidētes
ꝯſputū: madefactū ⁊ ita deformiter decolora
tum aſpiciētes. Nares mee obturant̄ ſentiē
tes cū dn̄o Jeſu fetorē imunditiaꝝ montis
caluarie. Deſinit oīs aīe virtus: deficit app̄
hēſiua: deficit fantaſtica: deficit extimatiua:
deficit cogitatiua: deſinit retentiua. Intelle
ctus agēs nec a fantaſtica: nec aliqua ſpē mo
uetur ⁊ nullius recordat̄. Intellect⁹ poſſibi
lis obtenebratur: ⁊ deficit in eo grauitas iu
dicij conſiderans dn̄m Jeſū hodie ab iniq̄s
iudicatū iniuſte. Volūtas obliquatur tabe
ſcit ⁊ proſternitur. Cor conteritur ⁊ humi
liat̄: nec ad aliquid circa hoc myſteriū ꝑagē
dum erigit̄ ⁊ ſubleuat̄: quia nullū in tanto
negocio inuenit̄ remediū. Non enim inue
nio auxiliū ab elemētis: nec a corꝑib⁹ celeſti
b⁹ refrigeriū reperio: qr̄ dicūt eis hodie cre
atorē ſuū eē ſblatū. Terra ꝯtremiſcit ex do
lore: lapides minores frangunt̄ ex cōpaſſio
ne. Petre magne ſcinduntur pre dolore: et
montes aperiuntur ex amaritudine viden
tes creatorem ſuū ſic crudeliter confractum

⁊ flagellatũ. Aque cõturbantᷣ ex ſanguinis
effuſiõe: qꝛ ex latere dñi Jeſu hodie ſangui-
nẽ ⁊ aquã viderunt exire. Aer obſcuratᷣ ex
terribili horrore. Ignis extinguitᷣ ex mundi
lucis extinctione. planete reuoluũtᷣ ⁊ a cur-
ſu naturali retrahũtᷣ ex ſceleris abbomina-
tione. Nam ſol per lunã. cõtra naturã ecly-
pſatur. Ita vt aſtronomi dicant: Aut deꝰ
celi patitur: aut tota machina mundialis de
ſtruitᷣ. Que per Agu. egregiũ doctorẽ ne a
nobis videantᷣ inuẽta probantᷣ in ſermone.
5. de paſſiõe ſic di. Pallẽt aſtra: tremit terra
turbantᷣ elementa: ꝓcedunt ex ſuis tumulis
funera: neqꝫ eñi ſepulchra aliquã partẽ cor-
poris tenere potuerũt quãdo gehẽna ſimul
crepuerat tota. Et ſermone. 12. de paſſione
iterũ dicit. Sol ab hora ſexta obſcuritate ſe
induit: dies ſe in noctẽ mutauit: terra ſe tre-
more concuſſit. Sol. ſ. ne videret deũ cruci-
fixum: dies ne videret occiſũ: terra ne occiſi
corpus exciperet. Sol igitᷣ ab ſcelere dũ ca-
ligat declinat ſpectaculũ: dies dum tenebre-
ſcit abnegat obſequiũ: terra dum cõtremi-
ſcit excuſat ſepulchrũ. Omnia eñi elemẽta
officia ſua deſerũt: ne videantᷣ iudaico ſce-
leri prebuiſſe conſenſũ ſi ſolitis fungerẽtur
obſequijs. Hec ille. Nulla igitur vis in me
eſt: nullus vigor: nullus ſenſus: nec in mun-
do aliqđ refugiũ inuenio. Si autẽ in infer-
nũ deſcendero: ibi ſũt ſoli patres ſancti qui
aliquod forte iuuamen cõferre valebunt: ſꝫ
timeo ne ⁊ ipſi reſpõdeant. Quomõ ad nos
recurris: qui vtiqꝫ ſuffragijs indigemus: et
expectamꝰ cõtinue ab huiꝰ carceris tenebris
⁊ vinculis liberari? Si rurſũ in celũ poſtu-
laturꝰ auxiliũ aſcendero nec ibi reperiã. An
geli eñi dicent. Quomõ poſſumꝰ tibi auxi-
liari ſine illo qui nobis ẽ ablatus: per quem
⁊ in cuiꝰ nomine dracone ſerpentẽ antiquũ
vicimus? Non igitᷣ nobis auxiliũ preſtabũt
quia ⁊ ipſi dolentes hodie plorant pre tene-
ritudinis magnitudine: implẽtes illud pro-
pheticũ. Eſa. 33. Angeli pacis amare flebãt
Si recurro ad deum patrẽ: quomõ me au
diet ex quo propriũ filiũ non audit ipſuꝫ re-
linquẽdo in peccatorũ arbitrio deludenduꝫ
flagellandũ: ⁊ crucifigendũ ꝓ me miſero pec
catore? Nam ipſi attribuitᷣ potẽtia. Qua ꝓ
pter timeo ne in iſta die dicturꝰ ſit: Non eſt
cõueniens ꝙ in iſta die debeã cũ hominibꝰ
cõmunicare: quia mihi abſtulerũt potentiã
quã peculiariter teneo ꝑ poſſidere. vnde ſicut
Matth. 27. ſcribitᷣ: dixerũt filio meo. Cõ
fidit in deo. ſ. patre: liberet eũ nunc ſi vult:
quaſi dicãt: eũ liberare nõ poteſt. Si rurſũ
vado ad filiũ dei dicet mihi: Ego vero pro
me in quãtũ homo grãm inuenire nõ poſſũ:
⁊ tu vis vt pro mũdo rogẽ: ⁊ pro illis qui
mihi hodie blaſſemãtes vt deo abſtulerunt
ſapiẽtiã: dicẽtes illud qđ Mar. 15. dr̃. Vah
qui deſtruis templũ dei ⁊ in tribus diebꝰ re
edificas illud. Saluũ fac temetipſũ deſcen-
dens de cruce. quaſi dicãt. Dicebas te tem-
plũ deſtruere poſſe ⁊ in tribꝰ diebus illud re
edificare ſcire: ſꝫ vt minꝰ ſapiens locutꝰ es
quia te ſaluũ facere ⁊ deſcendere de cruce ne
ſcis. Si denuo vado ad ſpiritũ ſanctum: ti-
meo ꝙ dicturus eſt mihi: Clemens ſum et
appellor: ⁊ ideo cõtra tales inclemẽtes imi-
ſericordes: immo crudeles debeo crudelis
eſſe: ⁊ ideo nec gratiã eis tribuere. Nam vt
Luc. 23. ſcribitᷣ contra filiũ dei pilato dixe
rũt: Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barrabam
Ubi tanta impietate ⁊ inclemẽtia vſi ſunt.
Si aũt ſcđm conſuetudinẽ eccleſie bonã re-
curro ad btãm virginẽ: timeo ei apꝓpiare
vidẽs eam doloribꝰ affectã: meroribus ple-
nam ex crudeliſſima paſſione filij ſui. Ti-
meo quoqꝫ ne dictura ſit: Ex quo hodie nõ
poſſum pro redẽptione filij mei gratiã inue
nire: quomõ poſſũ tibi ſuccurrere? Ubi ẽ di
ſcretio tua? Ubi eſt prudentia tua? Ubi eſt
ſapientia tua: qui deberes mihi cõpati ⁊ cõ-
dolere: ⁊ per me vis gratiam inuenire? No-
li mihi in auribꝰ perſonare angelicã ſaluta-
tionẽ: que tali die tota conuerſa eſt mihi in
amaritudinẽ. Dices forte mihi. Aue ideſt
ſine ve. Ego ſum ita plena doloribꝰ ꝓpter
paſſionem filij mei: vt hoc lingua humana
exprimere non valeat: vnde illud Tren. p̃.
vere dicere poſſum. Poſuit me ſcilicet paſ-
ſio filij mei deſolatam tota die merore con-
fectam. Aut dicetis Maria que illumina-
ta interp̃tari põt: cũ ego ſim oĩ lumĩe ꝓuata
hinc potiꝰ dicẽ poſſũ illud Tren. 5. Meſtũ
factũ ẽ cor meũ: iõ ꝯtenebrati ſũt oculi mei.
aut dicet̃ grã ple. cũ mea grã ꝯſũmata fuẽit
i xij. ſtell' corone capit̃ mei. đ q̃ Apoc. 12. In
capite eiꝰ corona ſtellaꝝ xij. Et tñ hodie illđ
Trẽ. 5. dicẽ poſſũ. cecidit corona capit̃ mei

Aut dicetis Dñs tecū: quē tāgere nō valeo Unde in cruce pedēs cū iniq̃s deputat⁹ ē: ꝓpterea dico ꝙ in eo. c. scriptū ē: Defecit gaudiū cordis mei. Uel dicetis: Bñdicta tu in mulierib⁹: cum videā me deceptā tā ab angelo Gabriele ꝙ ab Helysabet cognata mea nā ⁊ maledicor pre oībus mulierib⁹ mundi. Uel diceti: Bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui: q̃ ab oīb⁹ maledicit̃: accusat̃: ꝯspuit̃: flagellatur Et illud q̇ᵈ Tren. 3. scriptū est dicit: Factus sū in derisū oī populo. Et iō cessate nolite dicere: Scā Maria ora ꝓ nobis: q2 hoc nō est decēs vt ꝓ vobis faciā tali die. Sȝ ne modo oīno orphanos deseraȝ absq̄ pr̃e ⁊ sine mr̃e: cū tñ mihi peculiarit̃ mīam tribuatis nouā matrē dūtaxat hodierna die vobis assigno q̄ sup oīa hodie meruit exaltari: ista q̃ppe erit crux btissima: q̄ sola meruit filiuȝ meū tali die p̃ciū mūdi sustinere. Uō q̄ Augu. ait: Crux q̄ pri⁹ erat suppliciū latronū transit ad frōtes īpator̃. Hec q̄dē vt beat⁹ Ambo. ait cū multo honore ⁊ reuerētia tanq̄ īstrumentū nr̃e salutis adorāda est. Crux enim beatissima est reparatio angelor̃: glīa redēptor̃: restauratio ⁊ ꝓuectio ꝓbor̃. Ad ipsaȝ igit̃ ait beata virgo: Filij mei dūtaxat hodie ꝓ grā impetranda velut ad nouā matreȝ locū meū tenentē deuote recurratis: atq̄ cū reuerentia multa ⁊ deuotione dicatis: Aue digna de honori: verace insegna del populo Christiano. Per Jesu christo nr̄o redēptore. Tu sola fusti degna el charo p̃cio portari. Tu sei verace insegna a seguitare Christo. Il quale desidera e ci vol saluare. Noi te p̃gamo btō segno in chi fu posto e ficto Jesu christo crucifixo: Chi guarde e defendi noi del suo furori: amē. Aspiciētes in auctorē fidei ⁊c. Iter vbi. s̃. Tanta est charitas redēptoris nr̄i erga humanū gen⁹ demōstrata: vt ꝓ redēptione ei⁹ hodie in cruce mori voluerit: ꝓpter q̇ᵈ si diligēter attēdim⁹ ⁊ ipȝ in arbore crucis fideliter ⁊ deuote aspicim⁹ adeo excitabit ei⁹ acerba passio sensus nr̄os: vt etiā ꝓ eo pati ⁊ mori vehemēter affectem⁹ Exeam⁹ igit̃ hodie fratres charissimi extra castra. i. tumult⁹ seculares: ⁊ negocia secularia dimittam⁹. Nō loquat̃ p̃ dolore pr̄ filio nec fili⁹ pr̄i: nō frater fratri: nō vxor marito: nō maritus vxori: non vicin⁹ vicino. Induamur vestib⁹ nigris ⁊ ad lachrymas nos ꝓuocem⁹: ⁊ exemplo Pauli simul ⁊ doctrīa cruci Christi toto conamine corda nr̄a figamus. Exēplo Pauli dixi quia ipse de se ipso ad Gal. 2. ait. Cruci ꝯfix⁹ sum ⁊c. filij dei. Nolebat enim Paul⁹ aliā legē: ſ₃ solū crucē seq̄ desiderabat. vn̄ p̄ime ad Chorin. p̃. Nos aūt p̃dicam⁹ Christū crucifixū ⁊c. doctoris Pauli: doctoris gentiū dixi: q2 in v̄bis ꝓpositis hortat̃ in hac die omnes fideles dicens: Aspicientes ⁊c. In auctorē fidei. i. p̃ncipiū ⁊ ꝯsūmatorē Jesū. i. finē. Quia ipse est Alpha ⁊ O. i. p̃ncipiū ⁊ finis Apoc. i. postea sequit̃ excitādo nr̄am ingratitudinē di. Qui postposito sibi gaudio sustinuit crucē ꝯfusione ꝯtēpta. Puto enim ꝙ pr̄ dixerit filio in spū. Duor̃ tibi est optio: elige q̇ᵈ vis: q2 ꝓpono tibi gaudiū ⁊ dolorē. Si enī vis induere carneȝ humanā: ⁊ subire penas ⁊ dolores ⁊ mortē acerbissimā: tu acq̄res tantū merituȝ vt ꝑ te recuperet̃ totū gen⁹ humanū. Et tuū siquidē meritū se extēdet ad salutē p̃teritor̃ p̃sentiū ⁊ futuror̃. Si v̄o eligis tibi gaudiū scias totū gen⁹ humanū ꝓpter pctm̄ suuȝ in eterna dānatione esse peritur̃: q2 nulla pura creatura est sufficiēs genus humanū redimere. Cui⁹ rō in apto ē: quia ſm Ansel. in li°. Cur de⁹ hō. ſ₃ mēsurā pctī oportȝ eē satisfactionē: ſ₃ pctm̄ p̄mi hoīs fuit infinitū rōne dei offensi: hō aūt est finit⁹: ſ₃ finiti ad infinitum nulla est ꝓportio: igit̃ si dȝ esse ꝯdigna satisfactio necesse est ꝙ sit infinita: quia de⁹ in infinitū offensus est. Cū igit̃ null⁹ hō repeｘriatur infinite virtutis: necesse est inq̇t pr̄ vt tu fili mi suscipias vestē humanitatis: ⁊ cum ea dolorē ⁊ mortē patiaris: ⁊ isto mō ꝑdituȝ humanū gen⁹ cū thesauro p̃ciosi sanguinis tui recōparare poteris. Q̇ᵈ audiēs fili⁹ dulcissim⁹ ex nimia sua charitate cōmotus. R. verbū illud Esa. 6. Ecce ego mitte me. Per q̇ᵈ significat̃ ꝓmptitudo v̄bi dei parati subire vituperosā mortē crucis: iuxta illud ap̄li ad Phil. 2. Humiliauit semetipsū fact⁹ obediens vsq̄ ad mortē mortē aūt crucis. Hū aūt dic̄ ap̄ls: ꝙ sustinuit crucē postposito sibi gaudio: q2 s. p̃elegit dolorē mag̃ ꝙ gaudiū: ꝯfusione ꝯtēpta: quia nihil vili⁹ reputabat̃ ꝙ suspēdi in cruce. Contēpsit igit̃ hāc ꝯfusionē: q2 cū iniquis deputat⁹ est: ⁊ nud⁹ suspēsus seu crucifix⁹ ⁊ in die festo ⁊ in ꝯspectu multitudinis gentiū ad maiorē ꝯfusionē

suspensus: Tunc enim verificatũ est qđ di-
xerat Jo. io. Nemo tollit aĩam meã: sed ego
pono eã: q2 ẜm oẽs theo. maxime btm̃ Tho.
in. 3. parte. q. 47. ar. i. lȝ cruciatus flagella
⁊ ꝟbera iudeoꝝ fuerint sufficiẽtia ad causan
dum mortẽ Christi: tñ si ipse noluisset nul
la lesio inflicta in eiꝰ carne facultatẽ hr̃e po-
tuisset: q2 virtute ꝟbi dei cui cõiũcta erat in
vnitate ꝑsone habebat potestatẽ ꝯseruandi
naturã suã: põt dici ꝙ eiꝰ passio ⁊ mors fue
rit volũtaria: ⁊ a volũtate sua indirecte cau
sata: quia. s. non impediuit cũ impedire possȝ
Sicut si dicat̃ aliq̇s aliũ ꝑfundere: quia nõ
clausit fenestrã ꝑ quã hymber ingredit̃. Et
hoc mõ ipse Christꝰ fuit cã passionis ⁊ mor
tis: quia. s. impedire poterat ne cruciatus in
aliq̇ ipsũ lederet: vt dictũ est. Que ꝯfirma-
re videt̃ Aug. in sermone. i5. de passione di.
Videte q̃tum sit in Christi humilitate my
steriũ: q̇ cũ eternꝰ sit ab eterno ac dñs vniũ-
sitatis: vt seruoꝝ tñ suoꝝ perficiat libertatẽ
gaudet iniurijs: exultat obprobrijs: oĩsq́ʒ ei
pena in cruce triũphus est. Admirando re-
medij genere diabolũ patiẽdo superat: ⁊ ho-
minẽ moriendo viuificat. Que oĩa pro nob
vnigenitus dei filiꝰ pietate aggressus ẽ: vir
tute sustinuit: humilitate ꝑfecit. hec ille. Igi
tur postposito sibi gaudio. su. cru. ⁊c̃. In qui
bus sacratissimis aplĩ verbis in ista die cum
ipso aplõ tria diligẽter cõsiderare habemꝰ.
Primo enĩʒ aspicientes cõsiderare habemꝰ
Jesum cuʒ Maria virgine colloquentem ⁊
plorantẽ. Secundo aspicientes ꝯsiderare de
bemus Jesũ cum sanctis aplĩs suis plura fa-
cientẽ dicentẽ: ⁊ docentẽ. Tertio Aspi. con
siderare debemꝰ Jesum cum perfidis iudeis
amarissimã crucis mortẽ sustinentẽ ⁊ patiẽ
tem: nec nõ ⁊ contẽnentẽ.

Pars prima huius sermonis in qua con
tẽplat̃ Jesus confortãs matrẽ suã vehemen-
tissime dolentẽ ꝓpter passionẽ suã proxime
venturã anteq̃ꝫ processurus ad passionẽ ab
ea separaretur.

Primo igit̃ in isto sermone: Aspiciẽ
tes considieremꝰ Jesum cum Ma-
ria virgine matre sua dulciter collo
quentẽ ⁊ cum ipsa plorantẽ. In qua conside
ratione mollificabunt̃ sicut cera corda nr̃a.
Nam inter ipsos fuit magnꝰ ⁊ perfectissimꝰ
amor: ꝓpter quẽ in isto tẽpore processit etiã

maximus dolor. Ad cuiꝰ mysterij declara-
tionẽ septẽ contẽplationes in ista parte la-
chrymosa annotabimꝰ quarũ Prima dicet̃
doloris Marie verificatio. Secunda dicet̃
doloris Marie extensio. Tertia dicet̃ dolo
ris Marie originatio. Quarta dicet̃ dolo-
ris Marie suspitio. Quinta dicet̃ doloris
Marie annũciatio. Sexta dicet̃ doloris Ma
rie fugatio. Septimo dicet̃ doloris Marie
Augmentatio.

Particula prima huiꝰ prime partis prin-
cipalis in qua probat̃ ꝙ btã virgo vere do-
luit de passione filij sui.

Prima in ista parte cõsideratio dicit̃
doloris Marie verificatio: ꝑsumũt
enim quidã insulte dicere be. virgi-
nem nõ habuisse tot ⁊ tantos dolores sicut ꝯ
ea scribit̃ ⁊ predicat̃: ꝓbare volẽtes his rõni
bus que subscribunt̃. ¶ Primo dicẽtes ꝙ
btã virgo nõ erat sicut relique femine ad la-
chrymas ꝓna: ẜ erat sapiẽs ⁊ in oĩbꝰ cõfor-
mis voluntati diuine: sciensq́ʒ voluntatẽ di-
uinã sic ordinasse filium suũ mori in cruce.
Iuxta illud ꝓphicũ. Morit̃ filiꝰ meus Je
sus ⁊ cõuertet̃ populũ: ꝓpter qđ nõ est cre-
dendũ ꝙ ipsa de morte filij sui doluerit. ⁊ do-
lorẽ exteriꝰ lachrymãdo ostẽderit: ne a volũ
tate diuina discordare videret̃. ¶ Secũdo
dicunt ꝙ beata virgo fuit plena charitate ꝓ
pter qđ cõparat̃ soli ardenti: ps. i8. In sole
posuit tabernaculũ suũ. Quapropter ex cha
ritate liberationẽ generis humani multũ de
siderabat: ẜ nõ ignorabat hãc liberationẽ ꝑ
mortẽ filij eius generi humano secuturam:
ꝗ̃ñ dolebat: imo potiꝰ gaudebat ⁊ de morte
filij eiꝰ exultabat ¶ Tertio q2 sciebat mortẽ
filij sui cito transiturã: ⁊ post triduũ filium
suũ ꝯ morte ad vitã gl'iosã resurrecturꝫ: i ce-
lum post q̃dragintadies ascensurꝫ: ⁊ ingẽtẽ
gloriã post mortẽ suã assecuturꝫ. In quibus
oĩbꝰ potiꝰ gaudere q̃ꝫ dolere: exultare q̃ꝫ flere
debebat. Sʒ iste rõnes nulle sũt. imo si quis
eas tenẽ vellet hereticꝰ putaret̃: q2 ẜm Bo.
in. 3. di. i7. ar. i. q. i. Isdẽ rõnibꝰ posset ꝓba
ri Christũ veraciẽ nõ habuisse passionis do
lorẽ: ⁊ sic euacuaret̃ tota nr̃a redẽptio. Naʒ
⁊ Christus fuit sapiẽtissimꝰ ⁊ ꝑdicta oĩa co
gnouit: ⁊ tñ verissime in sensualitate sua do
luit. Rõnes igit̃ ꝑdicte sũt vere: sed Sco. ⁊

Ho. vbi. s. q. 2. ɔtingit acerbitatē eē in do
loꝛe q̄tū ad duo: videlicȝ q̄tū ad sensualita
tē: ⁊ q̄tū ad rōnez. Fuerūt igit̄ p̄dicta ɔser
uata in parte rōnali vñ ipsa gaudebat: sȝ ꝓ
pter hoc nō tollit̄ q̄n Christus ⁊ virgo sint
passi in parte sensuali. i. in poꝛtione inferio
ri. Habuit igit̄ btā virgo p̄dictas ɔsiderati
ones ⁊ rōnes in rōne cōseruātes ipsā in ve
ra patiētia: ⁊ ɔfoꝛmantes volūtati diuine fm
rōnem: sȝ ꝓpter hoc nō est euacuat⁹ doloꝛ in
parte sensuali vt dictum ē: ita vt vere dole
ret sensibili doloꝛe in coꝛpoꝛe ⁊ in aīa. Unde
Alexan. in. 3. parte in tractatu de ɔceptiōe
Christi. q. 16. in rñsione. 2. arg. inquit. ꝙ in
virgine fuit doloꝛ de cōpassione filij sui fm
partē inferioꝛē rōnis: nō tñ tant⁹ quant⁹ in
filio: sȝ fm partē superioꝛē q̄ ipsa considera
uit fructū passionis. s. redēptionē nr̄am fuit
sūmuȝ gaudiū: q2 ipsū fructū maxie deside
rabat: ⁊ iō gaudebat: Fuit igit̄ doloꝛ in par
te sensibili virginis. Q̄ō ꝓbat̄ tripliciter: rō
ne: auctē: exēplo. ¶ Primo ꝓbat̄ rōne tri
plici fm triplicē respectū. Pma rō est respectu
sui sic. Snia est phi in topicis dicentis. Q̄ō
min⁹ videt̄ inesse ⁊ inest: ḡ ⁊ id qd̄ magis: sȝ
virgo doluit tp̄e q̄ nō videbat̄ multū dolē
dum qñ. s. ꝑdidit filiū suū in hierusalē dum
ascendisset ad festū: ⁊ cū iam per decez milia
ria ipsa ⁊ Joseph ab vrbe venissent. In quo
loco fui ⁊ per vnā noctē q̄eui: nō inueniētes
eū cū doloꝛe ad ciuitatē reuersi sūt. At vbi
in tēplo reperierūt eū: vt patet Luc. 2. Di
xit Jesu mater eius: Fili quid fecisti nob sic
pater tu⁹ ⁊ ego dolētes querebam⁹ te. Si igi
tur tūc doluit qñ nō erat causa tanti doloꝛis
Nō enim ait Oꝛigenes credidit tūc filiū eē
captū aut moꝛtuū: ħ ascēdisse in celuȝ: ⁊ tñ
doluit dubitās ne aliq̄d fecisset qd̄ filio displi
cuisset: quāto magis credendū est tp̄e moꝛtꝭ
sue doluisse. ¶ Secūda rō est respectu nr̄i.
Ait enim Her. qd̄ paucis moꝛtaliuȝ cōstat
esse collatū: fas nō est certe dicere tāte virgi
ni fuisse negatū: hec ille. imo btā virgo hūit
oēs grās ⁊ p̄uilegia q̄ fuerūt in sanctis. si igi
tur alicui moꝛtaliū ɔcessa est grā dolēdi de
passione filij dei. Nam frater Joānes de al
uerna tātā grāȝ habuit ꝙ dū videret Chri
stū in cruce lachrymas ɔtinere non poterat.
Similiter frater Jacobon⁹ de tuderto: au
diens legere euāgeliū passionis Christi: nō

solū lachrymas: sed nec clamoꝛes valuit cō
tinere: imo clamās ⁊ dicēs: Whe mihi mise
ro peccatoꝛi extra ecclesiā ad cellā currit. Si
militer ⁊ beat⁹ Frācisc⁹ ita passionē Christi
ploꝛauit ⁊ fleuit: vt cecus efficeret̄ ⁊ stigma
ta ipsius Christi hr̄e ꝓmereret̄. Si igitur
isti sancti habuerūt tantā grām dolendi de
passione Christi: multo ampli⁹ credendum
est hanc gratiā habuisse beatā virginē i moꝛ
te filij sui. ¶ Tertia ratio est respectu ipsi⁹
Christi. Amoꝛ enim debet esse recipꝛocus
quia est virtus vnitiua amantis cū amatoꝛ
fm Dio[m] in. 4. de diuinis noibus: ita vt di
cat Cicero ꝙ amic⁹ ē alt̄ ego ⁊ phs. 8. Ethi.
dicit ꝙ amantiū est idem velle ⁊ nolle. Et
quāuis fm phm. 8. Ethi[z]. Amoꝛ parentū
maioꝛ sit ad filios q̄ filioꝝ ad parētes. Tñ
inter beatā virginē ⁊ Christū erat amoꝛ re
cipꝛocus: ita vt essent vnū coꝛ ⁊ vna aīa. Si
igit̄ fili⁹ dolebat de doloꝛe mr̄is foꝛte plus
q̄ doleret d̄ seipso: ⁊ beata virgo hoc cogno
scebat: non est dubiū ꝙ vtiq3 doloꝛē repen
debat. Unde proculdubio dicendū est ꝙ be
ata virgo videns filiū talia ⁊ tanta pati ve
hementer doluit: sciensq3 filiū ipsam aꝑrte
dolentē ⁊ afflictā cognoscere: ⁊ ꝓpter hoc
amplius dolere ⁊ doloꝛē suū crescere ipsa be
ata virgo vehementi⁹ condoluit: ⁊ ita reci
pꝛoce etiā ipsa dolebat plus de doloꝛe filij
q̄ de pꝛopꝛio: ⁊ quanto plus condolebat fi
lio tanto magis augebat doloꝛem in seipsa.
¶ Secundo hoc idē ꝓbat̄ auctē triplici.
Primo auctē Symeonis Lu. 2. ꝓphantis
quādo p̄sentato Jesu in brachijs suis postq̄
dixit: Nūc dimittis ⁊c̄. Bñdixit illis Sy
meon ⁊ dixit ad Mariā matreȝ eius: Ecce
positus est hic in ruinā ⁊ resurrectionē mul
toꝝ in israel: ⁊ in signū cui cōtradicet̄: ⁊ tuā
ipsi⁹ animā ꝑtrāsibit gladi⁹. In quib⁹ ver
bis tres annūciationes fecit beate virgini.
Prima. Ecce hic positus est in rui. ⁊ resur.
mul. q2 venit in iudiciū multoꝝ maloꝝ: ⁊ in p̄
destinatoꝛum omnium saluationem. Secū
da est in signuȝ cui contradicetur: quia om
nis spes saluandoꝛum erit per hunc tuum fi
lium in signū cui ɔdicet̄ sicut habet̄ Geñ. 9
de arcu federis: ita Christus posit⁹ est in si
gnū saluādis. Naȝ crux est arcus: ⁊ coꝛpus
Christi est coꝛda. Tertia ē ꝓbatiua doloꝛꝭ
v̄ginis habituri in passione ei⁹ quādo dixit:

Et tuã ipsiꝰ aīaȝ ptransibit gladiꝰ. ¶ Secū
do idẽ ꝓbat̃ auc̃te Damas. sup Luc. di. Do
lores q̃s virgo effugit pariẽs: hos in passio
ne Christi sustinuit. hec ille. ¶ Tertio idẽ
ꝓbat̃ auc̃te Aug. in sermone. 8. de passione
dñi di. Iuxta crucẽ stabat Maria ꝯsiderãs
vultu benigno Christũ pẽdentẽ in cruc̄ pa
tibulo: pedibꝰ innitens: manꝰ leuabat: ample
xans crucẽ: ruens in oscula eius q̃ parte san
guinis Christi nuda rigabat vt Christum
valeret amplecti: cũ nõ poterat sursũ vole
bat ascẽdere. Sperat amor nõnunq̃ q̃ raro
fieri põt: sibi cedere cũcta amor impatiens
credit: volebat amplecti Christũ in altũ pẽ
dentẽ: sȝ manꝰ frustra in se copiose redibant:
se leuãs sursũ e terra: erigebat ad Christũ:
que tãgere eũ neq̃bat manu collidebat ad ter
ram ⁊ ꝓstrata iacebat imẽsitate doloris de
pressa: s; eã erigere magis vis amoris imen
sa cõpellebat: ipetu amoris surgebat intensi
q̃ manibꝰ cupiebat attrectare Christũ. Cũ
pro vis nõ esset: ⁊ victa dolore terrã itereruȝ
petere cogebat̃. hec ille. ¶ Tertio hoc idem
ꝓbat̃ exẽplo triplici. Primo exẽplo vniuer
sali oĩuȝ matrũ naturaliũ. Nunq̃ reptaest
mater ita crudelis q̃ nõ plãgeret mortẽ filij
sui: s; btã virgo fuit ſm sniaȝ oĩuȝ theolo
vere mater naturalis ipsius Christi: quia
ipsũ de puris sanguinibꝰ ꝯcepit nouẽ mẽsibꝰ
in vtero portauit: pepit: ⁊ suo lacte nutriuit
igit̃ de ipso tanq̃ de ꝓprio filio vere cõdoluit
¶ Secũdo ꝓbat̃ exẽplo singulari pluriũ sã
ctoꝝ: a q̃bꝰ iste amor naturalis filioꝝ amoue
ri nõ potuit. Nã sanctꝰ Aug. vt legit̃ in. 9.
ꝯfessionũ suaꝝ etiã post ꝯuersionẽ suã dum
repatriando mortua esset mater sua: sentiẽs
se ꝓuatũ sua dulcissima matre: tantũ fleuit
q̃ a lachrymis ꝯtineri nõ poterat. Et duȝ se
mel disputaret de contẽptu mũdi: recorda
tus matris sue: nõ valẽs se vltra a lachrymis
continere: disputatione dimissa cameraȝ in
trauit. Si igit̃ tm̃ doluit filiꝰ de matre: quã
to magis dolere debebat mater de filio: cuȝ vt
dictũ est maior sit amor parentũ erga filios
q̃ econuerso. Similit̃ ⁊ paula de q̃ scribit Hie
ronymꝰ ad Eustoᵐ q̃ dũ moriebat̃ sibi ali
q̃s filiꝰ incõsolabilit̃ dolebat: vñ dicit ipse ibi
dem. Inter hostiũ manꝰ ⁊ captiuitat; duraȝ
necessitatẽ nihil crudeliꝰ est q̃ parentes a fi
lijs separari. hec ille. ¶ Tertio ꝓbat̃ exẽplo

particulari vniꝰ virginis deuotissime virgi
nis Marie: desiderãtis certificari de dolore
ipsiꝰ virginis tpe passionis filij sui: at vbi dor
miendo videret̃ sibi pepisse vnũ filiũ: ⁊ post
partũ q̃ sibi ablatus fuisset: cũ illa imagina
tione excitata q̃rens filiũ p lectũ ⁊ nõ inue
niẽs cepit plorare ⁊ clamare: ⁊ de lecto exiẽs
plorando querebat filiũ suũ. Et isto mõ cõi
cauit sibi btã virgo dolores suos. Et sic pa
tet prima particula huiꝰ partis.
¶ Secũda particula ꝑnc partis vbi decla
rat̃ q̃ dolor btẽ virginis fuit intensissimus.
SEcũda ꝯsideratio huiꝰ partis dr̃ do
loris beate virginis extensio. Circa
quã sciendũ est q̃ nõ solũ btã virgo
doluit: s; etiã vehemẽtẽ dolorẽ habuit: quod
etiã probat̃ tripliciter. rõne: auc̃te: exẽplo.
¶ Primo rõne sic: Passio siue gladiꝰ passi
onis Christi ptrãsiuit aĩam virginis Ma
rie: vt dictũ est: s; gladiꝰ ptransiẽs aĩaȝ ma
gis penetrat q̃ penetrãs corpꝰ vel carnẽ: ꝓpt
nobilissimũ sbm: g̃ maiorẽ hebebat ꝟgo pas
sionẽ vel dolorẽ q̃ si gladiꝰ ille penetraret a
mã eiꝰ: igit̃ ⁊c̃. Ideo ait Hiero. ad Eustoᵐ
q̃ tantus fuit dolor virginis q̃ licȝ nõ fuerit
mortua tñ fuit plus q̃ martyr. Quod ꝯfirmat
Ric. in. 3. di. 33. ar. 7. q. 4. dicẽs q̃ licet caro
virginis nõ fuerit trãsfixa gladio mãli: tñ
fuit ita penosa q̃ vt dictũ est: ipsa fuit plus
q̃ martyr. Cã aũt q̃re nõ fuit in tantis do
loribꝰ mortua hec est: q̃r. s. fuit p ꝓuilegiũ ꝑ
seruata: tñ tãtꝰ fuit eiꝰ dolor q̃ excessit oĩuȝ
dolores: vñ ⁊ Aug. sup ꝓdictũ ꝟbũ Symeo
nis inq̃t: Hoc vtiq; significauit q̃ etiã ma
ria p quã gestũ ẽ mysteriũ incarnatõis chri
sti in morte dñi dubitaret: nõ tñ in dubitati
one pmaneret. hec ille. Quod ꝟbũ sane intelli
gendũ est ſm Alex. in rñsione vltimi argu
mẽti: q̃r in btã virgine dubitatio nõ ptransi
uit spũm sȝ aĩaȝ: hoc est sensualitatis naturã
Nam dubitatio q̃nq; nascit̃ a pfida infide
litate: sicut fuit in iudeis. Q̃nq; nascit̃ a stu
pẽda re nature: sicut fit in rebꝰ miraculosis.
Q̃nq; nascit̃ a naturali fragilitate: sic̃ fuit
in tpe isto in aplĩs. Q̃nq; nascit̃ a naturali
pietate: sicut fuit in isto tpe in btã virgine.
Nunq̃ enim rõnalẽ partẽ ipsiꝰ dubitatio in
fidelitatis tetigit: q̃r in fide nunq̃ dubita
uit: imo aplĩs nõ credẽtibꝰ in passione sola in
fide pmãsit. Intelligẽda est igit̃ h dubitatio

naturalis siue cōpassionis: nō hesitatio infi-
delitatis. vel potest dici ⁊ melius ꝙ fuit du
bitatio admirationis: que solet quādoqꝫ ha
bere ortū ex consideratione rei stupēde: quē
admodū ipsa beata virgo angelo nunciāte
Luc. j. dubitādo r̄ndit. Quō fiet istud ⁊c̄.
Ita ⁊ in isto casu intelligendū est. Moueba
tur eni beata virgo stupore admirationis:
cum videret filiuꝫ suū quē firmiter credidit
deuꝫ taliter patientē cuiusmodi considerati-
oneꝫ solet associare quedaꝫ dubitatio vt pos
sit cogitare: Est ne hic fili⁹ meus: quē sic pa-
ti video? Nōne ipse est rex regū ⁊ dn̄s dn̄an-
tium? vere si nescirē ipsuꝫ esse filiū dei ⁊ opa
tione spūs sancti in me incarnatuꝫ id neqꝙ
credere possem. ¶ Secūdo hoc idem pro-
bat auctoritate ipsius Hiere. Tre. z. Htē
virgini Marie amarissime dolēti dicētis.
Cui compabo te: cui assimilabo te filia Hie
rusalē? cui exequabor te ⁊ ꝯsolabor te ꝟgo fi
lia syon? magna est velud mare cōtrtio tua
quis medebitur tui? ¶ Tertio hoc idē pro-
batur exēplo naturali: quia quanto res ē ꝑci
osior si perditur: tanto magis ille dolet cui⁹
interest. Unde ad propositum magis dolet
mater filij pulchri: iuuenis: prudentis ⁊ sa-
pientis ꝙ de morte alterius has conditiones
nō habentis: magisqꝫ dolet de morte inimici
⁊ vnigeniti filij ꝙ si plures haberet: qr eius
doloreꝫ mitigare possent. Unde glo. super
illud Hiere. 6. Luctuꝫ vnigeniti fac tibi lu-
ctū amaruꝫ: sic inquit. Nihil dolentius vni-
geniti morte. Cuꝫ igitur beata virgo habu
erit filiuꝫ vnicū ⁊ vnigenituꝫ: iuuenē ⁊ pul-
cherrimū: super omnes natos hominū pru
dentem: oībus virtutibus plenū: ⁊ oīno sapi
entissimuꝫ: sequit dolorēꝫ eius maiorē fuis
se ⁊ plus ꝙ credi posset: fuit eni non solū na
turalis: sed vt ita loquar dolor supnaturał:
respectu ipsius filij dei de spū sancto cōcepti.
Et sic patet particula secūda hui⁹ prime par
tis principalis.

Particula tertia i qua declaratur vnde
dolor btē virginis habuit originem.

Tertia cōsideratio in hac parte dicit
beate virginis doloris originatio.
Unde. s. tant⁹ dolor hūit in ipa ori
ginē. Circa quā notandū ꝙ habuit originē
ab ignorātia aliquarū rerū quas de⁹ noluit
ita cito sibi reuelare: ꝙuis sciuerit plus ipsa
sola ꝙ omnes alij doc. prophete ⁊ apostoli
¶ Primuꝫ quod ignorauit fuit incarnatio
filij dei in ipsa: quia ꝙuis sciret ipsum sūptu
ruꝫ carnē de virgine: per noticiā illius ꝓhe
tie Esa. 7. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet fili
um ⁊c̄. tn̄ scḋm doc. maxime Ric. nesciebat ꝙ
prophetia loqueretur de se ipsa: imo ex pro-
funda hūilitate hoc nullatenus cogitabat: sꝫ
illi virgini que futura erat mater dei seruire
affectabat. ¶ Secūdū quod ignorauit fuit
filij perditio: quia qn̄ ipsuꝫ perdidit: vt pa-
tet ex supradictꝭ: ignorauit vbi esset: donec
anxie querēdo ipsuꝫ inuenit disputantē i tē-
plo. Luc. z. Si enim sciuisset vbi fuisset: nō
tanto studio quesiuisset: quod tn̄ mysteriuꝫ
multi angeli non ignorabant. ¶ Tertiū qḋ
beata virgo ignorauit fuit passionis filij sui
tēporalis determinatio ⁊ patiendi modifica
tio: quia ꝙuis ipsū sciret pro hūani generis
redēptione moriturū tamē nesciebat temp⁹
determinatū nec afflictōnis modū: nec mor
tis seu passionis locuꝫ. Et hoc fuit prouidē
tia diuina dispensatū: vt simul ⁊ semel om-
nia ad causandū intensiorē dolorem: cōcur-
rerent. Nam si tēpore annūciationis angeli
ce fuisset sibi annunciata filij sui passio acer-
bissima: forte non consensisset ita leuiter an-
gelo nuncianti: quia sicut voluit certificari
ab angelo de integritate sue virginitatis in
concipiendo ⁊ pariendo filium anteꝙ cōsen-
tiret: ita forte voluisset ⁊ certa fieri: ne fili⁹
suus ita turpiter moreret anteꝙ eundē con-
sensum preberet. Fuit eni certificata de mor
te filij sui implicite qn̄ dixit angelus: Salui
faciet populū suū ⁊c̄. que salus futura erat ꝑ
mortem eius. Nec mireris si ista ignorabat:
quia milia angeloruꝫ hoc idem ignorabant.
Unde dicebant angeli vt scribitur Esa. 63.
Quis est iste qui venit de edon tinctis vesti
b⁹ de Bosra? Iste formosus i stola sua gra-
diēs in multitudine fortitudinis sue ⁊c̄. Est
eni cōmunis sententia docto. ꝙ innumerabi
les angeli nescierūt mysteria passionis chri-
sti: nisi qn̄ ascendit in celū ⁊ viderunt glorie
sue triūphum: Quapropter nō est incōueni
ens si virgo etiā ad tēpus nesciuit ⁊ ignora-
uit. ꝙ si queratur: que opinio esset beate vir
ginis de filio suo. Dico ꝙ opinio sua erat ꝙ
deberet mori aliqua morte suauissima. i. mi
tiori modo ceteris hominibus. Sed vt docsn

est nesciebat moduz: tempus 7 locuz. Sz videns tot 7 tanta de fillio suo cõseruabat oĩa in corde suo conferẽs: ex quibus oriebatur 7 initium sumebat dolor in anima sua: Et sic patet tertia particula prime partis.

Particula. 4. in qua ponũtur cause ꝓpinque suspitionis btẽ virginis de morte filij.

Quarta consideratio in ista parte dicitur doloris beate virginis propinqua suspitio. Circa quaz sciendum ꝙ tres fuerunt cause dantes beate virgini suspitionem: ꝙ mors filij sui appropinquaret. ¶ Prima causa fuit iudeoruz iniqua ꝑsecutio: Nam vt vidit infamias 7 persecutiones quas iudei filio suo inferebãt: suspicari cepit ne gladius passionis appropinquaret: Audierat enĩ ꝙ voluerũt eum precipitare de supercilio montis: vt patet Luc. 4. Item voluerũt eum lapidare: ipse autez abscondit se 7 exiuit de templo: vt patet Jo. 8. Et multa alia de quibus habes Jo. 6. et successiue vsqz ad. c. 13. maxime quãdo suscitarat Laçarum. Jo. xi. in die veneris ante dominicã de passione: propter quod die dominico sequenti: que propterea nominata ẽ dominica de passione fuit factum primum consilium de morte Christi: quod consilium non est credenduz fuisse absconditũ matri sue. Sed quia nondũ eius hora venerat recessit de Bethania 7 iuit Effrem ciuitatẽ paruaz: 7 ibi fecit multa mirabilia: vt patet Math. 19. Sed anteꝗ̃ iret: pie credendum est ꝙ a matre sua vna cuz Maria magdalena cuius fratrez suscitauerat fuerit rogatus ne ab eis discederet: sed secuz manere vellet quaruz precibus nõ acquiescens: sed per verba generalia ipsas confortãs magnã suspitionẽ in mentibus earũ generauit. Recedens igitur nec vsqz ad diez sabbati palmarũ reuertens matrez suam cũ magno dolore 7 suspitione dimisit. Die autẽ sabbati ante palmas venit christus in Bethaniaz vbi erat mater sua: pre multitudine lachrymaruz ac infinitis doloribus multuz corpe fatigata: vt per suaz presentiaz amaritudinẽ matris refocillaret 7 dolorez aliqualiť mitigaret: In isto autẽ sero parauit cenam Jesu Maria magdalena 7 Martha in domo Symonis leprosi: vt patet Joan. 12. Math. 26. et Mar. 14. In qua cena fuit Symon leprosus 7 Laçarus resuscitatus. Et dicit Aug. ꝙ ipse narrauit multa de penis inferni 7 purgatorij: 7 de statu sanctorũ patruz in lymbo Cuz autẽ christus in hac cena esset Maria magdalena accepit librã vnguenti nardi spicati. i. de spicis 7 folijs confecti 7 vnxit pedes Jesu. 7 reple. est dom. ex odo. vnguenti. Jo. 12. Dixit ergo iudas auaricia duct⁹: q̃re hoc vnguentũ non venijt. 300. denarijs: et datuz est egenis? Dixit autez hoc non quia de egẽis pertinebat ad euz: sed quia fur erat 7 latro: et loculos habens: et ea que mittebãtur portabat. Et lz hoc idez alij discipuli dixerint: tamẽ iste vt dictũ est: auaricia dixit: illi autez egenoruz pietate dixerunt. Ratio autez quare christus iudaz in discipulorum collegio elegit cuz sciret ipsum esse furez 7 latronem est ꝓm Augusti. vt adiplerẽtur scripture de morte christi; que esse debebat redẽptio nostra. Preterea vt ostendereť ꝙ de⁹ quãtuz est de se vocat omnes ad salutẽ. Itẽ ad ostendendũ ꝙ in ecclesia militãti congregati sunt boni 7 mali: 7 ꝙ realiť dantur malis bona tẽporalia sicut iude: sed bonis reseruanť bõa celestia. Hui⁹ habeť figura Geñ. 9. de Abrahã qui dedit bona mobilia filijs concubinarũ: filio autẽ legitimo nihil tunc dedit: quia hereditatẽ reseruauit. Vidẽs igitur Jesus iude 7 alioruz murmurationẽ dixit. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonũ operata est in me: Sinite illam: vt in die sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscũ: me aũt non semper habebitis. quasi di. Si tu iuda 7 vos alij nõ vultis benefacere: nolite alios benefacientes impedire: quia scriptum est. Benefacientez ne ĩpedias. Huiusmodi aũt vnctio figurata est Nũe. 7. vbi habetur: ꝙ cum tabernaculũ esset impletũ: vnxit eum Moyses quod sine dubio figurabat christũ Itez Leui. 8. habetur. ꝙ Aaron anteꝗ̃ ad altare accederet vt deo offerret: erat iunct⁹ spatio dieruz. 7. Sic 7 christus debuit septima die anteꝗ̃ ascẽderet ad altare crucis perungi. Que omnia considerans beata virgo: 7 in corde suo conferens pre suspitione incipiebat dolere. Sequẽti ꝟo die. i. in dominica palmarum: vt patet Jo. 12. Math. 21.

Lu. 19. Mar. xi. Venit Jesus sedēs sup pul
lum asine ⁊ sūmo honore receptus est. Sed
omnes isti honores in ista die versi sunt sibi
in contumelias. Sed de hoc latius dicemus
als. Nunc enim impleta est prophetia hie
remi. 9. scripta. Ecce rex tuus venit tibi iu
stus ⁊ saluator. ⁊ ipse pauper: ⁊ sedens super
asinaz ⁊ pullum asine. Illo autē die cum se
ro factuz esset rediit ieiunus in Bethaniā
cum discipulis suis: neminez eniz inuenerat
in Hierusalez qui eum ad potuz aque frigi
de inuitaret. Quod considerans mat. Jesu ma
gis dolere cepit: Unde ⁊ filiū rogauit dicēs
Fac mestissime matri tue hanc gratiaz fili:
quam toto conatu deposco: vt amplius istis
diebus non reuertaris in Hierl'm. Cui cuz
reuerentia christus respondit. Patienciam
habeas i me mater mea. quia tēp⁹ est vt ad
impleantur scripture. Naz Esa. j. scriptum
est. Filios enutriui ⁊ exaltaui: ipsi autē spre
uerunt me. Et. 5. c. iteruz dicit. Quid debui
facere vinee mee ⁊ nō feci? Expectaui vt fa
ceret vuas: fecit autē spinas. Non igit mi
reris si vinea huius populi nō faciat fructū
bonuz: quia sunt a me separati qui suz vitis
vera. Quo audito beata vgo magis doluit
⁊ tenerrime flere cepit: sed vt cūq; a filio cō
fortata vna cum illo ad cenaz perrexit: h cre
do q̄ pre nimio dolore parum comedit.
¶ Die autem lune ƀm Math. vbi supra. ⁊
Mar. xi. ⁊ Lu. 20. Tempestiue surgit Je
sus ⁊ iterum iuit Hierusalez: ⁊ cum esset in
templo predicauit: ⁊ ƀm cronicas: i isto die
adduxerunt scribe ⁊ pharisei mulierē i adul
terio deprehensaz: ⁊ alia multa fecit. De se
ro autez iteruz venit ieiunus in Bethaniaz
et inuenta matre reuerenter eam salutauit.
Et mater respōdit. Quomodo potest mihi
dari salus cuz timeam te subito esse moritu
rum: Saltez ante mortez tuaz corporalis p̄
sentia tua mihi non deesset. Quomodo eni
fili mi possum non dolere: cuz videam q̄ tu
es panis viuus angeloruz: ⁊ q̄libet die sis sic
famelicus: nec sit aliquis qui tibi aut panem
aut aquam ministret. Cui christus: mater
dilecta confortare: quia ego in hoc mundo
sū medicus: ⁊ medicina humani generis: me
dicinam autez oportet esse morbo contrari
um. Et ideo ego qui sum quies fatigor: vt
detur lassis requies. Ego qui sum veritas de
falso accusor: vt deinceps viā veritatis ostē
dam: quibus verbis generalibus dolor ma
rie augebatur. ¶ Die autez martis de ma
ne etiam reuertitur Jesus Hierusalez ⁊ ve
niens ad templuz tota die predicauit: ⁊ cum
principibus sacerdotuz et phariseis multas
disputationes habuit. In hac proposuerūt
principes in qua potestate demonia eijceret
⁊ campsores de templo expelleret: herodia
ni ƥo de tributo cesaris Math. 22. Phari
sei autez de maiore legis mandato ibidem.
Et de multis alijs que longuz esset enarra
re. Quib⁹ omnibus christus imposuit silen
tium sapienter respondendo. In hac etiam
die christ⁹ multas parabolas proposuit. s.
de filio prodigo. Luc. 15. Et de laboranti
bus qui occiderunt filium patrisfamilias.
Math. 21. Unde in fine omnium dixit: q̄
ab eis occidendus esset: Quapropter volue
runt eum tenere: sed abscondit se ab eis: q̇a
nonduz venerat hora eius. Cuz autem iret
in montez oliueti cum discipulis suis: predi
xit eis vniuersale iudiciuz mundi: vt patet
Math. 25. Et in fine verborum dixit eis.
Scitis quia post biduum pascha fiet: ⁊ fili⁹
hominis tradetur vt crucifigatur. Et lz hoc
multotiens dixerit eis: nunq̄ tamē ita deter
minate sicut nunc. Nam hoc verbum dixit
die martis de sero: quia agn⁹ paschalis die
Jouis sequenti debebat manducari. quādo
s. initium erat magne solēnitatis que erat in
parasceue. i. in feria sexta: sed quia christus
propter multas occupationes vltra solitum
tardauerat venire ad hospitiuz: Quapropt̄
cōsidera anima deuota in qua anxietate de
bebat esse mater sua quando preteribat ho
ra sua consueta aduentus sui. Puto eniz q̄
tunc credidit filium suum esse captuz. Unde
ad mariaz magdalenam cuz multis lachry
mis recurrens inuitauit eam vt secuz vellet
ire versus Hierusalez lachrymando ⁊ suspi
rando: mater Jesu tacite plorando dicebat.
Fili mi: cur me ita cito dereliquisti? Ma
ria vero magdalena clamando vociferabat
O magister mi: cur tam cito te perdidi.
Quas a longe audiens Jesus: Etiam ip
se ingemuit: Quapropter credo vt aliquos
ex discipulis suis: Ut puta: Petrum: et

Joannem ante ipsum ad matrez suaz mise-
rit ad eiusaduentuz annunciandũ: Quib⁹
visis considero ꝙ beata mater magis inge-
muit: nec illis pre dolore loqui valens: dolor
in ipsa incrementuz accepit. O beata virgo
dolorosa quid facies in monte caluarie: qñ
videbis filiũ tuũ in cruce suspensuz: vulnera
tum: cruentatũ ⁊ mortuũ: si nũc pro modi-
co vel nihilo ita doles: ita igemiscis: ita plo-
ras? Sed hec sunt initia dolorũ. Interea ve-
nit Jesus vtiqꝫ pre cõpassione matris inge-
miscens ⁊ plorans. Quo appropiquato ma-
tri cecidit ad pedes Jesu mater eius lachry-
mando: suspirãdo: nec aliquid pre dolore di
cendo: ⁊ p̄sentia et verbis Jesu aliqualit̃ re
creata surgendo: Bethaniã ambo preꝑerũt
ambo ingemiscentes: ⁊ pauca pre nimio do-
lore dicentes. Plorabant tũc apostoli oẽs:
quos Jesus reprehendebat: sed nec ipse cum
eis continere valebat: plorabat Maria ma
gdalena ⁊ vociferando clamabat. Tandez
post multas lachrymas prepata est cena: in
qua fuit maior cibatio lachrymaruz q̃ alia
rum reruz. Non enim pre dolore comedere
poterant. Audiens autez Maria ab apo-
stolis: ꝙ filium suuz voluerũt lapidare iu-
dei magis ac magis timuit doluitq3 valde.
Hec eniz fuit prima causa suspitiõis. ¶ Se
cunda ṽo fuit predicationis cessatio. Nam
die mercurij sequenti in mane non iuit Je-
sus more solito ad predicanduz. Quo facto
creuit suspitio virginis. Ratio autem qua-
re illo die non iuit ad predicandum fuit ꝫm
docto. vt daret locum proditionis iude tra-
ditori. Nam illo die principes sacerdotũ et
seniores populi in disputationibus nõ occu-
pati in atrium principis sacerdotũ: qui vo-
cabatur Cayphas consiliuz fecerunt vt Je
suz dolo caperent ⁊ occiderent. Dicebãt au-
tem. Non in die festo: ne forte tumultus fie
ret in populo: vt patet Math. 26. Due enĩ
fuerunt cause mortis christi. Prima fuit in
uidia iudeorum: quia vt patet hic: ⁊ etiam
Joan. xi. dicebant. Quid facimus: quia hic
homo multa signa facit? Si dimittimus eũ
sic omnes credent in eum. Secũda causa fuit
auaricia iude: quia isto die accessit ad consi-
lium di. Quid vultis mihi dare ⁊ ego eũ vo
bis tradam? Nõ autez hoc die fuerit appro-
bat ecclesia que in ipsa die legit prophetiam

Esa. 62. vbi dicitur. Ecce merces eius cum
eo ⁊c̃. Unde solent pleriqꝫ deuoti in isto die
ieiunare et a carnibus abstinere in cõmemo
rationez huius venditionis. Et quia vnguẽ
tuz expensum in persona christi extimatum
fuerat a iuda. 300. denarijs: vt decimaz par
tem lucri more suo habere posset. 30. argen-
teos pro proditiõe sua quesiuit. Unde vt ibi
dem dicitur. Constituerunt ei. 30. argente-
os. Unde quidaz deuotus doctor inquit. O
iuda cur non vendidisti matrẽ cum filio: vt
quorum erat inseparabilis et indissolubilis
amor et charitas: ꝯformis fieret passio vtri
usqꝫ. Que verba confirmat Augusti. dicẽs
O iuda inique mercator: o iuda auare pessi
me: potuisti petere a matre eius. 30. argen-
teos: ⁊ ipsa hostiatim eundo ipsaz pecuniã
inuenisset anteq̃ sic turpiter ipsuz filiuz suũ
vendidisses. Hec ille. Hec igitur fuit secun-
da causa suspitionis: predicationis cessatio:
consilij congregatio: ⁊ proditoris recessio:
q̃ nõ erãt ignote ipsi beate virgini. ¶ Ter-
tia causa suspitionis fuit Marie magdale-
ne et aliorũ apostolorũ afflictio: quia bea
ta virgo vidẽs magdalenaz magis solito af
flictam: suspicata est ne aliquid sciret de fi-
lio suo: vidensqꝫ apostolos magis solito af-
flictos suspicata est ne aliquid scirent d̃ mor
te sui filij. Tribus enim vicibus reuelarat
christus discipulis suis mysteriuz passionis
sue: sicut patet Math. 20. vbi dicit̃: ꝙ ascẽ-
dens Jesus Hierosolymã assumpsit. 12. dis
cipulos suos secreto ⁊ ait. Ecce ascendimus
Hierosolymaz ⁊ filius hominis tradet̃ p̄n.
sacer. et scri. ⁊ condẽ. eum mor. ⁊ tra. euz gẽ.
ad illuden. et flagellan. et crucifigen. ⁊ ter-
tia die resurget. Similem reuelationem fe-
cit. Math. 13. et Luc. 17. sed precepit eis ne
cuiq̃ dicerent. Quia ṽo non dixerat eis tem
pus: credentes forte hoc negocium in longũ
transire non multuz affligebantur. Isto au
tem die mercurij: quia sero precedenti audi-
erant ab eo vt dictum est supra: quia post bi
duuz pascha fiet: et filius hominis tradetur
vt crucifigatur. Math. 26. magis solito af
fligebantur. Unde nec credere poterant nec
insimul stare: et colloqui volebant: nec i con
spectu matris nec christi propter multitudi-
nem lachrymaruz compere volebant. Que
omnia videns beata virgo vehementer su-

ſpicabatur mortem filij ſui appropinquare
Unde ⁊ dicebat. Heu me: gladius paſſionis
appropinquat: Heu me miſera mater ꝙ cito
tempus illud aduenit: Heu me infelix ꝙ cito
perdam filiū meū. Ibat enim ad magda-
lenam ⁊ plorans dicebat. O ſoror mea: ſcis
ne aliquid de filio meo dic mihi. Que vtiqꝫ
plorando reſpondebat. Non poſſū tibi ali-
quid dicere mater mea magiſtra mea ⁊c̄. ni
ſi ꝙ res male ſe habet: ⁊ nihil boni intereſt.
Similiter adibat apoſtolos dicens. O filio
li mei dulciſſimi quid habetis? quid ploratis?
quid lugetis? quid fletis? Itidē quod mag
dalena reſpondebāt, ⁊ propter preceptū do
mini aliquid dicere nō audebant: ſed ſingul-
tibus ⁊ lachrymis aperte negociū ſignifica
bant: quo fiebat vt dolor virginis vehemē-
tiſſime augeretur. Et ſic patet quarta parti
cula huius prime partis.

Particula. 5. in qua ponitur reuelatō paſ
ſionis chriſti facta beate virgini: ꝑ ipm filiū

Quinta huius partis cōſideratio di-
citur annūciatio: quia predictis ex-
pletis nō valens beata virgo aliqͥd
certitudinaliter a maria magdalena: vel ab
apoſtolis de morte filij ſui aliqua via ſcire:
tunc humiliter ⁊ lachrymoſe abijt ad filium
ſuū amplexando eū: ita vt etiam Jeſus ſe
continere non valeret: et genuflectens beata
mater rogabat eum di. Fili mi dulciſſime ꝑ
illū timorē ⁊ laborē quē ſuſtinui in fugiē
do ⁊ portando te in egyptū: per illū imēſū
amorē filialem quem erga me te habere co-
gnoſco dic mihi: quid eſt futurū de te. Tu
enī es filius dei: tu nihil ignoras: tu omnia
noſti: nulla te latet cognitio: quid de te face-
re decreuerunt iudei. Tunc filius eius dul-
ciſſimus precibus matris motus: per totam
iſtā noctē ſecreto loco cū ipſa matre ſe re
ſtringens peculiariter ⁊ vltra ſolitū collo-
quens tria ſibi ſecreta reuelauit. ¶ Primū
ſecretū fuit ꝙ die ſequenti capiendus erat
⁊ moriturus. Unde conſiderare poſſumus
ꝙ dulciſſime matri ſue ſic diceret. Benedi
cta virgo mater dulciſſima: qͣ mane ſeqͣnti
a te ſum receſſurus: ⁊ iturus velut agnus ad
mortē: accipe quam vis cōſolationē ꝺ car
ne puriſſima quā mihi donaſti. Jam am-
plius tecū cum hac carne mortali familia-
riter manere non potero. Tēpus enī pro-
pe eſt vt quicquid ꝓphete dixerūt de me ꝑ
iudeorū nequiciam adimpleatur. Ad que
verba velut exanimis ⁊ mortua: virgo vir-
ginū iam effecta per magnū ſpatium loqui
non potuit: ſed a locutione filij blandiſſima
viribus vt cunqꝫ reſumptis clarius hoc ne-
gocium intelligere voluit. ¶ Secundum
igitur ſecretū ei reuelatum fuit qua morte
eſſet moriturus: quia debebat tradi: capi: li-
gari: conſpui: flagellari: ⁊ tandē hora ſexta
crucifigi in monte caluario: ⁊ ibdē ipſa vi-
dente mori ⁊ occidi. O mater dei doloroſa
ꝙ amara nūciatio fuit iſta. Sufficiebat .n.
tibi cōdolere ⁊ poſt dolere: ⁊ nō ante dolere
Pertranſiuit enim gladius paſſiōis filij tui
prius animā tuam ꝙ carnē ſuam. Conſi-
dera anima deuota ſi potes: quantus in illa
nunciatione dolor: in illa virginali anima ē
ortus. Credo enim ꝙ tunc clamoroſas vo-
ces continere non valuerit: ita vt apoſtolos
⁊ magdalenā etiam ad lachrymas ⁊ voces
excitaret: Tunc tota ila domus plena erat
vocibus doloratiōnis et lachrymis plus ꝙ
credi poteſt. ¶ Tertiū ſecretū ei reuelatū
ad mitigandū virginalē dolorē fuit ipiꝰ
glorioſa reſurrectio. Credo enī tūc filium
dixiſſe matri: Noli timere mater: quia ter-
tia die glorioſus reſurgā non ampliꝰ mori
turus. Et tu igitur benedicta mater confor-
tare: quia cito videbo te ⁊ gaudebit cor tuū
Et ſic patet quinta particula prime partis.

Particula. 6. in qua ponitur quedā do-
loroſa diſceptatio inter matrē ⁊ filiū.

Sexta conſideratio dicitur doloris
virginis fugatio. Circa quā ſcien
dum ꝙ predictis beata virgo intel-
lectis ⁊ auditis tres diſceptationes fecit cū
filio ſuo: tres petitiones eum poſtulādo ad
effugandū iſtū dolorē. ¶ Prima diſce-
ptatio fuit ꝙ non deberet mori petens: vt
non moreretur. Unde conſidera ipſā loqͣn-
tem ad filiū et dicentē. Fili mi dulciſſime
lꝫ per optē tota ratione humani generis re-
demptionē: tamē hoc ſupportare nō valeo
vt te iudei hac de cauſa purū ⁊ innocentē
occidāt: nec hoc fieri debet: quod multis ra-
tionibus oſtendere conabor. ¶ Primo ra-
tione iuſticie. Nam ipſa iuſticia ſic diffiuit.
Juſticia eſt rectitudo voluntatis reddens
vnicuiqꝫ quod ſuū eſt. i. ſcḋm ꝙ vnuſquiſqꝫ

meruit. Si igitur reddit vnicuiqꝫ quod me
ruit: tunc solū iniustis dabit suppliciuz: iu
stis ꝟo ⁊ innocentibus dabit premiuz: ⁊ per
consequēs tibi iustissimo necdū debere mor
tis suppliciuz: sed ⁊ gaudiuz sempiternum.
Naz ⁊ scriptura sacra hoc affirmat. Scri
ptuz est enim Exo. 23. Iustuz ⁊ innocentez
non occidas. Et Daniel. 13. Innocentem ⁊
iustū non interficias. Et Ezechiel. 18. Aīa
que peccauerit ipsa morietꝛ: Sed tu fili mi
innocentissim⁹ es nec vnq̄ peccasti: ergo tu
nō debes mori. ¶ Secūdo hoc idem probo
ratione misericordie. Naz misericordia est
miseris dans corda. i. cordialiter se exponēs
vt subueniat existentibus in miseria: ⁊ maxi
me iustis ⁊ inocētibus: sed maxima miseria
homini īpossibilis in hac vita est mors iniu
ste ⁊ iniq̄ illata: ergo ⁊ tibi fili mi succurret:
quia innocens es ⁊ sine culpa. Non solū igi
tur nō te iudicabit ad mortez. imo si ali⁹ te
iudicaret totaz ad te liberandū se exponeret
¶ Tertio hoc idez probo ratione obedien
tie. Naz circa illicita non debet esse obedien
tia: sed te mori est illicitū: cuz idē propheta
dicat. Filius nō portabit iniquitatez patris
⁊ multo minus sui hostis: ⁊ genus hūanuz
est tibi publicū inimicuz: quia voluit surri
pere dignitatez ⁊ sapientiam tuā: igitꝛ nulla
obedientia pro eo mori debes. ¶ Quarto
hoc idem probo ratione nature assūpte. nā
natura que est vite cōiuncta vinculo indisso
lubili non debet mortē sustinere: sed natura
hūana in te cōiūcta est vite. s. tibi qui vt Io.
14. scribitur. Es via veritas ⁊ vita. Et etiā
vinculo indissolubili: quia quod semel assū
psisti nunq̄ dimittes: igitur natura tua non
debet mortē sustinere. ¶ Quinto hoc idem
probo rōne nature disposite. Iniustū ē ⁊ ini
quum intꝛ sponsuz ⁊ sponsaz: vera mr̄imoni
ali copula coniūctos castissime viuentes si
ne aliqua culpa diuortiū celebrari: quod nō
debet fieri nisi ꝓpter adulteriū: frigiditatez
aut aliquod maleficiū sicut habetꝛ 32. q. 2. c.
de hūdicto. 7. q. 6. c. nihil. ⁊ de frigi. ⁊ male.
c. fina. Sed intꝛ corpus tuū purissimū se hūs
per modū sponsi: ⁊ aīaz tuaz per modū spon
se vera spūalis copula mr̄monij ⁊ indissolu
bili vinculo cuz diuinitate cōiunctos nūq̄
fuit aliquod iurgiuz: aliqua cōtrarietas: ali
qua rebellio: siue aliqua culpa: imo semper
equissima fidelitas ⁊ dilectio sine fine: ergo ini
quū ⁊ iniustum est vt tu moriaris: cū ꝑ tuaz
mortez fieret eorum ab inuicez separatio.
¶ Sexto hoc idem probo rōne sapiētie: qm̄
opifex qui per duas vias potest ꝑuenire ad
cōplementum sui operis: quarū vna est ho
nesta ⁊ virtuosa: altera abhominabilis ⁊ de
formis: debet deformez relinquere ⁊ hone
stam sequi: sed tibi tanto opifici possibile est
per viaz honestam saluare genus hūanuz:
idcirco sequitꝛ q̄ ad id opus excellentissimū
per aliaz viam q̄ꝫ per mortez tuaz debeas ra
tionabiliter peruenire. ¶ Septimo ⁊ vltio
hoc idem probo ratione inimicitie. Naz qui
habet rectaz intentionē: nō debet adimplere
intentionem prauā alicui⁹: ⁊ maxime inimi
ci sui: sed tu habes fili mi intentionez iustaz
⁊ rectissimā: quia teste propheta. Sanctus
es in oībus operib⁹ tuis: ⁊ inimicus est dia
bolus qui praua intentione procurat mortē
tuā: et per consequēs nō debes mori. ⁊ hec ē
prima petitio virginis. ¶ Secūda petitio ⁊
disceptio fuit: q̄ si nullatenus poterat euade
re mortez: saltē eligeret sibi aliquod genus
mortis honestū ⁊ suaue. Non enim decet fi
li mi inquit mater: vt sanctissima caro tua
crudeliter a canibus iudeis laceretur: ⁊ san
guis tuus preciosissimus velut humus effū
datur. Timeo enim fili mi ne sentiens gladi
um passionū tuaruz pertranseat animā meā
¶ Tertia petitio ⁊ disceptio virginis fuit:
q̄ si nec hoc facere vellet: saltez hanc tertiā
gratiā sibi cōcederet: vt. s. prius ipsa q̄ fili⁹
suus moreretur: ne crudelissimam mortem
filij videre pateretur: vel sic stupefactam et
insensatam faceret: vt aliquem dolorem de
morte ipsius nullatenus sentiret. Scriptuz
est eniz: inquit mater ad filium. Honora pa
trem tuū ⁊ matrem tuaz. Absit ergo a te fi
li mi: vt circa matrez tuam que te sine patre
genuit: suis vberibus lactauit: ⁊ in multꝭ an
gustijs nutriuit: tantaz exerceas crudelita
tem vt non exaudias vocem eius: Hec ⁊ his
similia dicebat mater ad filium vt dolorem
effugaret ⁊ gladiū passionis euaderet: Sē
sualitas autem hic loquebatur: nō beate vir
ginis ratio: vt ex superioribus dictis in pri
ma particula claret. Et sic patet sexta parti
cula huius prime partis.
Particula septiā ⁊ vltia ī q̄ christ⁹ respō

det predictis petitionibus matris quibꝰ fit vt ipsius virginis dolor augeatur.

Septima ⁊ vltima particula seu consideratio dicit̃ doloris beate virginis augmentatio: quia respondēdo filius matri ⁊ predictas petitiones rōnabiliter negādo magis ac magis creuit dolor ipsiꝰ. ¶ Primo eniz ad primaz petitionez: humilis ⁊ semper obediens filius respōdit matri. Quāuis possibile sit mater mea dulcissima: per aliuz modū repare genus humanuz ꝙ̃ per mortez meaz: nihilominus necesse ē vt ego moriar ex ordinatione patris mei: apud quez nō est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Rōnes quare debeaz mori sūt multe: quas propter tēporis breuitatē omitto: quia iam hora est vt in Hierusalez vadā cum discipulis meis: et consūmentur oīa q̃ scripta sunt de me. De necessitate autez passionis christi tractabitur in sermonario de tribus peccatis: dn̄o ꝯcedente: propt̃ quod hic causa breuitatis omitto. ¶ Ad rōnes quas assignasti īqt̃ filiꝰ ad matrē sic rn̄deo. Ad primas .n. duas de mīa ⁊ iusticia dico ꝙ lꝫ mīa ⁊ iusticia n̄ ꝑmittant me inocentez absolute mori pro delictis meis: tn̄ permittūt pro delictis alioruz: quia ⁊ si nō debeatur innocēti pena ipso inuito: tn̄ sibi ipsi potest si se offert volūtarie pro satisfactiōe aliēa. ¶ Ad tertiam vero de obedientia dico: ꝙ nequaꝙ̃ illicita putari debet: quia maxima charitas est mori pro inimico quā ostendere teneor ex sūma ꝑfectiōe mea. ¶ Ad quartam vero de separatione vite dico mater mea: ꝙ propter mortez id quod semel assumpsi nunꝙ̃ dimittam: quia semꝑ caro ⁊ aīa mea coniūcta erit diuinitati. Idcirco leo papa dicit. Tāta est vnio dei et hominis: vt nec supplicio possit detineri nec morte distingui. ¶ Ad quintā autez de diuortio ꝙ sine culpa nō debeat fieri dico: ꝙ ⁊ si nō sit hec culpa mea: ē tamen peccatuz primoruz parentuz: pro quibꝰ hāc penaz volūtarie dispono suscipere. ¶ Ad sextaz vero de horribilitate pene dico: ꝙ lꝫ sit horribilis ⁊ deformis: est tamē magis vtilis ⁊ fructuosa: quod ego principalit̃ intendo. ¶ Ad septimā ⁊ vltimaz de volūtate diaboli dico: ꝙ non facio volūtatem eius: imo totū oppositū quia per mortē meaz destruo mortez eternaz: quā antiquus hostis conatus est cōtra hūanū genus inducere: ꝓpter que oīa de volūtate facio necessitatē: ⁊ ꝓpt̃ hūani generis salutē dispono ad mortē libēt̃ ire. Quibꝰ auditis magis dolorata ē mr̄: nec sciēbat qd̄ ampliꝰ rn̄deret: nisi vt ad secūdam petitionē saltē gratā rn̄sionem dare vellet.

¶ 2º igit̃ ad scd̄az petitionē ipiꝰ virginis īqt̃ filiꝰ ad mr̄ez. Nō recordaris mr̄ dulcissima legisse ꝓphetias q̄ de me loquūt̃: ipsas .n. necesse ē ipleri: ita vt nō trāseat iota vnū: aut vnꝰ apex. Nō solū .n. ꝓphārūt ꝙ ego debeā mori ipi ꝓphe: sed etiā modum passionis ⁊ mortis ꝓdixerūt. Nūqd legisti mr̄ ꝓphetiā Esaie. 53. scriptā. s. Nō ē spēs ei neqꝫ decor: ⁊ vidimꝰ eū ⁊ non erat aspcūs: ⁊ desiderauimus eū despectuz ⁊ nouissimū viroꝝ: virū doloꝝ ⁊ scientē infirmitatē ⁊ q̄si abscōditꝰ vultꝰ eiꝰ ⁊ despectꝰ: vnde nec reputauimus eū: Uere languores nr̄os ipse tulit ⁊ dolores nr̄os ipse portauit: ⁊ nos putauimꝰ eū q̄si leprosuz ꝑcussuz a deo ⁊ hūiliatū. Ipse autem vulneratus ē ꝓpter iniqtates nr̄as: attritꝰ ē ꝓpt̃ scelera nr̄a ⁊c̃. ibi. Nūqd etiā legisti mr̄ ꝓphetiaz Dauid ps. 21. scriptaz. Qm̄ circūdederūt me canes multi: cōciliū malignātiū obsedit me. Foderūt manus meas: ⁊ pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea ⁊c̃. Ista eni verba mr̄ mea dcā sūt de me: ⁊ ipleri hn̄t in me. Quibꝰ verbis auditis angustata mr̄ dolebat plus ꝙ̃ dici pōt: Dicebatqꝫ ad filiū. Multotiēs legi dictas ꝓphetias: s; vtrum de te loq̄rent̃ nō perpendebā: nūc aūt nouit̃ audiendo magis angustor. Cui filius: Ne scis mater ꝙ sic oēs hoīes ab Adam vsqꝫ ad vltimū hoīez ꝓter me ꝑ naturā ⁊ te ꝑ gratiā peccauerunt. Ita ego qui carnez meaz traxi originaliter ab Adaz: ⁊ veni oēs homines saluos facere: debeo in oibꝰ meis mēbris flagellari. Cui mater dolorata inquit: Ergo fili mi tertiā gratiā saltē mihi concede.

¶ 3º igit̃ ad tertiā petitionez rn̄dens ait filius ad matrē: Hec tertiaz gratiā quā petisti: concedere debeo: quia tunc debituz ⁊ filialē honorem erga matrem non seruarez: Oporteret enim animā tuam in lymbo collocari: ibiqꝫ expectare vsqꝫ ad ascensionez meaz: quia paradisi ianua est clausa: nec aperiri pōt nisi ꝑ meā mortē prius satisfactio fiat: qd̄ absit: q2 sicut aīa tua ē imunis ab omni culpa: ita dꝫ eē a pena: qd̄ eē nō posset si an̄ me morereris.

Nec insuper mater mea congruuz est ꝙ tu mater tante dilectionis nõ cõpatiaris mihi filio tuo. Omnes enim discipuli me derelinquẽt: tu sola remanebis: et si tu mihi ñ cõpatereris quis doloribꝰ meis cõpateret? Quibus verbis dolorosa mater nimis commota dolorosis fletibus singultibus atq; suspirijs annuit humiliter dicendo. Fiat fili mi voluntas patris tui in te. Da mihi ante recessũ tuuz benedictionez tuam ⁊ genu flectens añ filium: ⁊ filiꝰ ante matrez: magdalena ⁊ apostolis circũcirca plorantibus: christus cuz filiali humilitate dedit benedictionez suaz dilectissime matri sue in ipsa incipiendo signũ crucis. Tunc beata virgo lachrymosa leuãdo oculos ad celuz dixit. Unde veniet auxiliuz mihi? sed fiat mihi misericordia tua sup verbũ tuz: quia sicut tu es verus dei filius: ⁊ ego sum vera meter tua purissima: ⁊ sicut habes patrez in celis sine matre: ⁊ natus es ex me matre ĩ terris sine patre. ita benedicat mihi anima tua. Cui christus pre teneritudine non valens se continere dixit. Mater mea tu es tota benedicta: quia a patre benedicta es in celis: ab angelo benedicta es ĩ terris: ⁊ nũc denuo te mater mea benedico: vale igitur mater mea: angeli defendant te: spiritus sanctus ⁊ pater meus confortent te: et sic dolorem ⁊ afflictionez tolerabis. Et voluens se Jesus ad magdalenam dixit: cõmendo tibi matrez meam filia mea: associa eam nec derelinquas: tene eam nec post me venire permittas: afflictioni sue mei ⁊ sui amore subuenias. Tunc dolorata magdalena clamare ⁊ lachrymas mittere cepit dicens. O magister bone quid faeiet sine magistro discipula? quis me docebit ampliꝰ? quis me cõfortabit: quis me in via dei sustinebit? Cui christꝰ: Noli timere filia: quia tertia die resurgam: ⁊ post matrez meam tibi primo apparebo: et iteruz videbis me et gaudebit cor tuum: Quibus dictis benedixit magdalene: Laçaro: ⁊ Marthe ⁊ omnibus existentibꝰ Et iteruz genuflectẽs se ante virginẽ vtriq; matris benedictionem petijt: que amplexando collum eius: osculata est faciez: genas: os caput: et omnia mẽbra: lachrymas indesinenter effundendo: suuz et filij dolorem augendo. Quo tandẽ benedicto et vsq; ad portaz domus sociato ipso recedente cum apostolis suis sola cum magdalena plena doloribus filio orbata remansit: O dura separatio: o amara discessio: o crudelis derelictio: Quis hec sine mentis amaritudine cogitare preualet. Sed hec dicta sufficiãt quo ad primaz partem principalem huius sermonis.

¶ Pars secũda pricipalis huius sermonis: in qua consideratur Jesus cum apostolis: diuersa faciens: dicens: ⁊ docens.

Secundo igitur in isto sermone cum apostolo Paulo aspicientes Jesuz cum apostolis suis in isto sacratissimo die passionis ꝯsiderare debemus de ipo christo septem mysteria cuz apostolis. Primo ipsum aspicientes apostolos mittentem. Secundo ipsum aspicientes cum apostolis cenantem. Tertio ipsum aspiciẽtes apostolorum pedes lauantem. Quarto ipsuz aspicientes apostolos cõmunicantem. Quinto ipsum aspicientes cum apostolis dulciter loquentem. Sexto ipsum aspicientes apostolos confortantem. Septimo ipsum aspicientes apostolum osculo prodentem.

¶ Particula prima huius secunde partis: in qua ponitur a christo apostolozuz ad preparationem missio.

Prima igitur in ista parte consideratio dicitur Jesu apostolozuz missio. Circa quam tria notare debemus. Primuz dicitur Jesu cum apostolis recessio: quia accepta benedictione filius a matre recessit cum apostolis suis a Bethania ⁊ iuit versus Hierusalem. Erat eniz figuratum de christo. Exo. iz. Ut agnus. 14. die mensis ĩmolaretur: et ipse iam dixerat. Mat. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. Ideo tanq̃ agnus mansuetus nõ sine fletu ⁊ lachrymis recedens a matre ibat ad victimam. Considera igitur anima deuota virginem in Bethania remanentez: Jesuz cum apostolis tanq̃ gallina cum pullis suis recedentem: et per illos montes in quibus fui lachrymose perambulantem. ¶ Secundum quod hic notandum est dicitur cene ꝑparatio. Nam veniens Jesus in mõtẽ oliueti: q̇ interest vt expresse vidi: inẽ Hierusalez et Bethaniaz: ibiq; sedẽs cũ discipulis suis vocauit ad se secretarios suos. s. Petrum ⁊ Joãnẽ aitq; illis ꝫ Luc. zz. Euntes parate nobis pascha vt mãducemus. ¶ Circa q̃

verba sciendū ē ꝙ pascha aliqñ dicūt dies
septē sequētes i qb⁹ comedebāt açima vt ibi
Nō introierūt ꝑtoriū ne ꝯtaminarēt ꝛ mū
di māducarēt pascha. Aliqñ dicebatur pa-
scha vespera q̄ agn⁹ imolabat: vt ibi: Scitis
qꝛ post biduū pascha fiet. Aliqñ ꝟo pascha
dicebat ipse agn⁹: vt hic in isto loco. At il-
li dixerūt vbi vis parem⁹. s. agnū te figuran
tē? Et dixit ad eos. Ecce itroeūtib⁹ vobis i
ciuitatē occurret vobis hō amphorā aq̄ por
tās: sequimini eū in domū i quā intrat ꝛ di
cetis prīfamilias dom⁹. Dicit magister vbi
ē diuersoriū: vbi pascha cū discipulis meis
māducē? Et ipse oñdet vobis cenaculū ma-
gnū stratū ꝛ ibi pate. Extimāt eni doc. qui
dā ꝙ hoc cenaculū fuerit cuiusdā xp̄i disci-
puli secreti. Venerūt igit Petr⁹ ꝛ Joānes
iussu dñi ad quēdā amicū in mōtē syon: vbi
erat cenaculū grande stratū ad parādū pa-
scha. vñ text⁹ euāgelic⁹ sequit di. Eūtes aūt
iuenerūt sicut dixit illis iesus ꝛ pauerūt pa-
scha. ¶ 3ᵐ qͦ hic notādū ē dr̄ dñi pñtatio:
qꝛ dñs iesus cū alijs discipulis die iouis ad
uespascēte iā die ciuitatē itrauit. vñ Mar.
.14. Vespe aūt fcō venit cū .12. Et Math.
.6. Primū q̄rite regnū dei. Et orōne facta
venit ad domū vbi cenatur⁹ erat cū discipul
suis. Et sic pꝫ ꝑma ꝑticula hui⁹ secūde ptis

¶ Particula 2ᵃ hui⁹ secunde partis in q̄ po
nitur mitis iesu cū discipulis suis cenatio.

Secūda i ista pte cōsideratio dicitur
Jesu cū discipul cenatio. Circa quā
tria siliter notāda sūt. ¶ Primū dr̄
mēse ꝛ cene ꝑparatio. Nā cōgregatis disci-
pulis i quēdā solario supiori: ꝛ vsqꝫ i hodier
nū diē apparet: vbi nūc ē eccl̄ia nr̄a montis
syon: sm ꝙ habet i legēda bti Marcialis:
qui sm Bona. existēs discipulus in ꝑdicta
cena seruiuit: fuit i terra mēsa disposita sup
vnā tabulā marmoreā de diuersis colorib⁹
que est adhuc rome in sancta scōꝝ: in cuius
quolibet quadro vl latere tres poterāt sta-
re psone: qꝛ sm Bona. q̇ attestat se eā vidis
se i q̄libet q̄dro ē lōgitudis duoꝝ brachioꝝ
¶ 2ᵐ qͦ hic notandū ē dr̄ discipuloꝝ cum
iesu māducatio: qꝛ cū oia essent in cenaculo
parata: dilectissim⁹ ioānes ꝑdict⁹ q̇ sollicite
ibat ꝛ redibat ad videndū ꝛ iuuandū i pre-
paratiōe ꝑfata venit ad dñm Jesū di. Dñe
potestis cenare qñ vultis: qꝛ oia sunt para-
ta. Jntrant ergo cenaculū oēs: lauāt manus ꝛ
circūstātes bñdicunt mensaꝫ ioāne sedente
iuxta dñm Jesum: tunc eis defert agn⁹ pa-
schalis. ¶ Sꝫ attēde ꝙ hic potes dupliciť
meditari. Vnomō vt sedeāt tres discipuli i
vna quadro mēse ꝛ dñs humiliter i aliquo
angulo: ita ꝙ oēs i vno catino comedere po
terant. Alio modo vt stēt erecti cū baculis
i manib⁹ comedētes agnū cū lactucis agre-
stib⁹ ꝛ alia obseruātes q̄ in lege mādabant.
Exo. 12. Delato igit agno paschali asso: ac-
cepit eū ver⁹ ꝛ imaculat⁹ agn⁹ dñs iesus qui
erat in medio coꝝ tāq̄ qui ministrat: scidit
euꝫ in frusta: discipulis alacriter porrigit:
ꝛ ad comedēdū ꝯfortat: ipsi ꝟo comedebāt
sed alacritatē nō capiebant: semꝑ pauidine
nouitas ꝯ ipsū dñm fieret. ¶ 3ᵐ qͦ hic no
tādū ē dicit amoris excessio: qꝛ in ista cena
fuerunt excessiua amoris insignia: qͦ maxi
me ostēdit in verbis iesu in cena dict. Naꝫ
sm Luc. vbi. s. Cenantib⁹ illis dixit: Desi
derio desideraui hoc pascha māducare vobiſ
cū anteq̄ patiar: dico eni vobis ꝙ ex h̄ non
manducabo illud donec ipleat in regno dei
Hec ibi. Aspice igit aīa mea bene ꝛ morose
cūcta que dicunt ꝛ fiunt: quā viscerosa sūt
valde nec breuiāda sicut cetera facta dñi ie-
su sed dilatanda. O q̄tiens aīa deuota i illo
sancto cenaculo dū ꝑsens existereꝫ: ꝛ de ista
sanctissima cena mēoriā haberē teneꝝ factū
est cor meū: effuderūt lachrymas oculi mei
cū iesu ꝛ apl̄is spūali māducatōe cenaui. O
q̄tiēs tunc dixi: Vtinā bone iesu saltē i cena
tua seruitor fuisseꝫ: sed fac me cenare in illa
cena celesti: vbi cū apl̄is tuis cena et̄na glia-
ris. Et sic pꝫ secūda ꝑticula hui⁹ secūde ptis

¶ Particula tertia hui⁹ secūde ptis in q̄ po
nit a xp̄o pedū discipuloꝝ hūillis lauatio.

Tertia in ista pte consideratio dr̄ a
xp̄o discipuloꝝ pedes hūilis lauatio
Circa quā etiā tria notanda sunt.
¶ Primū dr̄ a cena surrectio: qꝛ predictis
expletis vt habet Jo. 13. Surgit dñs Jesus
a cena: surgūt statim ꝛ discipuli ignorantes
quo ire vellet. Jpse autē descendit in eadem
domo cū eis in inferiorē locum: q̇ etiā nunc
apte videri pōt: ꝛ ibi eos sedē fecit: ꝛ posuit
vestimēta sua: ꝛ cū accepisset linteū ꝑcin-
xit se: ꝛ aquā mittit in peluī lapideā: ꝛ cepit
lauare pedes discipuloꝝ suoꝝ ꝛ extergere lin

theo quo erat precinctꝰ. Et vt credit̃ icepit
a proditore iuda: ꝓpter qđ valde mirati sũt
alij discipuli de p̃sũptõe iude: ꝙ.s. sustinuis-
set sibi pedes a dño lauari: vnde disposuerũt
oĩno refugere ne eis ipse lauaret pedes. Sꝫ
quid dixisset mater iesu si sciuisset filiũ suuꝫ
regem angeloꝝ flexis stare genibus ante iu-
dam quasi ab eo postulans veniã? Credo ꝙ
vehemẽter doluisset ⁊ ingemuisset. O pro-
funda humilitas: ꝙ rerũ creator ante crea-
turã: dominꝰ ante seruũ: innocẽs ante pecca
torẽ: magister añ discipulum genua flectat.
Sꝫ hoc fecit ꝓpter tria. Primo vt exẽpluꝫ
hũilitatis daret: ⁊ irã mollicia frangi istrue
ret. Secũdo vt exẽplũ dilectionis inimicoꝝ
exhiberet. Tertio vt ipsũ iudã cõuerteret:
qui tñ vt Pharao ampliꝰ indurabat̃. Venit
ergo ad simonẽ petrũ: ⁊ dicit ei Petrꝰ: Dñe
tu mihi lauas pedes. q.d. Absit vt ego sim
tante p̃sumptionis: vnde sequit̃. Non laua
bis mihi pedes in eternũ. Respõdit ei Jesus
Si nõ lauero te non habebis partẽ mecum.
Quo audiens Petrus i ꝑsona sua ⁊ oĩum di-
xit: Dñe nõ tm̃ pedes meos sed ⁊ manꝰ ⁊ ca-
put. Dicit ei iesus: Qui lotꝰ est.s. pctis mor-
talibꝰ non indiget nisi vt pedes lauet.i. affe-
ctꝰ a peccatis venialibus purificet. Multa
alia hic possent dici que cã breuitatꝭ omitto.
¶ Secũdũ qđ hic notandũ est dĩ facti exẽ-
plificatio: quia deinde accepit vestimẽta sua
⁊ cũ recubuisset iterũ sedens ad mẽse angu-
lũ: iuxta se posuit Joãnẽ a latere dextro: de-
inde Petruꝫ ⁊ Judã qui recedere querebat
vt traderet eũ a latere sinistro. Et dixit eis:
Scitis q̊d fecerim vobis? Vos vocatis me
magister ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis. Sum eteni. Si
ẽ͛ laui pedes vr̃os dñs ⁊ magister: ⁊ vos debe
tis alt̃ alteriꝰ lauare pedes. Exemplũ eni de-
di vobis: vt quẽadmodũ ego feci: ita et vos
faciatis: hec ibi. Cõsidera ẽ͛ aĩa deuota sin-
gulos actus cũ deuotione: inspice ⁊ admira-
tione intuere que gerunt̃. Inclinat se sũme
maiestatis ⁊ hũilitatis magister vsꝗ ad pis-
catoꝝ pedes: stat incuruatus ⁊ genibꝰ flexis
corã ipsis sedẽtibꝰ: lauat ꝓprijs manibꝰ ⁊ ex
tergit ⁊ deosculat̃ oĩuꝫ pedes. Sꝫ illud sup-
exaltat humilitatẽ ꝙ ⁊ ipsi proditori eadeꝫ
obsequia prebet. O igit̃ admirãda ⁊ imitã-
da merito tãte hũilitatis ꝓfunditas. ¶ 3m
quod hic notandũ est dĩ ꝓditoris manifesta

tio: quia edentibꝰ discipulis iesus nõ mãdu-
cans sed suspirans: vt Math. 26. legit̃ ait
Amen dico vobis: quia vnꝰ vestrũ me tra-
diturus est. Et cõtristati valde se inuicem
respiciẽtes: ⁊ de quo diceret hesitantes: qꝛ
vox ista vt gladiꝰ acutus in corda eoꝝ itra-
uit: ceperũt singuli dicere. Nunq̇d ego sum
domine: At ille respondens ait: Qui intin-
git mecũ manũ in parapside hic me tradet:
Filius quidẽ hoĩs vadit sicut scriptũ ẽ de illo
Ve aũt homini illi ꝑ quẽ filius hoĩs tra
detur. Bonũ erat illi si natꝰ nõ fuisset homo
ille. O iuda ꝓditor neq̇ssime quõ talia audi
re ⁊ sustinere poteras: q̇n te a tãto malo ꝓpo
sito reuocabas? O fili ꝑditiõis ait q̇dã doct.
cur tanti tui reatꝰ grauedinẽ nõ consideras?
Nam correctus emẽdationẽ nõ suscipis: mi
nas illatas nõ metuis: ⁊ deprehensus in scele
re tui reatus nõ erubescis: sed potius auda-
ciã sumens ait: Nũquid ego sum rabbi? dic
rabbi: quia cõtinue docebat̃ ab eo: sed non
dicit dñe: quia recessit ab eius dñio. Ait illi
Jesus: Tu dixisti. O dñe iesu ex hac respõ-
sione nõ indicasti: sed in magna suspitiõe di-
scipulos posuisti: vñ Petrꝰ ait Joãni: Ob-
secro inquit interroga magistrũ: quis ẽ qui
tradet te? Et Joãnes ait Jesu dñe q̇s est qui
tradet te: ⁊ hoc dicens ⁊ audiẽs fore iudam
ex porrectiõe buccelle intincte: qꝛ vt patꝫ Jo.
13. vbi ita habet̃. Rñdit iesus ioanni. Ille ẽ
cui intinctũ panẽ porrexere: ⁊ cũ intinxisset
panẽ dedit Jude simonis scharioti. Sꝫ ne
ampliꝰ vexaret eũ: sopitus supra pectꝰ iesu
ioannes rñsum nõ dedit Petro: qꝛ ẽm Hie-
rony. Si petrus hoc sciuisset dentibꝰ iudam
decerpsisset. Sed iesus manifestauit hoc ioã-
ni vt esset testis quõ iesus sciebat proditorẽ:
⁊ voluntarie moriebat̃. Nunc igit̃ conspice
anima deuota dei benignitatẽ quõ suũ dile-
ctũ discipulũ supra pectus retinet. Cõside-
ra etiã alios ex ista reuelatione tristatos nõ
comedentes se inuicẽ aspicientes ⁊ super his
cõsiliũ capere nescientes. Considera etiã iu-
dam: dominũ maiestatis non verentẽ: nec
beneficijs se conuertẽtẽ: sed obduratũ in ini
quitate sua ꝑeuntẽ. Et sic patet tertia parti
cula huius secũde partis.

Particula quarta huius secunde partis
in qua ponitur christi discipulorum cõmu-
nicatio.

[Q]uarta cōsideratio in ista parte dici
tur a xp̄o discipulorꝫ coicatio. Cir
ca quā etiā tria notāda sūt. ¶ Pri
mū dicit sacramēti institutio. Considerās
eni dn̄s ex suo recessu q̇d chari⁹ relinq̄re pos
set ꝓpter dignissimā charitatē suā tradidit
nobis 7 reliquit semetipsum in cibū. Unde
Jo. xiij. scribit. Cū dilexisset suos in finē dile
xit eos. Cū igit lotis discipulorū pedib⁹ re
cubuisset volens finē dare legalibus sacrifi
cijs: 7 nouū incipere testamentū seipsum sa
crificiū nostrū fecit. Et accipiēs panē 7 ocu
los leuans ad patrē: cōfecit altissimū sacra
mētū corpis sui. De q̄ institutione multa di
ci possent: q̄ cā breuitatis omitto. ¶ 2ᵐ qḋ
hic notādū est discipulorꝫ coicatio: qui vt di
cit Math. xxvi. 7 Luc. xxij. confecto hoc sa
cramēto dedit discipulis suis 7 ait: Accipite
7 comedite hoc est corp⁹ meū. Et accipiens
calicē grās egit 7 dedit illis di. Bibite ex hoc
oēs: hic est sanguis meus noui testamenti:
qui ꝓ vobis 7 ꝑ multis effundet in re. pecca.
Considera igit aīa deuota: quō diligenter
fideliter 7 deuote predicta facit: 7 manib⁹ ꝓ
prijs coicat illam dilectā 7 bn̄dictā familiā
suā: 7 tandē in amoris recordatiōe subiūxit
Hoc facite in meā cōmemorationē: hoc eni
est illud mirabile sacramentū qḋ aīa iam cum
ipsum suscipit manducādo vel fideliter me
ditādo: totā deberet inebriare: 7 in ipsū dn̄z
pre amoris 7 deuotionis vehemētia totalit
trāsformare. ¶ 3ᵐ qḋ hic notandū ē dr̄ ꝓdi
toris recessio. Nam postq̄ iudas sacramen
tū accepit: qḋ ei dn̄s dedit ꝓpter multas cās
quas cā breuitatis omitto: tūc introiuit i eū
sathanas ſm Jo. xiij. Ex quo dat intelligi q̄
indigne sumētes sacramētū eucharistie: nō
virtutē recipiūt sacri: sed sup eos potestatez
sumūt diaboli. Dixit ḡ illi iesus vt pꝫ ibidē.
Qḋ facis fac citi⁹: hoc aūt nemo sciuit dis
cūbentiū ad q̇d dixerit ei. s. hoc verbū. Qui
dā eni putabāt: quia loculos habebat iudas
q̄ dixisset ei iesus. Eme ea que op⁹ sūt nobis
ad festū: aut egenis aliq̇d daret. Cū ḡ acce
pisset ille buccellā exijt ꝯtinuo. Erat āt nox.
Cū ḡ exisset dixit iesus. Nūc clarificat⁹ ē fi
lius hominis. 7c̄. ibi. Unde Ansel. loquit ad
iesum di. Hoc totū māsuetudinis tue erat do
mine: vt ꝑfidū illū in cetu discipulorū dete
gere 7 cōfundere noluisti. Hec ille. Et sic pꝫ

N 4ᵃ ꝑticula hui⁹ secunde partis.

Particula q̄nta in qua ponit dulcis collo
cutio Jesu cū apostolis.

[Q]uinta in hac pte cōsideratio dr̄ Je
su cum apostolis dulcis collocutio.
Nā post pessimi ꝓditoris recessum
fecit discipulis suis sermonē dulcissimū: vt
pꝫ a fine xiij. c. Jo. vsq̄ ad. xviij. eiusdē. In quo
sermone tria per ordinē fecit. ¶ Primo eni
suū discessū predixit di. Adhuc modicū vo
biscū sum: sed non relinquā vos orphanos:
vado 7 venio ad vos. Iterū aūt videbo vos
7 gaudebit cor vestrū: hec 7 his silia: q̄ suc
cincte ꝑtransco dicebat eis que corda ipsorū
penetrabāt totaliter. Nō enim de suo disces
su poterant aliquid tolerare. Dicebat enim
petr⁹: Dn̄e ad quē ibimus? verba vite eterne
habes. Dicebat Thomas: Dn̄e nescimus q̄
vadis: 7 quō possumus viaz scire? Dicebat
Philippus: Domine ostēde nobis patrem.
Quibus verbis respondebat dulciter Jesus
cōfortans eos vt patienter aduersa tolera
rent. Unde eis dicebat: Uenit hora et nunc
est: vt oīs qui interficit vos arbitret se obse
quiū prestare deo: 7 hec facient vobis: quia
nō nouerunt patrē neq̄ me. Et iterū dicit:
In mundo pressurā habebitis: sed ꝯfidite qꝛ
ego vici mundū. Et iterū. Si mundus vos
odit: scitote qꝛ me priorē vobis odio habuit
Mundus quidē gaudebit: vos ṽo cōtrista
bimini: sed tristicia vr̄a cōuertet in gaudiū:
7 his similia. Secundo eos in virtutibus in
struxit. Primo de charitate dicendo. Mā
datū nouū do vobis vt dili. inui. sicut dile.
vos. In hoc eni cogn. ho. quia estis mei di.
si di. ha. adinuicē Jo. xiij. Et iterū: Si diligi
tis me mādata mea ſuate. Jo. xiiij. Et iterū:
Sicut dilexit me pat̄ 7 ego dilexi vos. Ma
nete in dilectione mea. Si precepta mea ser
ua. ma. in di. mea. Maiorē hac dile. nemo
habet vt aīaz suā po. q̇s pro amicis suis. 7c̄.
Jo. xv. ¶ Secundo instruxit eos de fide di
cēdo: Non turbet cor vestrū: credite in deū
7 in me cre. In domo pa. mei māsi. mlt̄e sūt.
Et iterū: Non creditis quia ego in patre et
pater in me est. Alioquin ꝓpter opera ipsa
credite. Amē amē dico vobis q̄ credit i me
opera q̄ ego facio 7 ipse faciet 7 maiora horū
faciet. Jo. xiiij. Tertio istruxit eos de spe di.

Si abiero ⁊ ꝑparauero vobis locũ iterũ ve-
niã ⁊ accipiã vos ad meipsũ: vt vbi sum ego
⁊ vos sitis: ⁊ reliqua multa que breuitatis
cã omitto Jo.14. ¶ 3° ꝓ eis orauit vt patet
Jo.17. Finitis eni oibus ꝑdictis surgens de
mensa flexis genibus: primo orauit ꝓ se di.
Nunc clarifica me pater apud temetipsum
claritate quã habui ꝑusq̃ mũdus eẽt apud
te. Secũdo orauit ꝓ oibꝰ credituris i ipsuz
di. Ego ꝓ eis rogo non ꝓ mũdo: sed pro ijs
quos dedisti mihi: quia tui sunt. Tertio ora-
uit ꝓ salute discipuloꝝ suoꝝ di. Pater sãcte
serua eos in noĩe tuo q̃s dedisti mihi: vt sint
vnũ sicut ⁊ nos. Cũ essem cũ eis ego serua-
bã eos in noĩe tuo. ⁊c. Et hic fuit hymnꝰ de
quo dicit Math.26. Et hymno dicto exie-
runt in montez oliueti. Considera igit aĩa
deuota quõ efficaciter deuote ⁊ delectabiliter
loquens Jesus discipulis suis iprimit q̃ nar-
rat: ⁊ pascaris in aspectu amenitatis eiꝰ atq̃
verboꝝ. Considera etiã discipulos quõ stãt
mesti: capitibus inclinatis lachrymantes ⁊
suspiria dantes. Pleni eni tristicia: ita vt de
hoc ipsa veritas ferat testimoniuz di. Quia
hec dixi vobis: tristicia ipleuit cor vestrum
Et sic patet 5ª pticula huiꝰ secũde ptis.

¶ Particula sexta huiꝰ secunde partis: in q̃
ponit apostoloꝝ a Jesu exhortatio ipsiꝰ Je-
su tristatio et oratio.

Sexta in ista pte cõsideratio dicit a
Jesu apłoꝝ exhortatio ipsiusq̃ tri-
statio ⁊ orõ: vnde hic tria notanda
sunt. ¶ Primũ dicit discipuloꝝ exhortatio
Nã sermone diuinaꝝ institutionũ iã ꝑliba-
to in cena surrexerũt oẽs dicente dño: Sur-
gite eamꝰ hinc Jo.14. Stabant eni apłi ve-
lut attoniti ex verbis dñi di. q̃ in ꝓximo tra-
dendus esset. Proinde verbũ excitatiuũ emi-
sit dominꝰ di. Surgite eamꝰ hinc. O quãtꝰ
pauor tunc in eos intrauit: nescientes q̃ aut
qualiter ire deberent: ⁊ de ipsius separatõne
plurimũ formidantes. Nihilominꝰ postea
locutus est eis cõplendo sermonẽ forte eũdo
per viam a cenaculo montis syon versus tor-
rentẽ: ꝑ quã viam pluries transiui: longitu-
dine medij miliarij. Considera igit nũc aĩa
deuota discipulos eũtes post eũ: sicut moris
est pulloꝝ ire post gallinã. Tãdẽ completis
istis mysterijs: venit ꝓm Jo.18. trans torrẽ-
tem cedron in villã que dicit gethsemani in
qua hortꝰ erat: in quẽ intrauit ipse ⁊ discipu-
li eius. Et q̃uis dicat Luc.22. ⁊ Math.
vbi supra q̃ exierũt in montẽ oliuarũ huic
nõ cõtradicunt sed in idẽ redit. Ista eni ocu-
lata fide vidi. Nam torrẽs cedron ẽ fluuiꝰ
pluuialis transiens ꝑ vallem iosaphat inter
mediũ montis oliueti, ꝓpter torrentẽ per iactũ
lapidis. Sciebat ⁊ iudas q̃ tradebat eũ locũ
q2 frequẽter cõuenerat illuc cũ discipulꝭ suis.
Tunc cepit Jesus exhortari discipulos di.
Omnes vos scandalũ patiemini i me i ista
nocte. Math.26. Scandalum autẽ pati in
xp̃o ẽ cadere ab eius fide atq̃ sequela. Scri-
ptum est eni Zacha.13. Percutiã pasto. ⁊ dis-
o. gregis. postq̃ autẽ resurrexero precε. vos
in gali. Et tũc dixit simoni Petro ꝓm Luc.
.22. Simon Petre. Ecce sathanas expeti-
uit vos vt cribraret sicut triticũ: ego autez
rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua ⁊ tu ali-
qñ cõuersus cõfirma frẽs tuos. Qui dixit ei
ꝓm Math. vbi. s̃. Et si omnes scandalizati
fuerint in te: ego nunq̃ scandalizabor. Ait
illi iesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte
anteq̃ gallus cantet: ter me negabis. Ait il-
li Petrus. Etsi oportuerit me mori tecum:
non te negabo. vbi glo. Quid dicis Petre
dupliciter peccas: quia omnibꝰ te preponis.
Et si oẽs scandalizati fuerint in te ego nũq̃
scandalizabor. Et rursuz domino opponis
quia ille dicit. Tu me negabis: ⁊ tu dicis nõ
te negabo. Merito ergo cades. Gregoriꝰ
enim dicit hoc petrũ non dixisse ex presum-
ptione sed ex feruenti dilectione. Nam simi-
liter ⁊ omnes discipuli dixerunt: ⁊ hortatꝰ
est eos di. Sedete hic donec vadam illuc et
orem. q. d. Etiam ⁊ vos vigiletis ⁊ vacetis
mecũ orationi. ¶ Secundũ hic notanduz
dicit Jesu cõtristatio: quia ꝓm Math. vbi
supra his dictis ⁊ assumpto Petro ⁊ duobꝰ
filijs zebedei cepit contristari ⁊ mestus esse.
Tunc ait illis: Tristis est aĩa mea vsq3 ad
mortem. Sustinete hic ⁊ vigilate mecum:
hec siquidẽ tristicia magnitudinẽ pretendit
amoris: vt in tãtũ sciamus diligi q̃ leticia
tristaret ꝓ nobis: sed terminꝰ huiꝰ tristicie
appositꝰ aĩuz suspẽdit cũ dr̃: vsq̃ ad mortẽ:
vt mortẽ etnã oĩuz viuiꝰ mortis victoria su-
perari credamꝰ. O piũ vbũ. O flebile vbũ.

O amabilis vox. Tristis est aīa mea vsq₃
ad mortē. i. tāta turbatōe q̄ ē mihi q̄si mors
C₃ᵐ hic notandū ē orō. Nā auulsus ab
eis quātū ē iact⁹ lapidis: p̄cidit in faciē suā ₃
orans ₇ dicēs: Pat mi si possibile ē trāseat
a me calix iste: q₂ video oculis mentis mee
Judā venientē ad me p̄dendū: irā iudeoꝝ iā
paratā ad me capiēdū: ₇ penas oēs q̄s passu
rus sū: ₇ dolor sensualitatis vrget me. Incli
na ad me aurē tuā: ₇ intēde voci dep̄catiōis
mee: q₂ anxiat⁹ ē in me spūs me⁹: ₇ ī me tur
batū ē cor meū. Si aūt alit̄ tibi videat̄: fiat
volūtas tua: ₇ nō mea. vbi Aug⁹ ait: Do-
cet hūanā volūtatē dīne volūtati cōforma-
ri. Ubi nota p̄m oēs theologos. Q̄ ī in xp̄o
fuit q̄druplex volūtas. s. Volūtas carnis: ₇
hec nullo mō volebat pati. Volūtas sensua-
litatis: ₇ hec remurmurabat ₇ timebat: ₇ iō
cepit cōtristari. Volūtas rōnis ₇ hec obedie
bat ₇ cōsentiebat. Nā iuxta Esa. 53. Obla-
tus ē q₂ ipse voluit. Et ideo dicebat: Nō sic
ego volo. s. p̄m volūtatē carnis ₇ sensualita
tis: s₃ sicut tu: cui ego adhereo volūtate rō-
nis. Fuit etiā ī eo volūtas diuinitatis ₇ hec im
perabat ₇ sniam dictabat. Et venit ad disci-
pulos ₇ inuenit eos dormientes: ₇ dixit Pe-
tro sic: Nō potuisti vna hora vigilare mecū
q. d. vbi ē feruor tuus Petre: q̄ paulo ante
mori volebas p̄ me: ₇ p̄ modicū tēp⁹ nō po-
tuisti mecū vigilare? Et iō infert oīb⁹ vigi-
late ₇ orate mecū ne intretis ī tentationem.
Et iterū abijt ₇ orauit di. Pat mi si non pōt
hic calix trāsire nisi bibā illū: fiat voluntas
tua. q. d. A ibi pr̄ placuit me in mūdū mitte
re: vt p̄ iiuria nobis ab hoīe facta satisfacerē
Et statim cū voluisti dixi: Ecce ego vado:
₇ ī capite libri scriptū est de me vt facerē vo
luntatē tuā: sic volui: fiat volūtas tua. Sed
surge pat in adiutoriū ₇ festina vt me adiu-
ues: q₂ repleta ē malis aīa mea. qd̄ exponēs
Aug⁹ ait: Nō vitijs ₇ pctīs: s₃ hūanis ma-
lis. i. dolorib⁹ repleta fuit aīa xp̄i quibus ipa
compatit̄ carni. Vñ ₇ magr̄ in. 3. di. 15. ait:
Habuit eñi xp̄s veꝝ dolorē ₇ tristiciā in nā
hoīs: s₃ non sicut nos q̄ sum⁹ mēbra ei⁹. Hec
ibi. Et venit p̄m Math. iteꝝ ad discipulos ₇
inuenit eos dormiētes: erāt eñi oculi eorum
grauati ₇ ignorabant q̄d rñderēt ei. Unde
Ber. ait: O magna cōfusio. Nā ardēti⁹ de-
siderāt seculares p̄nitiosa q̄ nos vtilia. Ala

crius ipsi currūt ad mortē: q̄ nos ad vitam
vñ cū discurrēt cum sollicitudine tradendi
xp̄m ipse Judas: tunc discipuli sōno graua-
bant̄. 3ᵒ abijt relictis illis: ₇ iteꝝ orauit eun
dē sermonē di. p̄m Mat. vbi. s. ₇ p̄m Lu.
22. Fact⁹ in agonia p̄lixi⁹ orabat. ₇ fact⁹ ē
sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurrētis in
t̄rā. Considera igit̄ aīa deuota: q₂ tunc fue
runt p̄sentata aīe Jesu oīa q̄ vētura erāt su
per eū: ita vt tot⁹ sanguis relictis mēbris ad
cor recurreret. Rō p̄o ₇ sensualitas inuice₃
disputabāt: siue amor ₇ timor: q₂ rō cū cha
ritate volebat ipsū mori. Sēsualitas aūt cū
timore recusabat: s₃ charitas iiuncta cū rōe
vincētes sensualitatē cū tāto īpetu intraue-
rūt ad cor: ita tumefaciētes illud q̄ expulit
totū sanguinē diffundēdo ipsū p̄ oīa mēbra
q̄ ita fuerūt calefacta: q̄ aptis oīb⁹ poris su-
dor sanguinis decurrebat ī terrā. Vñ Aug⁹
ad Jesū loq̄t̄ di. Angustias q̄dē aīe ₇ car-
nis tue dñe Jesu indicat ille sudor sāguine⁹
q̄ orōnis tp̄e de scissima carne tua guttatim
decurrebat in t̄rā: vnde aīe tue tā vehemēs
timor? vñ tāti sudoris anxietas: ₇ tā anxia
supplicatio? Nōne volūtariū p̄ri tuo sacrifi
ciū obtulisti? S₃ p̄pterea vt maioris erga
te amoris stimulos habeam⁹ cū gratitudis
nālis carnis infirmitatē ei⁹modi indicijs ī
te expādisti q̄b⁹ vere docemur: q₂ languores
nr̄os ₇ nō absq₃ sensu doloris passionis se-
mitā p̄curristi. Vox eñi illa vox carnis fuis-
se p̄hibet̄ nō spūs: p̄ eō q̄ subiūxisti. Spūs
q̄dē p̄mpt⁹ ē caro aūt infirma. Hec ille. Cū
aūt sic oraret ₇ anxiaret̄. Ecce angelus dñi
p̄nceps michael astitit confortans eū Luc.
22. nō v₃ custodiēdo vl̄ aliquid ip̄rimēdo
ī xp̄m: s₃ reuerēdo eū ₇ cōgratulādo fortitu
dini ei⁹. Sicut hō nāliter ꝯfortat̄ ī tribula
tiōe ad p̄ntiā amicoꝝ: cōfortās eū ₇ di. Sal
uete dñe Jesu. O rōnē ₇ sudorē vestꝝ sāgui
neū p̄ri vr̄o obtuli: ī ꝯspectu toti⁹ curie sup-
ne ₇ oēs p̄cidētes supplicauim⁹ vt calicē hūc
trāsferret a vob: et rñdit: Nouit dilectissim⁹
fili⁹ meus Jesus: q₂ redēptio hūani generis
quā sic optam⁹ sine effusione sanguis sui sic
decēter fieri nō pōt. Et iō si salutē vult aīa-
rū oportet eū p̄ ipsis mori. Tunc rñdit Je-
sus angelo: Salutē aīaꝝ volo: idcirco mori
decerno. O amor indicibilis. O amor incō
parabilis: vt dei filius eligat potius mori q̄

perdat genꝰ hũanũ. Et ait angelꝰ ad eũ: Cõfortamini igit̃ ⁊ viriliť agite. Excelsũ enim decet magnifica facẽ: ⁊ magnanimũ ardua strẽnue tolerare: cito trãsibũt penosa: ⁊ ꝑpetuo gl'iosa succedẽt: ⁊ sĩlia multa. Et sic pꝫ sexta ꝑticula huiꝰ secũde ꝑtis.

¶ Particula septima huiꝰ secunde partis ĩ qua ponit̃ apl'i iude proditio ⁊ Jesu captio

Septima ⁊ vltima in ista ꝑte cõsideratio dicit̃ apl'i iude ꝓditio. Circa quã tria notãda sunt. ¶ Primum qᵭ hic notãdũ ẽ dr̃ saluatoris ꝑuisio: q₂ xp̃s vidit in spũ iudã ãtecedentẽ turbã ad ipsum capiendũ veniẽtẽ. Et surrexit iã ẽtio ab orõne totꝰ anxius ⁊ sanguine madefactꝰ. O aĩa deuota: si fuisses in illa cauerna vbi corporaliter fuit: nũc mẽte cõspiceres vna mecũ Jesum tergẽtẽ sibi vultũ: totũq₃ afflictũ reuerẽter cerneres: intimeq₃ cõpatereris: q₂ non sine ingenti acerbitate doloris hoc sibi contingere potuit. Uenit pꝰ hoc ad discipulos suos ⁊ dicit eis: Dormite iã ⁊ requiescite. O verus amor: vere in finẽ dilexit eos cũ ĩ tanta positꝰ agonia ꝓcurat eorum quietẽ. Uidebat aũt a longe aduersarios suos veniẽtes cũ facibus ⁊ armis: nec tamẽ discipulos excitauit nisi qñ ꝑ ꝑ ⁊ iuxta eos fuerunt. Tũc aũt dixit eis: Sufficit: Uenit hora ⁊ filius hoĩs tradet̃ in manꝰ pecatoꝝ. Satis dormistis. Ecce qui me tradet appropinquat.

¶ Secũdũ hic notandũ dicit̃ ꝓditoris appropinquatio: q₂ vt dicit̃ Math. 26. Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vnꝰ de duodecim ⁊ cũ eo turba multa cũ gladijs ⁊ fustibꝰ missi a ꝑncipibꝰ sacerdotũ ⁊ seniorĩbꝰ ppl'i. Qui aũt tradidit eũ dedit eis signũ di. Quẽcũq₃ osculatꝰ fuero ipse est tenete eũ ⁊ ducite caute. hec ibi. Preuenit igit̃ iudas pessimꝰ mercator: ne appareret q₃ ipse eẽt de cõsortio maloꝝ ⁊ eis dedit hoc signũ. Primo q₂ mos erat discipulis in recessu a xp̃o bñdictionẽ accipere: ⁊ in reuersione osculũ pacis recipe. Secũdo q₂ Jesus assĩlabat̃ Jacobo minori ne vnus ꝓ alio capet̃. Tertio ne posset aliquo mõ aufugere: ⁊ ne iudei decipent̃ in ipsius trãsfiguratiõe. Uenit igit̃ iudas vt dicitur Math. 26. salutãs ⁊ di. Aue rabbi. Et osculatꝰ est eũ. Dixitq₃ illi iesus Amice ad qd venisti? q. d. a me multa bñficia recepisti: ꝓpterea amicicie signo me tradis. Ubi deuotus doc. Ber. ait: O iuda oĩuz ĩmanissime tu cito te dãnationi ꝑpetue mancipasti: dũ dicis tuo magistro. Aue: magistrum vocas mẽtito ore: cuiꝰ doctrinã ⁊ correctionẽ totaliter cõtẽpsisti: mel portans in ore: ⁊ amaritudinẽ ⁊ venenũ in corde. hec ille. Sꝫ o magna ⁊ ĩmensa pietas xp̃i: amicũ vocat suuz ꝓditorẽ: vt suis dulcissimis verbis eiꝰ aĩum a malo reuocaret. vñ subdit vt dr̃ Lu. 22. Osculo filium hominis tradis? ha iuda fili mi. s. qui olim fuisti filius meus: quomodo venis ad ꝑdendũ patrẽ: ad extinguẽdũ lucẽ ad vitam negandũ: ⁊ ad amiciciã dissoluẽdã: ad magistrũ tuũ ⁊ pastorẽ occidenduz? O quõ effectꝰ maloꝝ cõsiliator es? O iuda quõ es mihi ꝓditor amicus? O iniq̃tatis ꝑpetrator quõ non timuisti eũ ꝓditorie osculari: qui tecũ deus ⁊ hõ in cena in eodẽ vase comederat: ⁊ corã te misero genuflectẽs pedes lauerat: ⁊ osculatus fuerat? quomõ taz cito ad ordinandũ suam mortẽ processisti? Bonũ erat si natus non fuisses. ¶ Tertiũ hic notãdũ dr̃ Jesu captio. Qm̃ vt Jo. 18. scribit̃. Jesus sciens oĩa que ventura erant super eũ ꝓcessit ⁊ dixit ad eos: Quẽ queritis? Responderunt ei: iesum naçarenũ. Stabat aũt ⁊ iudas cũ eis. Ut ergo dixit: Ego sum abierũt retrorsum oẽs ⁊ ceciderunt in terrã vbi Augꝰ ait: Uox sola turbã odijs ferocez armis terribilẽ sine vllo telo ꝑcussit: repulit strauit virtute diuinitatis latẽtis. Quid iudicaturꝰ faciet si iudicãdus hoc fecit? Quid regnaturus poterit qui moriturꝰ hoc potuit. hec ille. Hoc fecit xp̃s vt ostẽderet q₃ sponte moriebat̃. Iterũ interrogauit eos dicẽs: Quẽ queritis? Illi aũt dixerũt iesum naçarenũ: dixi vobis q₂ ego sum rñdit iesus. Si ergo me queritis sinite hos abire. Tunc accesserũt ait Math. vbi supra ⁊ manꝰ iniecerunt in iesum ⁊ tenuerũt eũ. Simõ ergo Petrus habens gladium: vt patet Jo. 18. eduxit eum ⁊ ꝑcussit põtificis seruũ ⁊ abscidit auriculã eius dextrã. Erat aũt nomẽ seruo malchꝰ. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium in vaginam: oẽs enĩ qui gladiũ accepint gladio ꝑibunt. Calicẽ quem dedit mihi pater nõ vis vt bibã illuz? An putas q₂ nõ possum rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit mihi modo plusq̃. 12. milia legiones angeloꝝ? Quõ ergo ĩplebunt̃ scripture: q₂ sic oportet fieri. q. d. vna legio ſm hieroᵐ. est sex milia septĩgenti sexaginta sex: ⁊ vnus

Sodomitas vt habetur Gene 19 vnde [illegible] glo. Exodi. 12.
Gabriel [illegible]
Populus [illegible] [illegible] [illegible] 70000
2 [illegible] 2 [illegible] 21
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] 80005 4 [illegible] 19
⁊ 2 [illegible] 32

angel⁹ interfecit.25.milia armatos.: nō igitur oportet ꝙ tu me adiuues. Et ideo dixit illis: vt p3 Luc.22. Sinite vsq₃ huc: ⁊ cum tetigisset auriculā ei⁹ sanauit eū. Cohors igit̄ ⁊ tribun⁹ ⁊ ministri iudeoꝝ cōprehēderūt Jesum ⁊ ligauerunt. Tūc discipuli relicto eo oēs fugierūt. Ubi deuotus Ber. O pie Jesu: o benigne: o misericors: o curialis o large: vbi sunt mīe tue? null⁹ est q̄ tui misereat. Ubi sunt infirmi quos sanasti ⁊ curasti? null⁹ te associat. Ubi sunt mulieres ⁊ homines quos de q̄nq₃ panib⁹ saturasti? null⁹ est q̄ te recognoscat. Ubi sūt bñficia q̄ aplīs cōtulisti? Ecce oēs iā te dereliquerūt. Tūc enī ipleta est ꝓphetia Job.19. Noti mei q̄si alieni recesserunt a me. Et psal.27. Longe fecisti notos meos a me. Adolescēs ꝯo q̄dā eū sequebat̄: qui s̄m Grego. ⁊ Bedā fuit Joānes euāgelista q̄uis s̄cdm alios fuerit Jacob⁹ minor: amict⁹ syndone sup nudo: ⁊ tenuerūt eū. At ille relicta syndone nudus aufugit ab eis. In illa igit̄ hora dixit iesus turbis: Tanq̄ ad latronē exiistis cū gladijs ⁊ fustib⁹ cōprehendere me. Quotidie eram apud vos in tēplo docēs ⁊ nō me tenuistis. S3 hec est hora vr̄a ⁊ ptās tenebrarū. Cōsidera ꝗ aīa deuota quō ducit̄ ab illis nequissimis de torrente sursū versus hierusalē: per illū montē petrosum vbi fui: manib⁹ p⁹ terga ligatis: pedib⁹ discalciatis: capite discoopertus: ⁊ inclinat⁹ ex fatigatione: ⁊ vehemēti acceleratiōe incedēs. Dicit enī Damasce. ⁊ pie credendū est: ꝙ ducētes eū cū fune ad collū cū festinantia fecerūt eū cespitantē cadere: ⁊ sup illis lapidibus ore cōtūdi: ita vt fracto ore ⁊ facie tota sanguis cōflueret. Dicit etiā Damasce. ꝙ ꝓpter cōtūsiones lapidū: q2 nox erat: ⁊ rapide violenterq₃ trahebant eū ꝑcutientes ipsū sicut canes lepore3 pedes ⁊ tibie ita cōfracte sūt vt sāguis vndiq₃ cōflueret. Cōsidera aīa deuota totā ciuitatē cōmota: discipulos amaricatos ⁊ tristes hinc inde fugiētes: ⁊ filia multa. Sed dicta sufficiāt q̄tū ad secūdā ptē principalē.

Pars tertia ꝑncipalis in q̄ cōsiderat̄ ⁊ cōtēplat̄ Jesus cū iudeis m̄lta patiēs ⁊ ptēnēs

Tertio i isto sermōe deuotissimi x̄pīani cōtēplemur cū Paulo: aspiciētes Jesū cū iudeis. Primo ipsū accusātib⁹. 2° ipsum deducentib⁹. 3° ipsum comitantibus. 4° ipsum conculcantib⁹. 5° ipsu3 crucifigentib⁹. 6° ipsū in cruce audientibus. 7° ipsum spiratū cōtēplantibus.

Particula prima hui⁹ tertie partis i qua ponit̄ triplex iesu a iudeis accusatio. p° apud Annā. 2° apud Caypbā. 3° apud Pilatū

Prima in ista pte cōsideratio dr̄ Jesu a iudeis accusatio: q2 in tribus locis falsē ab eis accusat⁹ est. Primo añ pōtificē antiquiorē.s. Annā. Nā vt duxerūt eū sic ligatū p̄ntauerūt eū antiquori pontifici.s. Anne: q̄ erat socer Caypbe. Tū q2 erat senior: tū quia domū ei⁹ prius inuenerunt. Interrogatus est igit̄ iesus ab Anna de discipulis ⁊ doctrina eius: quia discipuli aufugerant: solū de doctrina dedit responsū di. Ego palam docui in synagoga: ⁊ in quo tēplo oēs iudei cōueniunt: ⁊ i occulto locutus sū nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q̄ me audierūt: ipsi enī sciūt q̄d dixerim. Hoc aūt cū dixisset: vnus assistēs ministroꝝ dedit alapā iesu di. Sic respōdes pontifici? Hic enī vt dicūt aliq̄ erat ille cui⁹ auriculā ipse sanauit. Et ideo dicit Chriso. O q̄ nepharia ꝑcussio: quid hac alapa stulti⁹ ⁊ indecenti⁹? Hec ille. S3 iesus verba humilia ⁊ dulcia r̄ndit di. Si male locut⁹ sum testimoniū ꝑhibe de malo: si aūt bñ quid me cedis? Ubi Aug⁹ ait: Quid hac r̄nsione veri⁹? q̄d mansueti⁹ ⁊ iustius? O patiētia dn̄i O inaudita hūilitas: q̄ nec se excusauit: nec ipsum dire verberantem puniuit. Hec ille.

2° accusatus ē x̄pus apud pōtificē iuniorē. Nā illico Annas misit eū ligatū ad Caypbā pontificē: q̄ erat pōtifex anni illi⁹: vbi scribe ⁊ seniores ꝯuenerāt. Seq̄bat̄ aūt eū simon petr⁹ ⁊ ali⁹ discipul⁹.i.ioānes. Discipul⁹ aūt ille erat not⁹ pontifici: ⁊ itrouit cū Jesu in atriū pontificis. Petrus aūt stabat ad hostiū foris. Exiuit ergo discipul⁹ alius ⁊ dixit hostiarie: ⁊ introduxit Petrū. Cui dixit ācilla hostiaria. Nūq̄d ⁊ tu discipul⁹ es hoīs isti⁹? Dicit q̄ ille: Nō sū. Et hec fuit prima negatio. Exijtq₃ foras ante atriū: ⁊ gallus cantauit: s3 Petr⁹ eum non audiuit. Stabāt aūt hui ⁊ ministri ad prunas: quia frigus erat ⁊ calefaciebāt se. Et erat cu3 eis Petr⁹. Quē cū vidisset alia ācilla dixit ijs q̄ erāt ibi. Et hic cu3 Jesu galileo erat. Quo audiēs Petr⁹ iterū negauit: Nō sum: vl̄ s̄m

Math. 26. Negauit cū iuramēto q2 nō no
ui hoīez. Et ītuallo facto q̄si hore vni9 ſm
Lu. Ali9 qdā .s. cognat9 ei9 cuius abſcidit
Petr9 auriculā ſm Jo. dixit. Nōne ego te
vidi ī horto cū illo? Nā 7 galile9 es: 7 loq̄la
tua manifeſtū te facit. Tūc Petr9 cepit de
teſtari 7 iurare q2 nō nouiſſet hoīem. Et cō
tinuo .i. iter̄ vl ſtatim: gall9 cantauit. Et cō
uerſus dn̄s reſpexit Petrū: qd̄ potuit ad lit
terā eſſe vex̄: ſ3 ſm Augm 7 Bedā: reſpexit
oculo pietatis 7 mīe: 7 recordatus eſt Pe
trus verbi Jeſu qd̄ dixerat: priuſq̄ gall9 can
tet bis ter me negabis. Et egreſſus foras fle
uit amare. O aīa deuota ſi fuiſſes ī iſto loco
in q̄ Petr9 fleuit vbi fui: vtiq̄ fleuiſſes: vt
hacten9 feci: ī recordatiōe lachrymax̄ Petri
Sequit̄ pnceps ſacerdotū 7 oē ɔſiliū q̄rebāt
falſū teſtimoniū ɔ̄ Jeſum. 7c̄. Exultabant
eni ſicut leones capta p̄da: 7 falſos teſtes p
curabāt: 7 venerūt duo falſi teſtes dicentes:
Hic dixit. Poſſū deſtruere tēplū dei 7 poſt
triduū reedificare illud. Et nō erat ɔueniēs
teſtimoniū illox̄. Et cum nihil Jeſus ad iſta
rn̄deret: pnceps ſacerdotū ait illi: Adiuro
te p deū viuū vt dicas nobis ſi tu es xp̄us fi
li9 dei viui. Dicit illi Jeſus: Tu dixiſti. Ve
rūtamē dico vobis. Amodo videbit̄ filiū
hoīs ſedētē a dextris virtutis dei: 7 veniētē
in nubib9 celi. Tūc pnceps ſacerdotū ſcidit
veſtimenta ſua di. Blaſſemauit. Quid ad
huc egem9 teſtib9? Ecce nūc audiſtis blaſſe
miā. Quid vobis videt̄? At illi cōdēnaue
rūt eū eſſe reū mortis: facientes ea que dicit
Ber. Multū tuū dn̄e bone Jeſu deſiderabi
lē in quē deſiderāt angeli pſpicere ſputis in
q̄nauerūt: manib9 pcuſſerūt: velo opuerūt:
nec a malis vulnerib9 pepcerūt. Nā velātes
faciē ei9: 7 alapis cedētes dicebāt: Prophe
tiça: q̄s ē q̄ te pcuſſit? Nōnulli etiā dicūt q
eū piecerunt in doliū aque. Vn̄ ī ſua pſona
pphetā dixiſſe aiūt: Saluū me fac deus q̄m
īntrauerūt aque vſq̄ ad aīam meā. Et ſic p
totā iſtā noctē ligatū 7 carceratū deriſioni
bus 7 opprobrijs vexauerūt. Interim āt vt
pie credit̄ Joānes iuit ad dn̄am 7 ſocias in
domū magdalene ī bethania: vbi erat plan
ct9 indicibilis: ſ3 p ipſum clamor 7 vlulatus
fact9 ē magn9. Appropinquās enim Jo. la
chrymoſe cepit dicē. Dona del paradiſo: p
te langeli hano riſo: lo inimico ſta cōquiſſo
p il to fiol incarnato. Corre mater de dolo
re: e viderai el grā errore: Chi hano preſo il
tuo amore: duramēte flagellato. Corre ma
tre e nō tardare: che lhano p̄ſo per menare.
Moralo credo cōdēnare: como latro e liga
to. Tunc maria ad Joannē. Queſto como
eſſere poria: de Jeſus ſpança mia: Chi non
fece mai folia: ne non lhebe mai penſata. O
maria lhe tradito: iuda falſo lha venduto.
Trenta dinari na receuuto: hane fato grā
merchato. Tūc Maria voluēs ſe ad Ma
gdalenā ait: De ſoccorrimi magdalena: acō
pagna la mia pena. Chel mio fiolo ſi ſe me
na: come mi fu nūciato. Poſtea plangebat
filiū dicēs O figlio figlio figlio: figlio amo
roſo giglio. Figlio chi dara conſilio: al mio
cōr anguſtiato. Figliolo mio ochij iocundi.
figliolo mio p che nō reſpōdi. Al pecto chi
ta lactato. Figliolo mio io ſon dolēte: della
faça relucente: che ſputata crudelmēte. Ho
ra ti menano ad pilato. O pilato de non fa
re: lo mio fiolo nō cōdēnare. Chio te poſſo
demōſtrare: como a torto he acuſato. Et ſic
ibat btā virgo verſus hieruſalē plorando 7
ſuſpirādo 7 dicēdo: O pater et̄ne tua eſt po
tētia: tuū regnū: tu es ſup oēs celos: ſolū q̄
tuū velle ſufficit ad ſalutē humani generis:
pce igit̄ filio tuo: ne p eo moriat̄. O amor
et̄ne: tua ſufficit dilectio vt fiat hūana redē
ptio. O fili mi dulciſſime. quid hoc ē qd̄ au
dio de te? Et morieris ſine me fili mi. Recur
ras ad patrē tuū: forſitā exaudiet te: ex quo
nō videt̄ exaudire me. O mat̄ doloroſa ī te
verſa ſūt ī cōtrariū oīa q̄ dicta ſūt tibi tā ab
āgelo gabriele: q̄ ab helīſabeth cognata tua
Sed ſpero q fortitudo patiētie filij patiētiā
mihi p̄ſtabit. Et ſic cū dolore 7 fletu perue
nit vſq̄ ad domū cayphe vbi dn̄s capt9 ſta
bat: nec tn̄ eū videre nec illi loq̄ poterat: ſed
p̄ foribus amare flebat. ¶ Tertio xp̄s accu
ſat9 eſt apud Pilatū crudeliorē. Mane āt
facto ɔſiliū inierūt oēs principes ſacerdotū
7 ſeniores ppl̄i aduerſus ieſum: vt eū morti
traderēt: 7 vinctū adduxerūt 7 tradiderunt
eū pontio pilato p̄ſidi. Tūc videns iudas q̄
eū tradidit q dānat9 eſſet: pnia duct9 retu
lit .30. argēteos principib9 ſacerdotū 7 ſenio
rib9 ppl̄i di. Peccaui tradēs hoīez iuſtū. De
q̄ vt ait: Sceleratior oīb9 o iuda 7 infelicior
tu fuiſti: quem pnia non duxit ad pn̄m: ſed

vide btm Augustinum 3 l° questionum novi et
veteris testamenti q. 47.

desperatio traxit ad laqueū: q2 dicētib⁹ illis.
Quid ad nos? Tu videris. i. opus tuū qua/
le sit manifestabūt: abiēs laqueo se suspēdit
Sed de hoc al's apertius dicem⁹. Sequit̄ euā
geliū ſm Joh. Erat aūt mane ⁊ ipſi non in/
troierūt in pretoriū pilati: vt nō cōtamina/
rent̄ ſ3 vt mundi māducarēt paſcha cohabi
tatione hoīs gentilis, vbi Augu. ait. O im
pia cecitas iudeorū: ⁊ in pretoriū intrare ti/
mebant: ⁊ fratris innocētis sanguinē effun/
dere nō timebāt. Sub habitaculo contami/
nāt̄ alieno: a nō cōtaminat̄ scelē pprio. Cō
sidera nunc aīa deuota matrē ⁊ Jo. ⁊ socias
ſimo mane exire foras: ⁊ occurrere christo
in via a domo caypbe ad domū pilati: que
nō parua est ſ3 longa. Considera vtiq3 qua
liter videntes eū sic vituperabiliter ⁊ enor/
miter a tanta multitudine duci: quāto sunt
replete dolore. In illo autē mutuo cōspectu
fuit dolor vtriſq3. Nā ipse domin⁹ afflige/
batur multū ex cōpassione matris: ⁊ sue coi/
tine. Sciebat eni q̄ ppter eū dolebant vſq3
ad euulsionē aīe a corpore. Considera ⁊ in/
tuere ista diligēter per singula que multum
sūt cōpassiua: Jesus aūt stetit ante presidem
nihil rn̄dens accusantib⁹: ita vt cu3 diceret
pilat⁹: Nō audis quāta aduersū te dicūt te
stimonia? nō rn̄dit ei ad vllū verbū: ita vt
miraret̄ vehemēter. Exiens pilat⁹ foras di/
xit: Quā accusationē affertis aduersus ho/
minē hūc Rn̄derūt. Si nō esset hic malefa/
ctor: nō tibi tradidissem⁹ eū: ⁊ ceperūt ipsū
accusare in mltis dicētes. Primo inuenim⁹
hūc subuertentē gentē nostrā. Scdo inueni
mus eū phibētē tributa dari cesari. Tertio
inuenim⁹ eū dicentē se christū filiū dei esse ⁊
regē. Et cū diceret pilat⁹: Accipite eum vos
⁊ scdm legē vestrā iudicate. Rn̄derūt. No/
bis nō licet iterficere quēq3. Introiuit ergo
iter pilat⁹ ⁊ vocauit eū ⁊ dixit ei. Tu es rex
iudeorū? Et rn̄dit ei Jesus. A temetipso h
dicis: an alij tibi dixerūt de me? Rn̄dit pila
tus: Nūqd ego iude⁹ sū? Gens tua ⁊ pōtifi
ces tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Re
spōdit ei Jesus. Regnū meū nō ē de h mūdo
⁊c. ibi. Dic itaq3 pilat⁹: ḡ rex es tu? Rn̄dit ei
Jesus. Tu dicis: q2 rex sū ego. Ego ad hoc
nat⁹ sum ⁊ ad hoc veni in mūdū: vt testimo/
niū perhibeā veritati: oīs qui est ex veritate
audit vocem meā. Dixit ei pilatus. Quid ē

veritas? Quā solutionē nō audiuit ſm Au
gu. q2 subito ei venit in mentē cōsuetudo iu
deoru3 de dimittēdo vnū in paschate: ⁊ iō
cū hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos et di/
xit eis: Ego nullā in eo inuenio cām. At illi
inualescebāt dicētes. Cōmouit vniuersum
populū incipiēs a galilea vſq3 huc. Cōside/
ra anima deuota ferocitatē iudeorū cōtra
Jesū. Considera vtiq3 dn̄m verecundū ⁊
patiēter oīa sustinētē. Et sic patet pma par/
ticula hui⁹ tertie partis.

¶ Particula secūda hui⁹ tertie ptis: in q̄ po
nit̄ Jesu a iudeis ad herode3 deductio ⁊ ab
eisdem ad pilatū reductio.

Secūda in ista parte ꝯsideratio dicit̄
iesu a iudeis vilissima deductio Cir
ca quā tria notāda sūt. ¶ Primu3
notādū ē Jesu missio. Nā audiēs pilat⁹ ga/
lileā. Interrogauit si hō galile⁹ eēt. Ut aūt
cognouit q̄ de herodis ptāte eēt remisit eu3
ad herodē: q2 ⁊ ipse hierosolymis illis dieb⁹
erat ppter festū. herodes ꝟo viso Jesu gaui
sus ē valde: eo q̄ multa audierat de eo: ⁊ spe
rabat aliqd signū videre. Stabat aūt iust⁹
corā pctōre: agn⁹ māsuet⁹ corā lupo rapace
Jesus corā herode crudeli. Interrogabat
aū eū herodes multis sermōib⁹, ſm Ansel.
eū interrogabat: si eēt ille quē pater suus ab
infantia voluit occidere: ⁊ ppter quē inno/
centes occideret. Intertogabat si ipse La/
çarū resuscitauerat. Interrogabat atq3 ob/
secrabat vt aliqd miraculū faceret. At ille
nihil respōdit. Tum q2 curiose petebat: tu3
ne impediret ei⁹ passionē. Nam pmittebat
eū liberare si ad sui nutū aliquod signū fecis
set. Stabant ⁊ pncipes sacerdotu3 ⁊ scribe
cōstanter accusantes eū ⁊c̄. ¶ Secūdū hic
notandū dicit̄ Jesu remissio. Nā vidēs he/
rodes q̄ nec miraculū: nec verbū ab eo ha/
bere potuit: ex hoc reputās eum stultū, spre/
uit eū cum exercitu suo: ⁊ illusit eum: ⁊ fecit
in derisionē eum indui veste alba: ⁊ remisit
eum pilato. Considera igit̄ anima deuota
qualiter domin⁹ nō solū malefactor: ſ3 stul/
tus reputat⁹ est. Ipse aūt omnia patientissi
me tolerabat. Intuere ⁊ hiccū deducit̄. et
reducitur: demisso vultu ⁊ verecūdo ince
dentē: ⁊ omniū clamores: ꝯuitia: ⁊ subsāna
tiones audientē: ⁊ forte lapidū percussiōes
⁊ imūdiciarū suscipientē: ⁊ etiam matrem

Tota christianitas natus est in sexta etate mundi . 5199 . ab Adam in principio quadragesimi secundi anni imperii Augusti cesaris imperantis [illegible] . 56 . annis : Passus est autem [illegible] Tiberii anno . 19 . [illegible] 33 . annis imperantis : anno mundi . 5232 . Imperavit namque Tiberius . 23 . annis

⁊ suos cuȝ indicibili merore a longe sequentes. ¶ Tertiũ hic notandũ dicit̃ principũ recõciliatio: quia ꝓpter istam reductionẽ facti sũt amici herodes ⁊ pilatꝰ in illa die. Nã antea inimici erant adinuicem ꝓpter duo. Primo qꝛ pilatꝰ ꝓcurauerat sibi a Tyberio cesare mľta pecunia oblata partẽ regni ipsiꝰ herodis. Secũdo qꝛ sicut dicit̃ in hystorijs scholasticis. Quidã se faciens filiũ dei multos de galilea seduxit: veniẽs autẽ ad iudeã fecit eum pilatꝰ occidi. vnde herodes turbatus est: qꝛ erat de iurisditione sua: sed nunc quia Jesũ remisit ad eũ facti sunt amici adinuicẽ: sicut ꝓpheta ṗdixerat. Astiterũt reges. ter. ⁊ prin. cõue. in. v. ad. d. ⁊ aduer. christũ eius. Et sic patet secũda particula huius tertie partis.

Particula tertia huius tertie partis: in q̃ ponit̃ Jesu a iudeis iniq̃ cõmutatio: flagellatio ⁊ demonstratio.

Tertia in ista parte cõsideratio dicit̃ Jesu a iudeis iniq̃ cõmutatio. Circa quã etiã tria notanda sunt. Primum notandũ dicit̃ iniusta liberatio. Nam pilatus videns ꝙ herodes Jesum remisisset ad eum contristatus est valde: ⁊ vocatis ṗncipibus sacerdotũ ⁊ plebe dixit: Obtulistis mihi hoĩem hũc: quasi auertentẽ ṗplm. Ecce corã vobis interrogãs nullã inuenio ĩ eo cãm. Est aũt cõsuetudo vt vnũ dimittã vobis in pascha: vultis ergo dimittã vobis regem iudeorũ. Sciebat eni ꝙ per inuidiã tradidissent eũ sũmi sacerdotes ṗncipes aũt sacerdotũ ⁊ seniores suaserũt ṗplo vt peterẽt barrabã: Jesũ vero perderẽt. Rñdens aũt ṗses ait illis: Quẽ vultis vobis dimittã de duobꝰ barraban: an Jesũ qui dicit̃ christꝰ? Erat aũt barrabas latro: qui ꝓpter seditionẽ ⁊ homicidiũ missus fuerat ĩ carcerẽ. Exclamauit ãt turba Tolle hũc ⁊ dimitte nob barraban. Dicit eis pilatꝰ: Quid igit̃ faciã de Jesu q̃ dr̃ christꝰ dicũt oẽs. Crucifigat̃. vnde Ber. ait O ṗncipes iudeorũ excecati. O stipula deputãda ardoribꝰ infernalibus quare vultis accumulare tot scelera ⁊ peccata: vt ṗferat̃ iniquꝰ iusto? Et Ansel. deuotus. O inrectũ cambiũ. O iniquũ iudiciũ. Bonꝰ despicit̃ ⁊ iniquꝰ seruꝰ postulat̃: iustꝰ punit̃ ⁊ pctõr liberat̃: agnꝰ occidit̃ ⁊ lupus acceptat̃: vita deserit̃ ⁊ mors reseruat̃. Hec ille. ¶ Secũdũ hic notãdũ dicit̃ Jesu ꝓ liberatiõe flagellatio: qꝛ pilatꝰ querẽs liberationẽ eius ait ad illos: Quid eni mali fecit? At illi magis clamabãt: Crucifige. Crucifige eũ. Et pilatꝰ ad illos. Nullã causam mortis inuenio eo. Corripiã ergo illũ: ⁊ dimittã: q. d. s̃m Bedã. Flagellis illũ ⁊ ludibrijs quãtũ iubetis afficiã: dũmõ innoxium sanguinẽ nõ sinatis effundere. O pilate pilate: tu dñm castigas: vide q̇d facias: qꝛ nec mortẽ nec flagella meret̃ Rectiꝰ ageres si te ad suũ nutũ corrigeres. Jussit aũt eũ flagellari ꝓpter duo. Primo qꝛ scdm hiero. oĩs crucifigẽdꝰ debebat flagellari. Scdo credẽs eũ liberare tali flagellatiõe satisfaciẽs ṗplo: vt cõpassiõe cõmoti ipsũ relaxarẽt. Milites g̃ suscipiẽtes eũ in ṗtorio ꝯgregauerunt ad eũ vniuersã cohortẽ: ⁊ exuẽtes eũ vestimẽtis suis: clamidẽ coccineã de serico bis tinctã in rubeo colore circũdederunt ei: ⁊ plectentes coronã de spinis posuerũt sup caput eiꝰ ⁊ arũdinẽ in dexterã eiꝰ: ⁊ genu flexo añ eũ illudebãt ei dicẽtes: Aue rex iudeoꝝ. Et expuẽtes in eũ acceperũt arũdinẽ ⁊ ꝑcutiebant caput eiꝰ: ⁊ dabãt ei alapas: ⁊ impleta est ꝓphetia. Esa. j. A plãta pedis vsq ad ṽticẽ capitꝭ nõ erat in eo sanitas. Cõsidera nũc igit̃ aĩa deuota q̃lr dñs tuꝰ ad colũnã ligat̃: durissime flagellat̃: stat nudꝰ corã oibꝰ iuuenis elegãs ⁊ verecũdꝰ: speciosus forma ṗ filijs hoĩuȝ suscipit spurcissimoꝝ flagella dura ⁊ dolorosa Caro illa ĩnocẽtissima ⁊ tenerrima replet̃ liuoribꝰ ⁊ fracturis: fluit vndiq regiꝰ sãguis de oibꝰ ꝑtibꝰ corpis Hic igit̃ eũ diligẽter cõsidera ꝑ longã morã: ⁊ si hic ei nõ cõpateris cor lapideũ te hr̃e reputa. ¶ Tertiũ hic notãdũ dr̃ Jesu demõstratio: qꝛ deinceps iterũ exiuit pilatꝰ foras ⁊ dixit eis: Ecce adduco eũ foras: vt cognoscatꝭ qꝛ nullã in eo ĩuenio cãm. Exiuit g̃ Jesus portãs spineã coronã ⁊ purpureũ vestimẽtũ. Et dixit eis pilatꝰ. Ecce hõ. O mr̃ dolorosa respice si cognoscis filiũ tuũ: alapis cesũ: facie cõsputũ: spinis coronatũ ⁊ opprobriũ hoĩuȝ factũ. Cõsidera aĩa deuota si tũc cõmota sũt oĩa ṽginis viscera sup filiũ suũ: ⁊ si defecit in ea spũs eius ⁊ si ẽ in ea vox neq sensus plange aĩa deuota cũ btã ṽgine: ⁊ filiũ eiꝰ sanguine madefactũ oculo mẽtis sepius aspice. Et sic patet tertia particula huiꝰ tertie partis.

Iesus vero herodes [illegible] mortis dignum actum est

Particula quarta huiꝰ tertie partis: in q̃ ponit̃ iudeorũ contra Jesum vociferatio ⁊ pilati sententiatio.

Quarta in ista pte ꝯsideratio dicit̃ iudeoꝝ in Jesũ vociferatio. Circa quã tria vtiq; notãda sũt. ¶ Primũ notãdũ d̃r iudeoꝝ ꝓclamatio. Nã cũ vidissent eũ foras veniẽtẽ tãq̃ canes sanguinẽ leporis vidẽtes exclamare ceperũt iudei. Crucifige crucifige eũ. Dic̃ eis pilatꝰ: Accipite eum vos ⁊ crucifigite: Ego .n. nõ inuenio i eo cãm Rñderũt iudei: Nos legẽ habemꝰ: ⁊ ꝟm legẽ d; mori: q₂ filiũ dei se fecit. Cũ audisset pilatꝰ hos ꝟmões magis timuit: ⁊ igressus ẽ ꝑtoriũ iteꝝ ⁊ ait ad Jesũ. Unde es tu? Jesus aũt rñsũ nõ dedit ei. Dic̃ ẽ illi pilatꝰ Mihi nõ loq̃ris? Nescis q₂ ptãtẽ habeo crucifigere te: ⁊ ptãtẽ habeo dimittere te? Hic quidã doc. dicit. O pilate efficaciter te accusas: q₂ Jesũ inocẽtẽ potes dimittere: q₂ sup̱ h̃ dicis ptãtẽ te hr̃e Rñdit Jesus. Nõ haberes ptãtẽ aduersuz me vllã nisi desup̱ datũ tibi fuisset ꝓpterea q̃ me tibi tradidit maiꝰ pctm̃ h₃: q₂ scilic₃ ex inuidia hoc fecerũt. Tu aũt ex timore. vñ Augu. in ꝟmone. Ab ipso deo accepit ptãtẽ hõ vt iudicaret dñm deũ occultũ: hominẽ manifestũ: q₂ teste ꝓpha. Ibi abscõdita ẽ fortitudo eiꝰ. Et exinde q̃rebat pilatꝰ dimittere eũ. Judei aũt clamabãt dicẽtes. Si hũc dimittis nõ es amicꝰ cesaris. Ois .n. qui se regẽ facit ꝯdicit cesari. ¶ Scdm hic notãdũ d̃r iniusta sñiatio. Nã timẽs cesarẽ pilatus adduxit foras Jesũ: ⁊ sedit ꝓ tribunali ad iudicãdũ. vbi dic̃ Abry. Facile deuiat a iusticia q̃ in causis magis hoiẽ q̃ deũ formidat. Erat aũt parasceue hora q̃si sexta: ⁊ sedit ꝓ tribunali i loco q̃ d̃r licbostratos hebraice aũt golgata. Et dixit iudeis: Ecce rex vr̃. Illi aũt clamabãt. Tolle tolle: crucifige eũ. Dic̃ eis pilatꝰ Regẽ vr̃m crucifigam? Rñderũt põtifices dicẽtes. Nõ habemꝰ regẽ nisi cesarẽ Sedẽte aũt eo ꝓ tribunali misit ad eũ vxor sua di. Nihil tibi ⁊ iusto illi. Mlta .n. passa sũ hodie p̱ visũ ꝓpter illuz. Ubi dicit glo. Rabani. Diabolꝰ vidẽs patiẽtiã christi ⁊ vidẽs se ꝓsternẽdũ ab hũilitate ⁊ passiõe christi voluit p̱ mulierẽ reuocare ꝓcessũ passionis eiꝰ: sicut p̱ mulierẽ ꝓcurauit dãnationẽ hũani generis vñ dic̃ pilatꝰ: Ego nullã cãm mortis inuenio in h̃ hoie. At illi magis clamabãt vt crucifigeret̃. ¶ Tertiũ notandũ d̃r pilati quedã excusatio, q₂ pilatꝰ lauit manꝰ suas aq̃ accepta di. Innocẽs ego sũ a sanguine hois istiꝰ: Uos videritis. Et rñdẽs vniuersus ꝑp̃ls dixit: Sãguis eiꝰ sup̱ nos et sup̱ filios nr̃os: vbi q̃dã doc. ait. O dati i reprobũ sensũ ⁊ obstinate malicie: crimẽ vr̃m ad vr̃os posteros destinatis: Sufficiebat eni vobis vr̃a punitio: h̃ sic fiat vt postulastis. ⁊ sic patet quarta ꝑticula huiꝰ tertie partis.

Particula .5. huiꝰ ꝟmonis in q̃ ponitur: Jesu a iudeis miserãda crucifixio despectio ⁊ vilificatio.

Quinta i ista pte ꝯsideratio d̃r Jesu crucifixio. circa quã tria notãda sũt ¶ Primũ notãdũ d̃r iesu despectio. Nã vt dicũt aliq̃ ad suggestionẽ iudeorũ accep̱ũt quãdã clamidẽ sericã rubeã turpẽ ac veterẽ plectẽtes corona spineã quã portaret i capite ⁊ arũdinẽ posuerũt i manu eiꝰ. Et iõ seq̃t̃ pꝰ q̃ illuserũt ei exuerũt eũ clamidẽ coccineã ⁊ induerũt eũ vestimẽtis suis: ⁊ duxerũt vt crucifigerẽt eum. Tunc .n. vexilla pilati emissa sũt: ⁊ oẽs iudei irruerũt in Jesũ tãq̃ canes rabidi: ac parata cruce ⁊ alijs necessarijs ad eiꝰ crucifixionẽ posuerũt eũ in medio duoꝝ latronũ. Imposuerũtq; crucẽ sup̱ humeris eiꝰ: vt duceret̃ in mõte caluarie ad crufixionẽ. O bone Jesu q̃tã verecũdiã tibi faciũt isti tui inimici: latronibꝰ te associãt: sed ⁊ deterius tibi faciũt: q₂ ⁊ crucẽ tibi portanda; imponũt qđ de latronibꝰ nõ legit̃. Unũ non solũ. iuxta Esa. ꝓphetã .53. Cũ iniq̃s deputatus est: s₃ iniquorũ iniquior. Cerne igit̃ aĩa deuota hic eum bene: quõ vadit curuus sub cruce ⁊ vehementer anhelat. Cerne caput cruentatũ: cerne faciẽ liuidã ⁊ sanguine madefactã. Compatere igit̃ ei quantũ potes in tot angustijs ⁊ ludibriorũ renouationibꝰ posito. ¶ Scdm hic notãdũ dicit̃ virginis expasmatio. Sequebat̃ aũt illũ mlta turba ꝑp̃li ⁊ mulierũ q̃ secute fuerãt ipsuz a galilea ministrãtes q̃ plorabãt ⁊ lamẽtabãtur illũ. Igit̃ seq̃bat̃ mestissima mr̃ cuz magdalena ⁊ anxiebat̃ ire ꝯ̃sus filiũ vt eũ iuuaret ad crucẽ portãdũ: q̃ magna ⁊ ponderosa nimis erat: h̃ appropinquare nõ poterat ꝓpter tumultũ ꝑp̃li. Alij eni eũtes deridebãt irridentes ei. Alij proijcientes lutum ⁊ immundcias super caput ⁊ faciem eius erant.

Tūc angustiata mater ait ad Jo. ⁊ magda
lenā: Ducite me queso ad locū quo valeā vi
dere ⁊ tangere filiū meū anteq̄ p̄ dolore hic
moriar: ⁊ ꝑuenientes ꝑ mediū ante portā
ciuitatis: aspiciens a longe videnſq̄ filium
sub cruce quasi deficiētē ⁊ inter duos latro
nes stantē: nec tñ eū ꝓpter deformitatē pla
garū cognoscentē afflicta nimis: filiū ꝓpe
respiciens: nec tñ bene cognoscere valēs. di
cebat ad socias: O sorores mee: cognoscitis
filiū meū? Est ne iste qui velut leprosus ⁊
mortuus venit? Tunc oēs amarissime flen
tes dicebant: Jste est o mater plena dolori
bus: Jste est filius tuꝰ: qui iuxta vaticiniuz
Esa. Factus est quasi leprosus. Tunc respi
ciens eū dolorosa mater exclamando dixit:
O fili mi dulcissime vbi est splendor? vbi est
decor tuus? Ego nō cognosco faciē tuā. O
fili mi sanctissime angustiatꝰ es nimis. O
dulce refrigeriū ⁊ mei cordis gaudiū: q̄ntum
es tribulatꝰ? iam in me ipsa deficio: me susti
nere nō valeo. Et hec dicēs: vt pie creditur
amplexata est filiū suum: ⁊ dolor Marie cō
municatꝰ ē cum dolore christi ⁊ ecōtra: ita
ꝙ dolor vnius pertrāsiuit cor alteriꝰ: ⁊ pre
lassitudine ⁊ dolore ambo ibidē ceciderunt
in via tanq̄ exanimes. Nam vsq̄ in hodier
nū diem vt vidi in eodē loco ⁊ pluries visi
taui: extant vestigia vniꝰ ecclesie que olim a
christianis in memoriā huiꝰ mysterij fuit fa
bricata: ⁊ sancta Maria de Spasmo ꝓpter
hoc noīata. Tūc illi carnifices ⁊ pessimi iu
dei: pedibꝰ ⁊ pugnis percutiebant ⁊ cōculca
bant beatā virginē: ⁊ Jesū pre dolore non
valentē surgere nec ampliꝰ crucem portare
violenter ⁊ crudeliter leuantes de terra tra
hebant: ⁊ apprehenderūt Simonē quendaz
Cyrrhenēsem venientē de villa patrem.
Alex. ⁊ Ruffi: ⁊ angariauerūt ipsum ⁊ im
posuerūt ei crucē portare post Jesū. At mu
lieres erigētes virginē plangebant post euz
Et cōuersus Jesus ad illas ait: Filie hieru
salē nolite flere super me: sed super vos met
ipsas flete ⁊ super filios vestros: quoniā ve
nient dies in quibꝰ dicent: Beate steriles ⁊
ventres qui nō genuerūt: ⁊ vbera que nō la
ctauerunt: ⁊ reliq. in euangelio. Luce. 23.
Prophetiçauit aūt tunc de tribulatiōe quā
passuri erant iudei in vindictā mortis sue a
Tito ⁊ Vespasiano. ¶ Tertiū hic notan

dū dicit̄ amara Jesu crucifixio. Postq̄ ve
nerūt in locū qui vocat̄ caluarie: ibi crucifi
xerūt eum expoliātes eum priꝰ omnibꝰ vesti
mētis: ⁊ ꝓpter h̄ renouat̄ plagis: quare pia
mater citius cucurrit ad eū: ⁊ amplectēs et
osculans eū cooꝑuit eū circa lumbos: licz
aliquis dicat vt pie credit̄: ꝙ existens in cru
ce dñs cooꝑtꝰ est a matre sua proijciētis in
lumbos eius pannū capitis sui. Considera
nunc aīa deuota que ego cōsiderabam: nec
nō considero: dum essem in sacro monte cal
uarie cū multarū lachrymarū effusione: cū
cta que fiunt circa dñm tuū. Videas igitur
oculis mentis tue. Alios parare clauos et
malleos. Alios facē foramia crucis. Alios
ipsum expoliare. Alios mēsurā brachiorū
sumere. Alios crucem parare. Alios fora
men illud vbi crux poneret̄: in quo multo
tiens manus istas peccatrices imposui et la
chrymas tenerrime effudi: sollicite in illo sa
xo defodere. Alios vnam manū cōclauare
Alios aliam manū cuz fune ad aliud fora
men violenter trahere ⁊ extendere. Et scdm
Her. clauis nō acutis: sed quadris ⁊ obtu
sis: non tm̄ carnē penetrātibꝰ: sed etiā ipsā
secum ⁊ neruos ⁊ ossa intra lignū portanti
bus: Et sic dolorem nimiū ei inferentibus.
manus illas sacratissimas ligno crucis affi
gere. Sed nota ꝙ de crucifixione varia est
opinio. Grego. dicit ipsum crucifixū in ter
ra: alij dicunt in aere. Sed tenēdo opinio
nem Grego. affixis manibꝰ in terra eleuat̄
crux: saxo imponit̄: ⁊ christus pendet suspē
sus manibꝰ tanq̄ latro. Deinde cōfixerunt
pedes simul ⁊ semel cum eodē clauo: ⁊ in me
dio duorū latronum medius positꝰ est. Vn
de dicit̄ in euangelio: Et latrones vnum a
dextris ⁊ alium a sinistris crucifixerūt. Et
impleta est scriptura que dicit: Et cum ini
quis deputatus ē. Esa. 53. Et alia scriptu
ra dicit. Foderūt manꝰ meas ⁊ pedes meos
dinumerauerūt omnia ossa mea. Scripsit
autē ⁊ titulū pilatꝰ super crucē. J. N. R. J.
hunc titulū multi legerūt: quia prope ciui
tatē erat locus vbi crucifixus est Jesus. Et
erat scriptꝰ hebraice: grece: ⁊ latine. Dice
bant ergo iudei ad pilatū. Noli scribere rex
iudeorū: sed quia ipse dixit rex sum iudeoꝝ.
Rñdit eis pilatꝰ. Quod scripsi scripsi: Cō
sidera igitur nūc aīa deuota: ⁊ oculo mētis

cõspice iesũ tuũ in monte caluarie brachijs extẽsis: manibꝰ ⁊ pedibus affixis. Aspicit in celũ ad patrẽ dĩ. Ecce pater hic suz: vsq͛ ad crucẽ me humiliare voluisti, ꝓ salute ⁊ amore humani generis: placet accepto: ⁊ pro eis me tibi offero quos esse mihi frẽs voluisti. Cõspice aĩa: qꝛ cõfluũt vndiq͛ sacratissimi sanguinis riuuli ex illis magnis scissuris: sic q͛ angustiatꝰ ẽ ꝙ se mouere nõ põt nisi in capite: illi tres claui sustinẽt totius corporis pondus: dolores acerrimos tolerat ⁊ vltra q͛ dici vel cogitari possit affligit̃ ipse cum matre sua: pendet inter duos latrones: vndiq͛ pene obprobria. vndiq͛ cõuitia. Et sic patz q̇nta particula huius tertie partis.

¶ Particula sexta huiꝰ tertie ꝑtis in qua ponit̃ iesu in cruce locutio: ⁊ iudeorũ auditio.

Sexta in ista ꝑte cõsideratio dꝛ iesu in cruce locutio ⁊ iudeoruz auditio. ¶ Circa quã ẽ sciẽdũ. ꝙ lz christꝰ in cruce. 7. ỽba amorosa dixerit: tñ ꝙꝛ dãte deo in ſmonario de. 4. ꝑtis diffuse de ipsis tractabimꝰ: hic tñ de tribꝰ succincte ⁊ breuiter ad ꝓpositũ de penitẽtia: de q̃ in isto opere ꝓncipalis ẽ intẽtio ꝯsiderabimꝰ. vbi tria notãda sũt. ¶ Primũ notãdũ dꝛ liberalis remissio: qꝛ ipse dñs eleuatꝰ in cruce: illico eleuatis oculis clamauit ad patrẽ dĩ. Pater dimitte illis: nõ. n. sciũt q̇d faciũt: vt pz Luc. 23. Ex q̃ dat̃ documẽtũ christianis oĩbꝰ: ꝙ debent exẽplo christi iiurias eis illatas equo aĩo pati: ⁊ iimicoꝝ iiurias ex corde remittẽ ⁊ obliuisci: si sibi volũt ꝑ verã pñiam pctã sua a deo dimitti: vñ Isid. sup his ỽbis ait. Disce christiane a christo tolerãtiã: qꝛ palmis est ꝑcussus: flagellis cesus: sputꝭ illusus: clauis affixꝰ: spinis coronatꝰ: morte dãnatus: oĩuz tñ imemor dĩc̃ Pater ignosce. q. d. Audi q͛ facsiliter. ¶ Scõm hic notãdũ dꝛ supernalis donatio. Nã vnꝰ de his q̇ pẽdebãt latronibus. s. Gesmas a sinistris blasfemabat cũ dĩ. Si tu es christꝰ: saluũ fac temetipsũ ⁊ nos. Rñdẽs aũt alter. s. Dismas qui bonus erat a dextris increpabat eũ dĩ. Neq͛ tu times deũ: qui in eadẽ dãnatiõe es: Et nos q̇dẽ iuste: nam digna factis recipimꝰ: hic vero nihil mali fecit? Et dicebat ad iesum. Dñe memẽto mei dũ veneris in regnũ tuũ. Ubi Aug. ait: Quis inquã illũ docebat nisi q̇ iuxta illũ pendebat. Et dicit illi iesus: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Patent ista. Luc. 23. vbi dat̃ peccatoribꝰ doctrina ⁊ cõfidentia: ꝙ si cũ latrone vere penitẽant de peccatis suis ꝓpter amorẽ regni celestis: nõ solum remissionẽ peccatorũ cõsequent̃: sed etiam regna eterna ꝓmerebũtur. ¶ Tertiũ hic notãdũ dicit̃ cordialis vocatio. Nã sciẽs iesus qꝛ oĩa cõsũmata sũt: vt scriptura adimpleret̃ dixit: Sitio. vt pz Jo. 19. Ubi etiã scribit̃ ꝙ vas erat positũ aceto plenũ: ⁊ cõtinuo currẽs vnus ex eis accepta spongia impleuit eam aceto. ⁊ imposuit harũdini hysopo circũponẽtes obtulerunt ori eius: ⁊ dabant ei myrrhatũ vinũ cum felle mixtũ: scõm Math. 27. vt impleret̃ quod dictũ est per ꝓphetã. Dederũt in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. Et cũ gustasset noluit bibere: sed dixit. Cõsũmatum est. Erat enĩ cõsuetudo vt portaret̃ bonũ vinũ ad refocillandũ eos qui ducebant̃ ad mortẽ. iuxta illud ꝓuerb. vltimo. Date vinũ his qui amaro sunt aĩo: bibant ⁊ obliuiscant̃ egestatis sue: ⁊ nõ recordent̃ doloris ampliꝰ: sed carnifices illi biberãt vinum: ⁊ posuerũt acetũ vt dictũ est. Quãuis enĩ in veritate sitierit iesus: quia ꝓpter sanguinis effusionẽ erat intꝰ totꝰ exciccatus ⁊ arefactus: nihilominꝰ moraliter intelligi põt ꝙ christꝰ habuit sitim salutis aĩarũ. qua ꝓpter dĩ. Sitio vocabat aĩas peccatrices vt cõuerterent̃ ad se: qꝛ christi cibatio ⁊ potatio ẽ animarũ cõuersio. Et ideo ait deuotꝰ Ber. O bone ⁊ dulcissime iesu quid est q̇ loqueris? quid est q̇ dicis? In cruce cũ iniq̇s suspenderis: in ligno clauis affigeris: tot doloribꝰ cruciaris: ⁊ dicis sitio. Re vera bone iesu nõ sitis aqueũ liquorẽ: sed fidẽ ⁊ salutẽ miserabilium peccatorũ ꝓ quorũ salute sic aspere cruciaris. O ergo superbi peccatores. O desperati. O scelerati. O auari. O luxuriosi: audite dominũ vestrũ in cruce clamantem. sitio: currite aquã lachrymaꝝ pro peccatis vestris portate: cõuertimini: Penitentiam agite: Date ei bibere: ⁊ eum in tantis doloribus modicũ refocillate. Ex tunc cepit oculis languere more morientiũ: modo claudẽdo modo aperiẽdo: ⁊ caput inclinare: modo in vnã partẽ mõ in aliã deficiẽtibꝰ viribꝰ: ⁊ clamore valido ſm aplm lachrymans dixit ſm Luc. vbi. s. Pater in manꝰ tuas cõmẽdo

ſpirittĩ meũ. Et hec dicẽs emiſit ſpm̃ inclina
to capite ꝯſus patrẽ ſup pect⁹ q̃ſi gr̃as agẽs
ꝙ ipſũ reuocabat: ⁊ tradẽs ei ſpm̃ ſuũ. Ubi
Ber. ait: Aſcẽdit in altũ vt longi⁹ audiret
fortiter clamauit vt null⁹ excuſaret: clamo/
ri lachrymas addidit. vt hõ cõpateret. Hec
fuit illa doloris vox p quã tota mũdialis ma
china viſa ẽ pariter cõdoluiſſe: terra tremo/
rib⁹ quatit: aperiunt ſepulchra: velũ templi
ſcindit: ⁊ celũ in ſuis luĩarib⁹ obſcurat: ſol⁹
hõ nõ cõpatit ꝑ q̃ chriſt⁹ occidit. Hec ille.
De iſtis habet. Luc. 23. Ubi etiaʒ dicit ꝙ
vidẽs Cẽturio qd̃ factũ erat. ſ. q2 ſic clamãs
expiraſſet: ⁊ ꝙ ſol obſcurat⁹ fuiſſet: ⁊ alia ſi
gna. Ha vt vidi ⁊ etiam luculẽter apparet:
mons caluarie vſqȝ deorſũ ſciſſus ẽ: in cuius
fixurã ſepe man⁹ poſui. Glorificauit igit deũ
ipſe cẽturio di. Uere hic hõ iuſt⁹ erat: ⁊ oĩs
turba eorũ q̃ ſil' aderãt ad ſpectaculũ illud ⁊
videbãt q̃ fiebãt pcutiẽtes pectora ſua reuer
tebãt. Et ſic patet ſexta particula hui⁹ ter/
tie partis.

Particula. 7. hui⁹ tertie ptis: in qua po/
nit ieſu a iudeis in cruce deſpectio ⁊ iniqua
ab eiſdem perſecutionis cõtinuatio.

Septima ⁊ vltima in iſta pte ꝯſidera
tio dicit Jeſu, a iudeis crudelis de/
ſpectio ⁊ pſecutiõis illi⁹ cõtinuatio.
Circa quã more ſolito tria ẽt q̃ reſtãt notã
da ſũt ¶ Primũ notãdũ dr̃. Matris ieſu
doloratio: q2 mortuo filio ſuo ſtabat iux̃ cru
cẽ⁹ mr̃ doloroſa di. Ubi m̃ fili Ubi m̃. Quis
dabit m̃ vt ego moriar tecũ? Cur agn⁹ ino
cẽs occiſus es? pmo q̃ alloq̃t filiũ di. Fac fili
mi vt ego tecũ moriar: Quare remanet ſine
filio mr̃? O fili trahe me tecũ: noli ẽẽ doloro/
ſe mr̃i dur⁹ q̃ cũctis fuiſti benign⁹. Nihil m̃
grati⁹ in pſenti ꝙ te amplexato in cruce tecũ
mori. Nihil mihi amari⁹ ꝙ viuere poſtq̃ tu
mortu⁹ es. O fili mi: tu mihi pr̃: tu mihi mr̃
tu mihi ſpõſus: tu mihi fili⁹ fili mi: tu m̃ oĩa
eras: nũc oĩb⁹ puata ſũ. Ubi ẽ ille delectabi/
lis aſpect⁹? Ubi ẽ ille vult⁹ let⁹? Ubi eſt illa
facies ſerena i quã deſiderãt angeli ꝓſpicere
Ubi ẽ ille viſus amabilis? Fili mi dilectiſſi/
me fili mi chare: fili mi ſpecioſe p̃ filijs hoĩuʒ
Nũc tot⁹ deformis: tot⁹ dñe decorat⁹ fact⁹
hoĩuʒ obprobriũ. Ubi ẽ. O fili loq̃la ſuauis
Ubi ẽ ꝯuerſatio mãſueta? Quo ibo fili mi?
Ultra ſine te q̃d faciã? Scdo loq̃t ad iudeos
O impij iudei. Nolite m̃ pcere: poſtq̃ filiũ
meũ crucifixiſtis crucifigite ſimul ⁊ matrẽ.
Aut mortẽ ſi habetis ſeuiorẽ pbete. 3° allo/
quit crucẽ ⁊ mortẽ di. O crux ſeuera q̃ ma t
filij mei facta es q̃re abſtuliſti eũ mihi? Ego
amplexabar eũ brachijs: ⁊ tu ſtringis eũ cla
uis. Ego inuolui euʒ pãnis ⁊ tu extẽdiſti eũ
lignis. Ego veſtiui eũ tunicis: ⁊ tu induiſti
veſtimẽto ſanguinis. Ego potaui eum lacte:
⁊ tu potaſti eũ aceto cũ felle. Redde igit mi/
hi filiũ meũ vt ſaltẽ tangam eũ. O mors ſe
uera exara vires: Diſſolue cõpages: perime
matrẽ cũ filio ſimul. Miſerere mei: da cõpẽ
diũ dolorib⁹ meis. ¶ Scõm hic notãdũ dr̃
iudeorũ inique pſecutiõis cõtinuatio. Naʒ
miniſtri diaboli ptereũtes blaſſemabãt mo/
uẽtes capita ſua dicentes: Uah. qui de. te. dei
⁊ in ter. di. reedi. illud ſal. fac. temetipſum
deſ. de cru. Similiter ⁊ ſu. ſa. illu. ei ad alteru/
trũ cũ ſcribis. dicebãt. Alios ſaluos fecit ſe
ip. non põt ſal. fa. chriſtus rex iſrael. de. nunc
de cruce. vt videam⁹ ⁊ credamus: vt patet
Mar. 15. Judei etiã i iniquitate ſua perſeue
rantes nõ ſaturati: q2 dies ille magn⁹ ſabba
ti erat; vt nõ remanerẽt in cruce corpora ſab
bato rogauerũt pilatũ vt frangerent eorũ
crura ⁊ tollerent: venerũt igit milites ⁊ pri/
mi quidẽ fregerũt crura ⁊ alteri⁹ qui crucifi
xus eſt cũ eo. Ad ieſum aũt, cũ veniſſent vt
viderũt eũ iã mortuũ: ⁊ forte etiã precib⁹
amaricate matris nõ fregerũt ei⁹ crura. Et
tũc impleta eſt ſcriptura. Jo. 19. vbi iſta ha/
bent. ſ. os eius nõ cõminuetis. Exo. 12. ſcri/
pta. Sed vnus militũ. ſ. Longin⁹ vt dicit
Magiſter hiſtoriarum lancea aperuit la/
tus eius: ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua:
ſcõm Jo. vbi. ſ. Qui longinus q̃uia ſangui/
ne chriſti cecus illuminat⁹ eſt: poſtea in ceſa
rea cappodotie ꝓ chriſti noĩe martyrio coro
natus eſt. ¶ Tertiũ hic notãdũ dicit Jeſu
de cruce depoſitio: q2 ſcõm Joh. vbi. ſ. ro/
gauit pilatũ Joſeph ab Arimathia eo ꝙ cẽt
diſcipulus Jeſu: occultus autẽ ꝓpter metũ
iudeorũ vt tolleret corpus Jeſu: ⁊ permiſit
pilat⁹. Uenit ergo ⁊ tulit corp⁹ Jeſu: venit
aũt ⁊ nichodem⁹ qui venerat ad Jeſũ nocte
pmũ ferẽs mixturã myrrhe ⁊ aloes q̃ſi libras
cẽtũ acceptur⁹ etiã corp⁹ Jeſu. Quos vt a
lõge pſpexit mr̃ afflicta alios ẽẽ putãs q̃ veni
rẽt ad nocẽdũ: timẽs ne crudeliora corpori

filij inferre vellent ptimuit valde: ⁊ ad Jo.
ceterasq̈ mlieres inq̈t. Quid faciā de filio
meo? Ecce canes adueniunt nōdū saturati
morte crudelissima. Tūc oēs surgūt cum ti-
more magno. O deꝰ quāta ē istoꝝ afflictio ho
die. Cōspiciēs aūt Joh. dicit, ego cognosco
ibi Joseph ⁊ nichodemū. Tūc dn̄a viribꝰ
reassūptis dicit Bn̄dictꝰ deꝰ nr̄ q̇ nobis mit-
tit auxiliū. Memor fuit nr̄i ⁊ nō dereliquit
nos. Fili occurras eis: q2 ipsi veniūt in auxi
liū nr̄m. Uadit ergo Jo. eis obuiā velociter
⁊ attingētes se adinuicē amplexant̄ cū fletu
magno nō valētes p magnū spatiū adinui-
cē loq̇ p̄ cōpassiōis teneritudine ⁊ abūdātia
doloris ac fletus: postea veniūt ad crucē ⁊
adorant filiū dei in cruce pendentē genu fle
ctentes cū ploratu magno. Deinde visitata
matre parauerūt se ad deponēdū eū de cru-
ce. Considera igit̄ aīa deuota ⁊ diligenter
⁊ morose attēde depositionis modū. Ponū
tur due scbale a laterib' crucis opposite Jo-
seph ascendit scbalā lateris dextri ⁊ satagit
extrahere clauū ipsiꝰ manus. Deinde Nicho
demus extrahit alium manꝰ sinistre. Descē
dit Nichodemus de cruce ⁊ venit ad clauū
pedum. Joseph vero sustinebat corpus dn̄i
Tunc pendentē manū dextram domina su
scipit reuerenter: ponit ad vultū suum: inti
me osculat̄ cū lachrymis ⁊ validis suspirijs
Euulso autē clauo pedū paulisper descēdit
Joseph: ⁊ omnes accipiūt corpus dn̄i ponē
tes illud in terra: ⁊ omnes amarissime plan
gunt quasi vnigenitū: precipue tamē mater
sua recepit in gremio sedens ⁊ ipsa in terra:
⁊ osculat̄ nunc caput: nūc manus: nunc os.
Alloquit̄q̈ filiū suum di. Fili mi nihil mi
hi respondes? Nōne hoc est illud os benedi
ctū quod iudeis sic dulciter predicabat? Nō
ne sunt iste manus que iudeis miracula fa-
ciebāt? Nōne hi sūt pedes qui euāgelicādo
discurrebāt? Unde tanta crudelitas? vnde
tam grandis impietas? vn̄ tā ingrata socie-
tas? Et his verbis oēs inuitabat ad fletū. Et
depositū corpꝰ in mediū flet̄ a cūctis. O si vi-
dissetis deuoti christiani locū illū q̄ nūc ē an̄
portā ecclīe sancti sepulchri: inter mediū se-
pulchri ⁊ mōtis caluarie quē sepius vidi: et
beatam virginē cū sororibꝰ ⁊ alijs predictis
cū Jesu hodie an̄ se posito lachrymādo: oscu
lando: oculo mētis cōspexi: vtiq̈ nūc ipsum
locū cōsiderātes in quo depositꝰ Jesus de
cruce an̄ sepulturā suā corā p̄dicta turba per
aliq̇d spatiū requieui vna mecū cōpatiēdo
illi amaricate mr̄i: lachrymas indesinenter
effūderetis. Eūtes igit̄ christiani si vere de
uoti estis ⁊ fideles p totā istā diē cōpatiēdo
Jesu ⁊ mr̄i sue. Jesū cū ipsa sepeliētes ad il-
lud scm̄ sepulchrū christi vbi sepiꝰ cū lachry
mis: celebraui: pedibꝰ mētis accedētes flete
plorate: corda vr̄a ibi sepelite: veniā pctōꝝ
vr̄oꝝ poscite: vt per verā pn̄iam ⁊ meritum
passiōis christi. vna cū latrone mereamini
audire: Hodie mecum eris in paradiso. Ad
quē cōducat nos ipse qui per mortē suam no
bis deuicta morte celestia regna preparauit
in secula seculorū. Amen.

¶ Sabbato scō de preparatione sacre cōio-
nis. Qualiter .s. debeant se preparare susce-
pturi sacrā cōmunionē in solēnitate sequēti
¶ Sermo. 89.

Qui timent deū p̄parabūt corda. Scri-
bunt̄ hec vba Ecclesiasti-
ci .2. Suscepturi frēs cha-
rissimi h3 instōne ecclīe i
seq̄nti solēnitate dn̄i3 nr̄i3
iesū xp̄m p sacr̄m eucharistie: debemꝰ nos cū
ipsiꝰ adiutorio p̄pare: ⁊ oēs latebras aīe nr̄e
diligētiꝰ inspicere: ne forte sit in nobis aliq̇d
pctm̄ abscōditū q̇d ⁊ ꝯsciam nr̄am cōfūdat
⁊ mordeat: atq̈ oculos diuine maiestatis of-
fendat. Sicut eni aliq̇s susceptur' dn̄m tem
poralē in domū suā ab oibꝰ sordibꝰ ⁊ immū-
dis rebꝰ ipsā domū mūdat: ⁊ quecūq̈ hone-
sta ⁊ necessaria sūt scd̄m suā possibilitatē p̄-
parat. Etsi hoc facit mortalis suscepturus
mortalē: ita ⁊ nos multo magis expectātes
in crastino accipe dn̄m nr̄m in domū ꝯscie
mūdare debemꝰ in quātū possumꝰ corpa sic
⁊ corda: vt celestis ille dn̄s nihil i nobis sor-
didū: nihil obscurū iueniat. Nō solū timen
tes deū diligēter facere studēt. vn̄ sapiēs in
vbis ppositis ait: Qui ti. deū p̄pa. cor. ⁊c̄. de
qua p̄paratiōe: q̄ se debēt p̄pare suscepturi
i pascbate sacrā cōiōnē h3 p̄ncipiū mediū ⁊
finē. tres cōclusiones annotabimꝰ. Prima
dicet̄ preparatio antecessiua. Scd̄a dicetur
preparatio cōmunicatiua. Tertia dicetur
preparatio cōsecutiua.

Pars pͥma hͧ sermonis in q̄ ponit̄ p̄para
tio q̄ dȝ an̄cedere sacrā cōmunionē.

PRimo igit̄ i isto s̄mone tractandū ē
de p̄paratiōe q̄ dȝ an̄cedere sacrā cō
munionē. Et debȝ esse triplex ista p̄
paratio an̄cessiua seu an̄cedens. Prima dici
tur purgatio 2ͣ. cessatio 3ͣ. ornatio. ¶ Pri
ma p̄paratio an̄cedens cōionē dicit̄ purga
tio: q2. s. aīa cū oī diligētia dȝ iter atq̧ iter
examinare conscientiā suā: vt nō solū. s. pec
cata q̄ cōiter cognoscunt̄ ⁊ sunt manifesta: ß
etiā p ignorantiā ⁊ obliuionē latētia inq̄tū
sibi possibile fuerit subtiliter possit discutē.
iuxta illud Ber. in meditatiōibꝰ. Uitā tuā
q̄tidiana discussione examina: attēde diligē
ter q̄tū p̄ficias: vel q̄tū deficias: q̄lis sis in
moribꝰ: ⁊ q̄lis in affectionibꝰ. hec ille. ¶ Ma
xime hoc fieri dȝ q2 pctā nimis sunt occulta
adeo vt vix cognosci valeāt: teste pp̄ha qui
ait: Delicta q̄s intelligit? Et iō q̄ crastia die
cōmunionē accipe desiderat: p totū hūc diē
noctēq̧ sequentē q̄tum natura valet dȝ cō
scientiā suā ad iudiciū vocare: ⁊ eā examina
re implēdo illud Osee. 2ͦ. Iudicate matreȝ
vestrā. i. conscientiā: q2 si vos iudicabitis nō
iudicabit vos deꝰ. iuxta illud apl̄i. i. Chor.
xi. Si nosmetipsos iudicaremꝰ nō vtiq̧ a do
mino iudicaremur. Qua examinatione fa
cta si aliquā nouā maculā reperit dȝ de ipsa
⁊ de alijs oblitis verā habere contritionē: q2
cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deꝰ nō despiciet. Ista
q̄ppe ꝯtritio est illa cognitio quā nō bene co
gnoscēs. Seneca dicebat: Initiū salutis co
gnitio peccati. Sed nō sufficit ad verā purga
tionē ꝯsciētie sola ꝯtritio: sȝ necessaria ē etiā
ꝯfessio. Ideo qui volūt bn̄ purgati accedere
ad cōmunionē: ⁊ si semel cōfessi fuerint: q2
plerūq̧ in vna ꝯfessiōe nō possūt plene suā
conscientiā expurgare: debent isto sero vel
quod tutiꝰ est cras in mane reuerti ad cōfes
sionem ⁊ plenā consciētie facere purgationē
vnde pp̄ha inquit: Preoccupemꝰ faciē eiꝰ
in cōfessione. Et i oī cōmunicaturo: Eccle.
18. dicit̄. Ab oī delicto mūda cor tuuȝ. s. an̄
cōmunionē. ¶ Secunda p̄paratio que de
bet precedere sacrā cōmunionē dicit̄ cessatio
quia nō solū homo tali tēpore debet cessare
ab illicitis. s. a peccatis mortalibꝰ quod qui
bus dictū est supꝛiꝰ: sed etiā dȝ cessare q̄tū
sibi possibile fuerit ab oībus cogitationibꝰ
tēporalibꝰ extrinsecis ⁊ carnalibꝰ: quia voci
ferat dn̄s p Esa. p̄. Lauamini: mūdi esto
te: auferte malū cogitationū vestrax. ⁊ Hie
re. 4. Laua a malicia cor tuū. ⁊. i. Cho. 7.
Emūdemus nos ab oī inq̄namēto carnis. ⁊
ibidē. 5. Expurgate vetus fermentū: vt sitis
noua conspersio. A quibꝰ ⁊ si hō debeat absti
nere oī tēpore: maxime tn̄ i isto sacratissimo
tēpore quo susceptur9 est tantū ac tale sacra
mentū debet cessare homo a tumultuosa cō
uersatiōe: ⁊ multox auditione s̄m pp̄ham.
Sepulchx patēs est guttur eox linguis suis
dolose agebāt: ne audiat illa que habent mē
tem suam perturbare ⁊ necesse sit ei alia di
cere ⁊ multa loqui. A quo etiam abstinere
tali tempore debent: quia iuxta sapientē pro
uer. x. In multiloquio non deerit peccatuȝ
Hi quippe debēt facere more leprosox: qui
Leuiti. 13. precipiunt̄ os habere veste conte
ctū: vt quisq̧ eorū dicē possit illud Iob. xi.
Purus est sermo meus: ⁊ mūdus sum in cō
spectu tuo. Debet etiaȝ homo ieiuno stoma
cho sacram cōmunionē sumere nisi rōnabi
lis necessitas cogat. Quia s̄m Ricar. in. 4.
di. 8. ar. 2. q. 3. hoc constitutū est ⁊ consuetū
ppter reuerentiā sacramenti: nisi vt dixi im
minēte necessitate mortis. Patet ēt p Aug.
li. p̄. ad inq̄sitiones Ianuarij. Et p magistrū
in. 4. di. 8. c. 3. ⁊ de cōse. di. 2. c. liquido. vbi
dicit̄: Placuit spiritui sancto vt in honore
tanti sacramenti priꝰ in os christiani dn̄icū
corpus intraret q̄ ceteri cibi. hec ibi. Debet
enim s̄m Ricar. in. 4. di. 9. ar. 2. q. 3. homo
tali tēpore abstinere a coitu coniugali siue
vsu matrimonij. Unde Hiero. in quodam
sermone. ⁊ habet̄. 33. q. 4. c. sciatis. vbi dicit̄
Sciatis fratres charissimi q̄m quicūq̧ vxo
ri debitū reddit vacare nō pōt orōni: neq̧
de carnibꝰ agni comedere debet. Itē si panes
ꝓpositōis ab hisqui vxores suas contigerāt
comedi nō poterant: quanto magis panis q̄
de celo descendit nō potest ab his qui coniu
galibus paulo ante hesere complexibus vio
lari atq̧ coniugi. hec ibi. ⁊ de conse. dis. 2. c.
oīs homo. dicit̄. Oīs homo ante sacraȝ cō
munionem a ꝓpria vxore abstinere debet tri
bus aut quatuor aut q̄nq̧ aut sex aut septeȝ
diebus. Et q̄uis aliqui dicant vt etiā glo.
ibidē dicit q̄ reddens debitū posset accedere
ad cōionem: tamē saluo meliori iudicio hoc

ego nō consulo: quia nō est in potestate red dentis in illo actu nō fieri caro ⁊ habere car nales cogitationes: quia ƀm phm actus ve nereus. Debet etiā homo cessare in ista no ctea nimia ⁊ delitiosa quiete: vnde qꝛ crasti na die est cōmunionē recepturus non debe ret hac nocte in lecto dormire nec nudus: sꝫ indutus si comode fieri posset. Unde cuili bet cōmunicaturo. Esa. 52. dicit: Cōsurge cōsurge induere fortitudine tua syon. i. aīa fidelis: cum alijs qui recepturi sunt sacram cōmnnionē: consurge ⁊ tota fortitudine ne gligentiā corporalē vince: ⁊ induere te hac nocte saltem vt ista modica penitētia corpo ralis preparatio sit gratie spūalis. ¶ Ter tia preparatio que debet precedere sacram cōmunionē dicit ornatio: videlicet bonarū ⁊ sanctaꝝ actionū. Accedimus enim ad deli catum ⁊ super omnē extimationē nobile con uiuiū magni regis: Unde Hiero. in testamē to. Eya fidelis aīa epulare ne morieris his pasci delicijs: ne pigriteris hoc frui cōuiuio in quo nō carnes tauroꝝ ⁊ hircoꝝ vt olim in lege: sed saluatoris tui corpꝰ sumendū propo nitur. Ad hoc autē conuiuiū necesse est nō solum a peccatoꝝ sorde mundatū esse: sꝫ etiā virtutibus ornatū accedere: ne aliter condē natorie dicat. Quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialē? Matth. 22. vnde in quodā sermone Aug. ait. Unusquisqꝫ cōsi deret conscientiā suā: ⁊ quādo aliquo crimi ne vulneratū se esse cognouerit priꝰ oratiōi bus ieiunijs ⁊ elemosynis studeat mundare conscientiā suā: ⁊ modis p̄fatis mandatam ornare: sequit. Et sic eucharistiā presumat accipere. Ex quo dicto Aug. patet quia nos debemus ornare oī genere boni ⁊ virtutuꝫ. In cuiꝰ mysteriū Exo. 12. mādacatur agnū qui sacramentū dn̄i typice demōstrabat pre ceptū est. Renes vestros accingetis: calcia menta habebitis in pedibꝰ vestris: tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis festinanē: est enim phase. i. transitus dn̄i hec ibi. Per renes accingere intelligit castitas ⁊ continē tia: de qua dictū est. s. per habere calciamē ta in pedibꝰ per quos affectus designat: itel ligitur charitas que est forma oīuꝫ virtutū p tenere baculos in manibꝰ intelligit ꝯstan tia ⁊ perseuerātia boni operis vn̄ Luc. 12. Sint lūbi vestri precincti: ⁊ lu. ar. in ma. ve

stris sup quo verbo Greg. ait: Duo sunt q̄ iubent: ⁊ lūbos restringere: ⁊ lucernas tenē vt ⁊ mūdicia sit castitatis in corpore: ⁊ lumē veritatis in operatione. Redēptori etenī nr̄o vnū sine altero placere nequaq̄ potest. h ibi ¶ Et sic patet pars prima.

¶ Pars secūda huiꝰ sermonis in qua ponit p̄paratio q̄ dꝫ cōcomitari sacrā cōmunionē

Secūdo in isto sermone tractandū ē de p̄paratione que cōcomitari debꝫ sacrā cōmunionē. Que est etiaꝫ tri plex. s. meditatio: oratio: humiliatio ¶ Pri ma preparatio cōcomitans sacrā cōmunio nem dicit meditatio. Debet enim hō in ipso actu sacre cōmunionis tria maxime p̄medi tari. Primo debet premeditari quāte sit no bilitatis. Nam de cōse. di. 2. c. nihil dicitur. Nihil in sacrificijs maiꝰ esse potest q̄ corpꝰ ⁊ sanguis Christi: nec vlla obligatio hac po tiorē: sed hec omnes precellit. Ait enim dn̄s Joā. 6. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meꝰ vere est potus. Ubi est caro beata ⁊ gra ta: anima beatior et gratior: deitas beatis sima ⁊ gratiosissima. Secūdo sūpturus cō munionē debet p̄meditari quante sit vtilita tis: quia Jo. 6. dicit p ipsū Jesū. Qui mā ducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē habꝫ vitā eternā: que incboat per gratiā ipsiꝰ iu stificantē: preseruat per gratiā ipsiꝰ roborā tem: ⁊ corroborat p gratiā ipsiꝰ ꝯsūmanteꝫ Talis eniꝫ cibꝰ ⁊ potꝰ facit hoīeꝫ vnitū deo magis vniri: approbatuꝫ magis approbari: gratificatū magis gratificari: elongatuꝫ a malo magis elōgari: cōfirmatū in bono ma gis cōfirmari. Tertio debet p̄meditari sum pturus cōmunionē quāte sit charitatis. Je sus relicturꝰ mundū an̄ passionē suā per hoc sacramētū reliq̄t sui memoriā vn̄ p̄me Co rinth. 11. Quotienscūqꝫ eniꝫ manducabitis panē hūc ⁊ calicē biberis: mortē dn̄i annun ciabitis donec veniat. Qn̄ enī christianꝰ ad cō munionē accedit dꝫ habē ad memoriā mor tē Christi: ⁊ habere ipsū p̄oculis passiona tū ⁊ crucifixū: ⁊ venturꝰ ad iudiciū: ad donā dum gratis de tanto beneficio premiū: igra tis pro suppliciū. Et hoc est quod dicit ī au ctoritate predicta. mor d. a. do. ve. s. ad re tributionē futurā: iō subdit: h facite in meā cōmemorationē. De hac materia trē. 4. scri bitur. Memoria memor ero: ⁊ tabescet ī me

aĩa mea: quia aĩa in huiusmodi recordatiõe
afficit circa Christũ: ⁊ ex deuotione aĩatur
ad sustinendũ pro eo si oportuerit oẽz passio-
nem: q2. s. talẽ ⁊ tantã aduersus semetipsuz
sustinuit pro nobis cõtradictionẽ. ¶ Secun
da pparatio que dz ꝯcomitari sacrã cõionẽ
dr orõ. Tu eniz ſm aplm. i. Chor. 3. nõ su-
mus sufficiẽtes cogitare aliqd a nobis q̃si ex
nobis: sz sufficiẽtia nostra ex deo est: debz hõ
accedens ad tãtũ sacramẽtũ feruenter orare
deũ vt ipsũ dignũ efficiat di. cũ ꝓpha. Cor
mundũ crea in me de⁹ ⁊c̃. Quapropter quili
bet deuote ⁊ humiliter hac nocte orõni vaca
re debet ⁊ intra cubiculũ suuz clauso hostio
rumorꝝ tẽporaliũ: iuxta illud Matt. 6. Tu
aũt cum oraueris intra in cubiculũ tuũ: et
clauso hostio ora patrẽ tuũ. Ubi Greg. ait
Ingressus in cubiculũ est cordis reuocatio.
Et clausio hostij est cordis intẽtio: qð fieri
debet saltẽ in aurora cras mane ⁊ dicere cũ
ꝓpha. Et ego ad te dñe clamaui ⁊ mane ora
tio mea pueniat ad te. Et si possibile est sit
tam feruens oratio vt signis cõpetẽtib⁹ exte
rius demõstret: que postea deuotio nomina
bitur: que est teneritudo cordis qua quis de
facili in lachrymas resoluit: vel ſm alios de
uotio est feruor bone volũtatis quã mens co
hibere nõ valens certis inditijs manifestat.
¶ Tertia pparatio que dꝫ concomitari
sacram cõionez dicit humiliatio. Si enim
vt habet de imuni. eccle. c. decet. li. 6. ad ec-
clesias debet esse humilis ⁊ deuot⁹ ingressus
deuota cõuersatio: deo grata: inspicientib⁹
placida: multo magis debent ista esse in acces
su ad tãtũ sacramẽtũ: ad qð christiãi accedẽ
dẽt cũ sũma reuerẽtia: humilitate: ⁊ cũcto
rũ sensuũ honestate: ꝓpterea hoies de per se
⁊ mulieres p se ad cõionez ire studeãt: hoies
vero dico discoopto capite: ⁊ ad collũ cigulo
posito: saltẽ lachrymis mẽtis ⁊ cordis cõmu
nicent. Mulieres vero velata facie q̃tũ decz
nõ ornate: sz humiliter ⁊ reuerẽter accipiãt
corp⁹ dñicuz. Scribit enim Eccle. 32. Pro
reuerentia accedet tibi bona gratia. Et si ſm
aplm ad Phil. 2. etiã ad solũ nomẽ Jesu dz
flecti oẽ genu celestiũ terrestriũ ⁊ infernorũ
quãto magis ad ei⁹ pñtiaz: maxime cũ in hoc
sacro nõ tm̃ habeam⁹ ei⁹ pñtiaz: sz etiã inex
timabilẽ beniuolentiã q̃ nobiscũ nõ solũ di-
gnat domestice conuersari: sz etiã in vite tri-
buit se nobis alimoniã. Jð nullaten⁹ posse-
mus cũ tãto charitatis feruore: tãta reuerẽ
tia: tãta deuotione: q̃n ampli⁹ teneamur: dz
etiã hõ diligẽter attẽdere ne ex sacratissima
Eucharistia minimũ qd male decidat: vt do
cet Aug. i. q. i. c. interrogo vos. Nõ aũt est:
q2 in qlibet etiã particula ſm theolo. totum
existit sacrm: ꝓpterea etiã nõ cõuenit dẽtib⁹
masticare: ne vel aliqd inter dẽtes remaneat
sz lingua reuerent accipiẽdo deuoti⁹ trãsglu
tiet: postmodũ cũ vino os diligẽtissime la-
uet: ⁊ sic tãtũ sacrm cũ aĩ deuotione ⁊ reuerẽ
tia suscipiat. Et sic patet ps. 2a. h⁹ ſmonis.
¶ Pars tertia h⁹ sermonis in q̃ ponit prepa
ratio q̃ dz ꝯseq sacrã cõmunionẽ.

Tertio in ista sermone tractandũ est
de alia pparatione ꝯsequẽte ad sacrã
cõmunionẽ: q̃ vtiq3 triplex est. Pri-
ma dicit regratiatio. 2a dicit vacatio 3a di
citur retentio. ¶ Prima pparatio q̃ dz ꝯse
qui sacrã cõionẽ dicitur gratificatio seu re-
gratiatio. Postq̃ eniz hõ accepit tãtũ sacrz
atq3 beneficiũ semp ⁊ gratant memorie reti
nendũ: dz imensas deo referre grãs. Vt eni
de reliquijs ⁊ veneratione sctõꝝ in. c. si dñz.
in cle. Hec est cõmemoratio gliosa q̃ fideliuz
aĩos replet gaudio salutari: ⁊ cũ infusione le
titie deuotiõis lachrymas subministrat. Ex
ultam⁹ nimirũ nr̃am cõmemorando liberati
onẽ: ⁊ recordãdo dñicaz passionẽ: p quã libe
rati sum⁹ vix lachrymas continem⁹. hec ibi
Penset igit hõ attẽta mẽte: qd est et q̃tum
sit qð in hoc sacro nobis concessũ est. Et cuz
Hiero. in testamẽto suo dicat. O signũ dile
ctionis inopinabile: vt idẽ sit dator ⁊ datuz
⁊ donatũ est ipsũ donũ. Quã magna dulce-
do tua dñe: quã abscõdisti timẽtib⁹ te: ⁊ per
fecisti spẽrantib⁹ in te: O ferculũ excellẽtissi
mũ: venerandũ: colendũ: adorandũ: glificã
dum: ⁊ amplectendũ: ⁊ oib⁹ laudib⁹ extollẽ-
dum: cũctis pconijs firmiter in cordis visce
ribus retinendũ: ⁊ ppetuis tpib⁹ diligendũ
Dicatq3 cũ scã mr̃e eccl'ia in dicta cle. si dñz
O diuini amoris imensitas: diuine pietatis
supabũdãtia: diuine largitatꝫ afflũetia. De-
dit eniz nobis oĩa: quia oĩa subiecit sub pedi
bus nostris. Et ita: ⁊ cũ tam copiosa fuerit
erga nos ei⁹ munificẽtia: volẽs adhuc ipse i
nobis suã exuperantẽ charitatẽ pcipua libe-
ralitate mõstrare seipsum nobis exhibuit: ⁊

